3 *Asserentibus onus probandi incumbit.*
4 *Contrariis respondet.*

Paulus Günter hat etlich Geldt Johann Biber gegeben/denn er wolte reisen gen Rom/vnd dem vorbenandten Johann Biber gegeben eine Handschrifft/so er nach Göttlicher versehung würde sterben / in der fürgenommenen Reise / so soll dasselbige Geldt dem Johann Biber bleiben vnd seyn. Nach etlicher Zeit ist der Paul Günter gestorben/ vnnd dann hat der offtgemelt Johann Biber geweiset die Handschrifft einem andern/ als seinem günstigen Gönner vñ Freunde/nemblich Petern vom Thal / ea tamen adiecta conditione ac lege, quod omnia sub sigillo confessionis secretæ teneret, quod & promisit.

Nun ist derhalben die Frag/ob auch Peter vom Thal schüldig sey/von Rechtswegen/ præsertim extante monitorio senatus, publicato ad instantiam venientium ab intestato, ad hereditatem prædicti Pauli Gunter, Daß er sol bekennen depositum sibi ex relatione secreta concreditum, vnd Relation thun/was sein guter Freund Johann Biber jm hat referirt / de deposito facto per prædictum Paulum Gunter.

Et primum dicendum videbatur, eum teneri, quia scit Ioannem Biber penes se habere pecuniam, ergo parere debet monitorio à Senatu proposito, & quidem iuridice *ca. is qui cum fure, ext. de furtis. C. dilect. ex. de excess. prela. vbi & Panormitanus, & gloss.* alias non confitendo, duo delicta committere videtur. Primum inobidientiæ, quia non paret suo superiori *c. secundo, de maio. & obed.* Secundum, Falsitatis, quia opprimens atque tacens veritatem, falsum committit, perinde ac si falsum assereret *c. primo ex. de cri. falsi. l. qui testa. ff. de falsis.* Nec obstaret, si assereretur, quod habuerit secretam relationem sub sigillo confessionis, quia licet sibi dictum fuerit in secreto & sub sigillo coofessionis, non tamen sibi fuit reuelatum, vt Deo, sed vt amico. Quo casu volunt Scribentes, Innocentius, Panormitanus, & ceteri. *c. omnes, extra de pœn.* quod talis amicus possit cogi testificari, quia aliud esse referunt sigillum confessionis, aliud vero sigillum secreti. *Panor. cap. si sacerdos, ex. de pœniten.*

Sed his non obstantibus contrarium de iure verius esse arbitror, & magis æquū, quia sciens alium † iuste & iure rē detinere, non obstringitur reuelare, *Clanasi. in summa, vulgo Ang. dicta. n. 41.* Vbi expresse in hūc 1
modum

modum illud refert: Sed quid si Episcopus, vel alius Prælatus, præcipit sub pœna excommunicationis, quod qui habuit aliquid de rebus alicuius, teneatur restituere. Nunquid is, qui sibi furtiue satisfecit, teneatur. Resp. quod non. quia ex quo licite potest, sibi in recompensationem detinere, iam suum est factum, nec amplius est alterius. nec etiamsi diceret in sententia, quod etiam quo animo recompensandi, vel qualitercunque &c. Quia tunc sententia continet expresse intolerabilem errorem. Porro edictum contra detinentes promulgatum à senatu, intelligendum est de detinentibus iniuste, alioqui si secus intelligeretur, iniquum notorie, & iniustum præsumeretur, contineretque manifestum iuris errorem, quo casu non dicitur ligare *c. per tuas, de sen. excom. c. Venera. § penulti. lib. 6. c. cum contingat, vbi Ab. notabil. penult. ext. de officio deleg.* sed in casu nostro Ioannes Biber, iure & licitis modis, pecuniã sibi datam causa mortis detinet. Ergo necessario sequitur, illius causam iustitiam fouere, etiam si concederetur, quod scriptura siue *ἀποχὴ* illi data forte non probaret in foro seculari, eaque haud admitteretur, tamen in foro conscientiæ & poli, de quo quæritur, admittitur, probaturque.

2 Nam omnis, qui † voluntatem defuncti habet pro se, licet nõ solennem, potest tamen sibi relicta in testamento non solenni retinere, secundum Innocent. *c. quia plen. exte. de immun. Ecclesia*, cuius doctrinam communiter Scribentes approbant ac sequuntur. Bart. & Iason. *l. nemo potest, num. 1 n 5. & 6. & 7. ff. de leg. 1.* Necnon Petrus de Ancho. *in reg. possessor, de regu. iur. in 6.* expresse voluit institutum in testamento, carente solennitatibus iuris ciuilis, & habente consensum purum testatoris, licite posse retinere talem hereditatem in foro conscientiæ. Secundo pro hac parte posteriore probanda, non parum facit, quod semper edictum in genere promulgatum, contra scientes intelligi debeat, de illis, quæ probari possunt, quæque ipsi sciunt. *c. placuit sexta quæst. secunda c. si peccauerit. Secunda quæst. 1. ca. plerunque, prim. q. 7. Clausinus in summa, vulgo Angelica dicta, verb. denunciatio. num. 13.* Nam boni viri
3 existimantur tacere, quod † probare non possunt, *Folinus c. de cætero. §. fin. ext. de re iudicata.* vbi inter cætera concludit constitutiones Papæ vel Episcoporum præcipientes, quibuscunque scientibus, aliquem possidere beneficia, cum symonia coniuncta, vt illud reueletur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, non astringere, nec ligare scientes, qui fidem facere haud possunt. Adde & hanc sententiam probandam, dictum Angeli, relatum in tractatu de maleficiis, eos nimirum qui sciunt proditionem inchoatam, & initam aduersus principem, quam tamen probare non possent, non incidere in pœnam legis *quisquis. C. ad leg. Iulia. Maiest.* si tacuerint. Quia ipsis probatio deficiebat. Asserentibus enim onus probandi incumbit. *l. secunda. ff. de probat. l. actor. C. eodem. l. qui accus. C. de edend.* Ex his & similibus, quæ facile cumulari possent, satis aperte liquet, posteriorem sententiam & iuri magis esse consentaneam & æquiorem. Quare iam restat, vt ad contraria paucis respondeamus.

4 Et primum, quod † dictum fuerit, obediendum esse præceptis superioris, non obstat, & ex supra scriptis facile solutio colligitur. Nam præceptum superioris non intelligitur promulgatum contra detinentes iusto titulo, nec contra scientes detentionem, quam probare haud possent.

Nec refragatur, quod falsarius esse videatur, quia verum tacet. Sed illud intelligi solet in eo, qui iurauit dicere veritatem, in aliis non item, secundum glossam *in c. ne quis arbitro. 22. q. 2.* quam & Iason sequitur. *l. 1. in fin. ff. si ex noxa. caus. aga.*

Nec obstat huic sententiæ decisio & sententia Innocentii, quam & alii Doctores communiter sequuntur. *d. c. omnis.* Ea enim intelligitur, quando aliquis requisitus fuerit, vt testimonium dicat de illis, quæ sibi dicta fuerint, sub sigillo Secreti, eum tunc teneri: Secus vero est in reuelatione. Aliud namque esse dicunt scribentes, reuelare, aliud autem testificari: quorum sententiam in præsenti & nos sequimur.

Ego Laurentius Kirchoff, Iuris V. Doctor, supra scriptam sententiam de iure probari, eamque æquo consentaneam esse arbitror. Alterius tamen sententia ac iudicio semper saluo, quod & manu mea propria testor.

Romæ vltimo Decemb. Anno 1554.

CONSILIVM IV.

D. Laurentii Kirchoff, Megalopolitani.

ARGVMENTVM.

Instructio iuris pro parte negatiua, quod pater non possit relinquere filiæ spuriæ tanta, quæ excedant legitimum modum alimentorum & dotis. Romæ scripta, Anno 1554. Mense Ianuario.

SVMMARIA.

1 *Spurii alendi non sunt, de iure ciuili.*
2 *Spuriis alimenta debentur, de iure Canonico,*
3 *Dotis causa fauorabilis est, sicut alimentorum.*
4 *Pater tenetur alere & dotare filiam spuriam.*
5 *Argumentum ab alimentis ad dotem est efficax & validum.*
6 *Consanguinei non possunt reuocare ea, quæ spuriæ in dotem data sunt.*
7 *Pater habet potestatem dandi omnia bona sua vni filio. &c.*
8 *Pater potest filios inæqualiter instituere.*
9 *Voluntas decedentis morte confirmata conseruari debet.*
10 *Dotis constitutio, & eorum, quæ vltra legitimum modum alimentorum, spuriis dantur, non valet.*
11 *Nati ex complexu damnato aut incæsto, non sunt nominandi naturales.*
12 *Spuriis debentur alimenta ratione naturalis iustitiæ.*
13 *Leges in respicientibus animam non dedignantur sacros Canones imitari.*
14 *Practicus Papiensis est vir summi iudicii.*
15 *Ius Canonicum solummodo requirit duos testes in testamentis.*
16 *Spurio relinquitur dupliciter.*
17 *Dotem & alimenta quis spurio legare potest.*
18 *Dotis & alimentorum modum legitimum excedentia possunt reuocari.*
19 *Fideicommissum palam relictum fraude caret.*
20 *Pater potestatem habet plus relinquendi vni filio quam alteri.*
21 *Modum excedens reuocatur.*

22 *Æqualitas seruanda est.*
23 *Pater alere & dotare debet filiam spuriam.*
24 *Dotis & alimentorum modum legitimum excedentia reuocari possunt.*
25 *Deportatum non potest institui.*
26 *Concubinatum & illicitum coitum sacrosancti Canones improbant.*
27 *Qualibet fornicatio simplex.est peccatum mortale.*
28 *Pater potest inæqualitatem seruare inter filios legitimos.*
29 *Academia Papiensis.*
30 *Non verba legum tantum, sed & mens legumlatorum consideranda.*
31 *Mens legumlatorum est radix verborum.*
32 *Sententia verbis preponenda sunt.*

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Præ-
supponitur in facto, quod Ciriacus à Doule dis-
cesserit, atque fato functus fuerit, qui dedit filiæ
spuriæ tanta in dotem, quæ excesserunt legitimum
modum alimentorum, qui debebatur & ratione na-
turali, & iure Canonum. Quæsitum fuit, an illius con-
sanguinei possint reuocare ea, quæ modum alimento-
rum excesserunt, cum & facta fuerit donatio filiis na-
sciturus ex ea, vt sortirentur effectum, moderamina,
parentis prædictæ filiæ.
Et primo videbatur dicendum, quod consanguinei
nullo modo, nullaque ratione reuocare possint ea,
quæ excesserunt legitimum modum alimentorum.
1 Nam licet de Iure † ciuili illa alenda non sit, nihilque
ei debeatur, *Aut. ex complexu. C. de Incæst. nup. vbi & an-
notat Bart. numero 1. & 2. l. 1. vbi & Bartol. num. 3. C. de na-
tura. libe. Practicus Papiensis in libello forma, pro hereditate ab
intestato, vers. nullique superst. n.* 16. *vbi* & multas concor-
dantes sedes ac loca Doctorum recensuit, tamen de
iur. Cano. cui in hac parte standum esse videtur. *c. 1. &
2. vbi Ab ex. de no. ope. nuncia*, ei alimēta debētur *c. cum ha-
2 be. ex. de eo qui duxit in matri quam poll.* sprera iu. ci. ratio-
ne (quæ considerauit, vt reprimeretur carnis vitium,
& libido) propterea ne anima creata fame periret, quę
non peccauerat, *argum. l. legem. C. de nat. libe. l. necare. ff. de
agnosc. libe.* Quare non solum capaces eiusmodi erunt
alimentorum, Bart. *in tracta. de alimen.* Verum etiam il-
lis potest relinqui aliquid in casu dotis, qui fauorabilis
3 est, sicut † alimentorum, *pract. Papien. numero* 17. *allegat.
loco Mattha Mathesilanus in notabilibus suis, notab.* 147. *vbi
inquit: Nota singulare dictum, quod pater possit filia nata ex
nefario coitu relinquere, non solum alimenta competentia,
sed etiam dotem, Bart. id volente, in l. fi. ff. de his quibus, vt in-
dig.* vbi dicit sic de facto se consuluisse, & ibi voluit,
quod sicut pater de iur. Cano. tenetur alere filiam spu-
4 riam, *d. c. cum haberet*, ita tenetur dotare per dotem
concedentem. Illud & probare videtur D. Ias. *in §. fue-
rat, numero* 120. *Institut. de actio.* vbi tantum remissiue
loquitur, quæ remissiones hanc sententiam fere o-
mnes sequuntur. Et Bart. *in d. Aut. ex complexu. numero*
4. assignat rationem, quia sine dote non posset conse-
qui maritum. Quod idem Bart. *in l. Meuius. § duob. in ter-
tia quæst. de legat. sec. ff. Abb. d. c. cum haberet.*
5 Nam argumentum ab alimentis † ad dotem, efficax
& validum, ex iuris dispositione † censetur, *Eberhard. in
Top. legalib. loco ab alimentis ad dotem.* Approbat idipsum
in d. l. Meuius. § duob. Ioan. de Imo. ratione naturalis æqui-
tatis, & dispositione Iur. Canon. Ange. *Institut. de iur.
nat. gen. & ciuis. in princip. vers. ex quo.* vbi inquit: Quod
non solum possint relinqui alimenta (vt supra dictum
est) sed & aliæ res, quæ succedunt loco alimentorum,
*l. sancimus. C. de nup. & allegat. Bald. in leg. eam, quam, C. de
fideicomm.* Ex his & aliis similibus necessario seque-
tur, cum possit & relinquere alimenta filiæ spuriæ, &
dare dotem, quod consanguinei non poterunt re- 6
uocare ea, quæ in dotem fuerunt data, licet excesse-
rint legitimum modum.
Nam cum pater habeat potestatem † vni filio assig- 7
nandi, dandique omnia bona sua, modo aliis relin-
quat legitimam. *Aut. nouiss. C. de inofficioso test. & in corpo-
re, vnde sumitur, vbi D D. & maxime Ias. & inter Modernos
huius temporis, Mantua.* dicendum videtur, quod pater
possit illi, cui voluerit, relinquere suam substantiam,
suasque facultates. *Curtius Iun. in Aut. res, quæ. num. 36. C.
commun. de lega.* Vnde & dici solet, quod pater non te-
neatur, si reliquerit filio legitimam, relinquere aliquid
nepotibus, Quia non obtineant primum locum. *l. Gal-
lus, in princip. & per tu. l. ff. de libe. & posthu.* Nec dubium
est, manifesti iuris esse, quod † pater inæqualiter filios 8
instituere possit, licet contrarium Romanus affirmare
videatur, *in consil. 385. consil. 179.* Illius tamen opinio ac
sententia, & ll. refragatur, & Doctorum communiori
calculo. *l. filii, & l. fin. C. fami. hercíscunda.* vbi relinquitur
inter filios retentio quartæ, quod fieri non posset, nisi
ex inæquali institutione. Adde Roma. sententiam ma-
nifeste reprobari ex Auth. *de imperfect. test.* vbi Impera-
tor voluit, patrem scribere debere clare & per exten-
sum, vt loquuntur, Vncias, in quibus institueret libe-
ros, quod frustra requireretur, si æqualis institutio fie-
ri deberet, voluerūt & hoc expresse DD. maxime Paul.
de Castro, Cornel. Antonius, Natta. *in § ex imperfecto. l.
hac consulti. C. de test.* Quorū doctrinas iā non refero, sed
videatur Natta *in d. § ex imperfecto, quæst.* 11. Cum igitur
pater inter filios possit inæqualitatem seruare, mul-
to magis erit dicendum, quod & filiæ spuriæ alimen-
ta & dotem vltra legitimum modum relinquere pos-
sit, præsertim cum & ll. non astringatur, vt alios here-
des instituat, quam liberos, si quos habuerit, vel eos
exheredet § 1. *& tot. tit. Institutio. de exhereda. libero.* Et
sic vt intestatus discedat. § 1. *Institut. de hered. quæ ab in-
testat. defer.* vel scribat extraneos heredes, qui & turpes
personæ esse possunt. § 1 *Institut. de inoffici. testament.* qui-
que non remouentur, nisi à fratribus & sororibus, vt
ibi text. Angel. Fab. & reliqui declararunt. Vnde cum
non reuocauerit ipse ea, quæ extra modum alimento-
rum, & dotis data fuerunt filiæ, nec debent reuocari 9
à consanguineis, vt illius voluntas, † quæ morte fuit
confirmata, habeat effectum. *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.*
Reipublic. namque interest † vltimas voluntates con-
seruare. *l. vel negare. ff. Quemadmodum testamenta ape-
rian.* cum & apud eum fuerit legitima gubernatio re-
rum suarum. *l. in re manda. C. mandati.* His & aliis argu-
mentis, quæ possent pro hac prima parte adduci, non
obstantibus, contrariam sententiam sequor ego, tan-
quam de iure veriorem, & per nonnullos Scribentes
probatam, defensamque. Et primo certissimū est, quod 10
constitutio † dotis, & eorū, quæ vltra modum legiti-
mum alimentorum data fuerunt, non valuerit, autore
Bartol. *in fin. ff. de his quibus vt indign. Bald. in l. eam quam.
colum. 11. vers. pone dicit decretum. C. de fideicommiss. Fran-
cis. de Ri. l. 1. nu. 68. ff. soluto matrimonio.* Nam necessario
sequitur, cum primum constitutio dotis, & eorum,
quæ excesserunt legitimum modum alimentorum,
non valuerit, quod dotem, & ea, quæ alimentorū loco
acce-

accepit, quæque sunt excedentia, retinere haud possit. Id enim nō firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit. *c. non firmatur, vbi Dy. de reg. Iur. in 6.* Quare & repetitio dabitur: quam sententiam & Rip. *d. l. 1.* de iure veriorem esse asserit, licet non neget, præcedentem magis humanam esse, quod ego non appro-
12 bo, vt ex infra dicendis apparebit.

Secundo cum ius ciuile voluerit, vt nati ex complexu damnato, aut incœstu, sint † nominandi naturales, vtque habeantur omni substantia paterni indigni, nec illis dentur alimenta d Authen. ex complexu, propter reprimendam libidinem, vt bene dixit Papiensis practic. *in d. libello, pro heredi. ab intestat. num. 17.* Profecto ius Canon. nihil aliud voluit *d. c. cum haberet* ex naturali æquitate inducere, quam vt illis non denegarentur alimenta, ex ratione *d. l. necare.* Quare necessario sequi videtur, quod Dd. relicta ratione leg. & non considerata dispositione *d. c. cum haberet*, illud plus iusto extendere hactenus soliti fuerint. Nam si hoc concederetur, vt eiusmodi filiis pro arbitrio, etiam vltra legitimum modum, relinqueretur, multæ iuris dispositiones illusoriæ tandem redderentur, quod & multi D d. egregie adnimaduerterunt, vt Papien. practic. *in allegato loco, nu. 17.* Quare voluerunt, vt illud *c. cum haberet.* solummodo procederet in terris Ecclesiæ subiectis. Quia nihil iuris habet pontifex in terris imperii, nisi ratione peccati. *c. nouit, vbi Scriben. ex de iudic. Ioan. de Imo. in l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 1. Additio ad Bar. verb. filia d. Auth. ex complexu*, reiecta & spreta sententia Angeli qui contrarium asserit, aliorumq; Doctorum sententias reprehendit. *§. 1. Instit. de iur. na. gen. & ci.* Nam præcedentium Doctorum sententia & opinio non solum ciuili ratione, ne denegentur partui alimenta, verum etiam naturali & diuina nititur, vt libido extinguatur, *Paul. ad Galat. 5. & idem ad Roman. 1.* Quamobrem cum & illi Dd. voluerint, vt illa constitutio *d. cap. cum haberet*, tantum procederet in terris Ecclesiæ subiectis, non autem in terris imperii, videtur sane dicendum, quod & sedulo & diligenter considerandæ sint rationes, tum constitutionis ciuilis, tum Canonicæ: vbi igitur illud factum fuerit, non ita nude affirmabitur, text. iur. ciuilis correctum esse, sed recipere limitationem,
12 scilicet hanc, quod illis debeantur † alimenta, ratione naturalis iustitiæ, vt & dicere videtur Bart. *in l. 1. Cod. de naturalib. & in d. Auth. ex complex. & in tract. de alimen.* & quidem in terris imperii. Quare per consequens necessario sequi videtur, quod possint reuocari non solum ea, quæ extra legitimum modum in alimentis excesserunt, Ripa *in d. leg. 1. ff. solut. matrim.* Verum etiam dispositionem Canonis in nostro casu locum haud habere, cum terra illa, in qua facta fuit dotis constitutio, sit Imperatoris, & non Pontificis, in qua nil iuris habet, vt antea ex sententia Papien. diximus, & probatur *in c. nouit. extr. de Iud.* Neque id nemini mirum esse debebit, fit enim illud in plurimis casibus & decisionibus Iuris Canonici, refragantibus ciuilib. legibus & optimis responsis Iureconsultorum, sed vnum nos referemus loco exempli. Multi autem Scribentes voluerunt, quod Ius Canonicum circa præscriptiones seruaretur ratione periculi animæ, argumēto eorum, quæ traduntur *in capit. secund. extr. de iureiuran. cap. fi. ext.*
13 *de foro comp.* Quia † in respicientibus animam non dedignantur leges sacros Canones imitari, *Auth. vt clerici apud pro. Episc. §. Si vero. Auth. de sacrosanct. Eccl.* Quamuis non ignorem & alios contraria approbare. Quare & Bart. aliam distinctionem *in leg. Celsus. in le. sequitur. §. Si viam. ff. de vsucapioni.* reprobatā, Papien. pract. dicto loco secutus fuit, sed hi veriorem hanc esse arbitrantur: Nimirum, quod attendi debeat ius ciuile iuxta ea, quæ notantur *in c. 1. & 2. ex. de no. operis nunciat.* 14

Quorum † sententiæ adstipulatur Papien. vir summi iudicii. Non refragatur ratio, ab aliis adducta, quia illa secundum prædictum Papiensem multum est fatua cum per eam sequerentur infinita absurda, atque destruerentur constitutiones legum ciuil. in omni materia & contractibus, emptionum, venditionum, donationum, conductionum, permutationum, & similium, cum nimirum contrarium sæpius in his Canones disposuerint: præterea forma testamentorum, magna ex parte mutaretur, cum ius Canoni. solummodo requirat duos testes, *c. cum esses. c. relatum, ex. de testa.* Quæ tamen † non mutatur, nisi statutum contrari- 15 um disposuerit, quod sequi solemus, licet ambigua videatur Scribentium sententia Dd. & maxime Iat. *in l. cunctos, n.* 81 *2. lect. Item in priore, C. de sum. tri. & fid. cath.*

Tertio, non obstantibus his, quæ dixit Bart. *in libr. 1. Codice, de naturalibus in Authent. ex complexu, Cod. de incest.* habemus eiusdem expressam doctrinam, vt & illud, quod datum fuerit vltra legitimum modum, reuocari possit, dato eo, quod illorum opinio verior sit, relinqui posse spuriis alimenta dotem, & alia. Nam Bart. *in l. fin. ff. de his quibus vt indig.* refert aliquos modos, reprobatis antea illis, quos Cyn. & alii docuerant, per quos consuleretur, vt filiis spuriis relinquerentur alimenta, dos, &c. Sed referemus illius doctrinam, vt res clarior, & magis perspicua reddatur, *ex dicta lege final. numero septim.* Quis erit ergo modus relinquendi filio spurio? Et respondet, eum † duplicem esse: vnum 16 clarum, alterum nonnihil fraudis continere. Nam de iure Canon. talis filius debet ali à patre. *d. c. cum haberet.* Idem Bart. *in l. Si quis à liber. §. 2. ff. de libe. agnos.* Vnde modus est, quod relinquat sibi tantum, quod suffi- 17 ciat ad alimenta hoc modo: relinquo filio spurio in vita sua feudum, pro alimentis. & post mortem sit suorum filiorum, quibus potest relinqui, *leg. fina. C. de naturalib.* Idem in dote, eodem fauore, & eadem ratione, Quia potest legare dotem, sicut & alimenta, *Argum. le. 1. ff. solut. matrimon. lege, cum post, §. gener. ff. de iure dotium.* Et hoc nisi excedat magnam quantitatem, alias forte præsumeretur fraus. *l. 1. C. de naturalibus liber.* Ecce igitur, dato, vt dixi, eo, quod opinio contraria, de iure verior esse debeat, voluit tamen expresse Bartol. Quod si excederet legitimum modum dos, præsumi fraudem, & per consequens non est dubium, quin reuocare possint consanguinei, vt liquet ex eiusdem Bartol. doctrina, *ibidem* relata, *numero octauo.* vbi illum articulum in vtranq; partem disputauit. Qua- 18 re in casu nostro, luce meridiana clarius existit, quod possint ea reuocari, quæ excesserunt legitimum modum hunc esse, refert Bart. atque nonnihil continere fraudis: vt si Testator rogauerit heredem expresse, vt restituat cui velit. Cum igitur non sit tacitum fideicommissum, sed palam relictum, fraude carere † non potest, *leg. non intelligi. §. Si quis. ff. de iur. fisci.* Sed ta- 19 men hoc casu non potest heres spurium eligere, quia tunc videretur capere, *leg. vnum ex familia. §. 1. de lega. secund.* Ideo consilium est, quod heres eligat tertium, & postea ille tertius eligat spurium, & fatetur tandem ipse Bartol. quod hic casus nonnihil fraudis contineat. Quare cum sine fraude ille casus fieri haud

possit, non est approbanda Theorica Bart. Nam ius ars
boni & æqui dicitur. *leg. 1. ff. de insti. & iur.* Et contra le-
gem illi delinquere censentur, qui legis verba com-
plectentes, nitantur contra l. voluntatem, *c. fin. vbi Din.*
de reg. iur. in 6. leg. non dubium, vbi Iaf. C. de leg. Nec de iure
probatur, idcirco nullius momenti censetur. *l. illam. C.*
de collationibus §. consideremus, de triente & semisse. Quar-
to, Bart. *in l. si fraudatur. §. Si a socero, circa finem. ff. quæ in*
in fraudem credito. innuere videtur, quod pater eius-
modi filiis nihil amplius relinquere de iure possit, quã
tantum, ex quo alimenta habeant, vbi & allegat sæpe
adductum Canonem. *ca. cum haberet.* in quo summus
Pontifex voluit, vt necessaria secundum modum fa-
cultatum, illis subministrarentur, quem & compositũ
esse à sacerdote quopiam, credidit Petrus de Bella per-
tica. *in d. Auth. ex complex.* Neq; ex sæpe allegato tex. *d. c.*
cum haberet probari potest, licet concesserit necessaria
secundum facultatum modum, vt ea excedant iustum
& legitimum modum, vt in nostro casu factum est.
Quare non dubium est, concedi reuocationem eius,
quod modum legitimum excessit. *l. 2. vbi & DD. C. de*
inofficiosis donatio. lege, si mater, & similibus, eodem tit. Non
20 obstat, si opponeretur † dotem datam vniuersam, ex li-
beralitate, cũ videatur de iure data potestas patri, plus
relinquere vno filio, quam alteri, iuribus antea allega-
21 tis, Respondeo, dotem datam esse in † locum alimen-
torum, & cum iam excedat modum illorum non du-
bium est, quin reuocari possit, cum & ea grauet filios
legitimos, vt prorsus illa æqualitas, quam seruandam
esse DD. tradiderunt in Rub maxime. Deci. *c. de collatio.*
videtur, cumque & Scribentium sit sententia, patrem
22 non † posse plus relinquere filio illegitimo, quam
relinquat vni filio legitimo, & naturali cui minus re-
liquerit, *Iaf. in l. Vnica num 31. C. quando non peten. part.*
Nam alioqui sequeretur melioris cõditionis esse spu-
rium, quam filium legitimum, aduersus mentem Im-
peratoris. *in auth. ex complexu. C. de incest. l. vnica. C. de con-*
cubi. cum similib. Neç secus Francis. Ripa hanc sententi-
am intellexisse videtur. *in d. l. 1. numer. 66. ff. solut. ma-*
trim. cum referat communiorem Doctorum esse opi-
nionem, quam & ille verissimam esse arbitratur, pa-
23 rentem † alere debere, & dotare filiam spuriam. *Ma-*
thesil. d. notabi. 146. Sed postea addidit, patrem dotem
dare debere in locum alimentorum, quare legitimum
modum excedere haud potest, vt in nostro casu, & al-
24 legat Bart. *in dicto. § Si à socero. Ab. in consil.* 115. Vnde † ne-
cessario sequitur, quod illa q̃ excesserunt legitimũ mo-
dum dotis & alimentorum, repeti possint, *Rip. in d. l.* 1.
nume. 68. Sot. cons. 2. lib. 4. Et hæc communior Doctorũ
videtur esse opinio, licet Dd. diuerse de hoc articulo lo
quãtur, sed nobis maxime illud videtur refragari, quod
in nostro casu facta fuerit donatio dotis, & illorũ, quæ
excesserunt legitimum modum filiis nascituris, quæ
videtur de iure concessa, vt Dd. voluerunt. *glossa in l fin.*
C. de naturalib. filiis Ripa, in d. l. 1. Iaf. in l. hered. nu. 7. C. de his
quib. vt indi. vbi bonum simile ipse adducit. Nam si quis
25 habet filium deportatum, est penitus † incapax, de iure
ciuili, nec eum posset instituere. *l. 1. C. de heredib. inst.* Ta-
men nepotem ex eo potest instituere. *ff. de bonorum pos-*
sessio. cont. tabu. Simili ratione habens filium Iudæum,
vel hereticum, nõ potest eum instituere & tamen si ha-
bet nepotem ex eo Christianũ potest instituere. *l. cogno-*
uimus. C. de hereticis. Quia auus non prohibetur donare
ex spurio nepotibus nec videtur donare ratione &
contemplatione filiæ, alias donatio non valere, *Bar-*
tol. in leg. Gallus. §. Quod si his. ff. de liber. & posthum. Et
hanc doctrinam communiter Scribentes commen-
dant, eamq; cautelam esse tradiderunt, qua prouideri
possit liberis spuriis. Sed concedamus eam esse veram,
licet lex final. *C. de naturalib.* refragari videatur, cum di-
cat, *liceat parenti, quantum voluerit sua substantia in eos con-*
ferre, sed nulla legitima sobole subsistente. Cæterum cum a-
uus in fraudem reliquorum filiorum, ex legitimo ma-
trimonio procreatorum, spuriç filiæ dederit dotem
excedentem legitimum modum, illud quod commu-
niter Dd. affirmant, filiis nascituris auum dari posse,
tunc non locum habebit, quia fraus accedit, & melio-
ris conditionis esse non debent, vti & ante diximus, fi- 26
lii ex illegitimo coitu nati, quam qui fuerint ex legiti-
mo procreati, cum cõcubinatum † & illicitum coitum
sacrosancti Canones improbent, *gl. in l. 3. Ver. l ff. de con-*
cub. imo & ius ciuile. *§. Illud. Auth. quib. mo. nat. effic. sui Bar.* 27
Socin. in l. Gallus. §. Quid si n, numer. 7. cumque quælibet
fornicatio simplex sit † peccatum mortale. *Cle. ad nost.*
de hære. Ange. Faber gloss. §. 1. Institut. de pat. potesta. Quare
Scribentium sententia intelligenda est, Si fraus abfue-
rit, vnde Abb. *in consilio* 115. recte voluit, quod mortua
filia spuria, dos sit restituenda patri, vel eius heredibus
& non filius eius, quia in alimentis non potest habe-
re heredem. *§. fruitur, Inst. de vsufru.* Quam sententiam
& approbat addi. ad Bart. *verb. Si à socero. dicta lege, si frau-*
datur. §. Si à socero. Concludo igitur, quod ea possint,
quæ iustum & legitimum modum dotis & alimento-
rum excesserunt, non obstante, quod donatio facta
fuerit ab auo, cum ea fuerit facta in fraudem legitimo-
rum hæredum, reuocari. Contraria autem facilia sunt 28
& partim à me soluta fuerunt. Non obstat igitur, quod
dixi, quod pater possit † inæqualitatẽ seruare inter fi-
lios, *Natta in d. §. Ex imperfecto,* vnde quæst. modo reli-
querit legitimam, quæ de iure naturæ debetur. *Deci.*
in l. iur. sangui. ff. de reg. iur. Auth. nouiss. C. de inofficio. Illud
fateor verum esse inter filios legitimos. Nos autem su-
mus in casu mixto, partim in filia spuria, & legitima,
cui vt relinqueretur aliquid, iura prohibuerunt, vt vi-
tium paternum frenaretur *l. fi. vers. in omnib. C. de natu-*
ralibus. licet alimenta debeantur, ex æquitate Canoni-
ca, quibuslibet, secundum communem sententiam, il-
la tamen non possunt excedere legitimum modum. *d.*
l. 2. & tot. tit. C. de inoffic. dona. leg. Si liqueat. C. eodem. cum
Iura loquantur tantum de alimentis, quæ non solum à 29
patre debentur. *d. cap. cum haberet. Bar. in d. l. fi. de his quib.*
vt indig. Verum etiam † à successore patris, & eius here-
de, vt Academia Papien. de facto respondit, referente
Curtio Iun. *in Authen. Res quæ, nu. 30. C. communia, de lega.*
Quam sententiam propter naturalem æquitatem, ego
non prorsus improbo, si modo alimenta iustum ac le- 30
gitimum modum non excesserint, vt fraus aliis fiat, ni-
hilque committatur, quod ll. refragari videatur. Nam
non solum nuda verba legum consideranda sunt, ve- 31
rum † etiam necesse est, vt consideremus sedulo, di-
ligenterq;, quæ fuerit mens legumlatorum, quoniam
mens radix verborum esse dicitur, *Bald. in c. Mandatum*
ext. de rescriptis. Quare & præponendas esse sententias
verbis constituimus *c. sedulo. 38. dist. Iason. in l. si quis filium*
C. de libe. præteritis.

Vt à me supra conclusum fuit, ita iu-
ris esse arbitror, Ego Laurenti-
us Kirchoff, I. V. Doctor: alterius
tamen iudicio semper saluo, ac præ-
cipue doctioris & melius iudican-
tis, idque propria mea manu te-
stor.

CONSI-

CONSILIVM V.

D. Laurentii Kirchoffs, Megalopolitani.

ARGVMENTVM.

Statuta Lubecensis ciuitatis obseruanda in successionibus.

SVMMARIA.

1 *Ius repræsentationis quod sit.*
2 *Liberi diuersarum nuptiarum succedunt parentibus suis vel auis præ omnibus aliis, in bonis dotalibus illius matrimonii, &c.*
3 *Constitutio imperialis.*
4 *Contrariam sententiam asserit.*
5 *Papa & Cæsar differunt.*
6 *Iurisdictio altera in actu, & altera in habitu.*
7 *Papa & Imperator non debent se inuicem perturbare.*
8 *Confirmatio facta per Papam non potest per Cæsarem, vt inferiorem, infirmari.*
9 *Confirmatio ex certa scientia quando dicatur.*
10 *Confirmatio superioris supplens defectum solennitatis, forma & persona.*
11 *Lubecensium iura municipalia sunt confirmata ab Imper. Carolo quinto. Anno 1548.*
12 *Statutum valens in vim priuilegii, plus iuris & roboris habet.*
13 *Consuetudo statutum, vel exemptio cuius initium memoria non existit, æquiparatur priuilegio.*
14 *Merum imperium, iurisdictio & regalia præscribi non possunt.*
15 *Tempus vim tituli habet, & præsumitur.*
16 *Vetustas pro lege habetur.*
17 *Dos loco legitima succedit, & in legitimam computatur.*
18 *In consideranda dote, an sit congrua habetur respectus ad facultates tempore dotationis existentes.*
19 *Mos regionis debet attendi.*
20 *Quilibet potest renunciare iuri suo & fauori.*
21 *Pacta de non succedendo improbantur, etiam si iuramento sint vallata.*
22 *Pactum de non succedendo validatur per statutum vel consuetudinem.*
23 *Consuetudo vel statutum admittens primogenitum exclusis omnibus.*
24 *Pactum contra bonos mores reprobatur.*
25 *Pactum vel statutum contra bonos mores non valet.*
26 *Quod est contra bonos mores, continet turpitudinem.*
27 *Facultas testandi est de iure ciuili.*
28 *Ius ciuile per statutum mutari potest.*
29 *Locus ciuitatis inspiciendus in iudicando.*
30 *Auditorium Cæsaris, seu iudicium Cameræ.*
31 *Libri rationum quid probent.*
32 *Sequestratio est prohibita.*
33 *Nemini auferenda est commoditas possess. ante latam sententiam.*
34 *Sequestratio euitatur sufficienter cauendo.*
35 *Statuta obseruanda sunt.*
36 *Consuetudines inueteratæ obseruandæ sunt.*
37 *Res nouæ quietem publicam perturbant.*

SPECIES FACTI narratur.

IM Namen der Heyligen Dreyfaltigkeit/ Amen. Es ist eine Frauwe gewesen/ die hat einen Mann gehabt/ welcher darnach verstorben/ vnd nachgelassen etliche kinder/ zween Sön/ die auch verstorben sein/ vnd eine Tochter/ vñ hat darnach dieselbe Fraw einen andern Mann genommen/ jedoch mit einem sonderlichen bescheyd/ nemlich/ daß die Kinder auß der erstẽ Ehe gezeuget/ eine gewisse portion vnd antheil/ wie dann dem Lübischen Rechten vnd der Statt Gripswald gewonheit/ gemeß/ haben solten/ vnd ist darnach die bemelte Tochter zu der Ehe bestetiget wordẽ/ vnd ist zu der zeit jr Ehelicher Haußwirt/ in Vormündschafft seiner Frawẽ mit dem berürten antheil content vnd zufrieden gewesen auch darauff seiner Frauwen Stieffvatter gebürlich quittiert/ in desselben Rechenbuch von ferner ansprach/ allein daß jhm vorbehalten/ So seine Haußfraw jhrer Mutter Tode obleben würd/ daß jhr als dann ein ziemliche gifft/ nach laut derselben Quittirung möchte gegeben werden/ vnd hat dennoch jhren todt nicht obgelebet/ sonder ist acht jahr zuvor gestorben. Von der Frauwen sein nun Kinder verlassen worden/ welche sich annaßen jhrer Großmütterlichen Erbe/ vnd wöllen derhalben mit jrer Großmutter Kinder auß der letzten Ehe geboren/ zu gleicher theilung gehen/ vnnd sonderlich nach vermöge der neuwen Keiserlichen Constitution. Wird derhalben gefragt/ ob nicht der Frauwen nachgelassene Kinder/ die rechten natürlichen vnd nechsten Erben sein/ vermöge deß Lübischen Rechtens/ das an dem Ort gebräuchlich/ außgeschlossen derselben Halbschwester Kinder/ vnnd sonderlich weil die auch abgesondert seinde worden/ vnd derselbigen Vatter sich seiner gerechtigkeit/ von wegen seiner Haußfrauwen begeben. Zum andern/ ob die Keys. newe Constitution/ die löblichen Lübischen Rechte vnd gewonheit auffheben vnd Cassieren möge. Zum dritten/ was die Renunciation vnd verzeihung der verlassenen Kinder Vatter jrer Gerechtigkeit belangend/ Die sich nun gern vndernemen wolten deß gefallen Erbtheils mit den rechten natürlichen nehesten Erben/ wircket. Zum vierdten ob auch die verzeichnuß vnd Erbschichtung in das Rechenbuch der rechten natürlichen nehesten Erben/ von jhrem Vatter verzeichnet/ etwas zu Recht jhnen kan ersprießlich sein.

Zum andern principaliter wird gefraget/ ob die Kinder d' mehrgedachten verstorbenẽ Wittwen können außschliessen jhre gantz Stieffschwester Kinder/ nach vermög der berührten Lübischen statutẽ. Auff welche puncte nun erklärung deß Rechtens begert wirdt/ So wöllen wir nun prius diuino nomine implorato, contraria, die vns hierinn können mouirt werden/ setzen/ vnd darnach conclusiue pro parte affirmatiue schliessen/ vnnd allenthalben einführn auß den gemeinen Rechten vnnd Lübischẽ statutẽ/ da sonderlich diese gegenwertige Fäll gegründt/ auch allweg so geurtheilt werdẽ/ vñ täglich wird/ dz dauon schier keine dubitatiõ erwachsen mög/ dz dieser sachẽ dienstlich sein kã/ vñ darauß die erörterũg folgẽ wil.

Et primo dicendum videbatur, omnes ad aui successionem simul esse admittendos. Quia si ex plurib. filiis vel filiab. aliquis fuerit mortuus, relictis ex se filiis vel filiab. hi succedunt auo vel auiæ, cũ patruis loco sui patris in stirpes, seu † iure (vt vocant) repræsentationis, hoc est, quotquot sunt, tantam partem accipiunt quantam pater eorum, si viueret, accepturus esset. §. *si quis igitur descendentium, Nouel. de hered. ab intest. veni Auth. in succes. C. de suis & legitimis. l. vlt. §. hoc etiam cognitum. C. de Epis. & cle. l. liberorum, ff. de ver. sign.* Quod tamen cũ eo temperamento in casu præsenti intelligi debet, vt succedant

cedant æqualiter in aliis bonis quam dotalib. Liberi e-
2 nim diuersarum † nuptiarũ succedunt parentibus suis
vel auis prę omnibus aliis, in bonis dotalib. illius matri
munii ex quo nati sunt: Vt si mater contracto matri-
monio suscipiat liberos, deinde mortuo marito eo-
demq; patre, nubat iterum, & ex eo quoque coniugio
nascantur liberi, tum matri demum mortuæ succedũt
liberi & illorum descendentes in sui quotquot sunt
matrimonii dotibus & lucris nuptialibus. *Nou. de his qui
nup iter. §. nec illum quoq;, & neque virum. qui ex dote. §. si
vero veniet.* Idem autem est de patre in aliis bonis, vt
iam dixi, quam dotalibus succedunt æqualiter. *Nouel.
de consang. & vte. fra. Papi. practicus in forma libelli pro here.
ab intest. dela. §. nulluque superstitibus. num 6. cum sequen.*
3 *Nona consti. Imp.* vbi expresse hæc verba habentur, Ord-
nen setzen/erklären / vnnd wöllen wir / daß Tochter oder
Enckel nun hinfüran jhrer Anen verlassen Hab vnnd
Güter mit jhrer Vatter/Mutter Geschwister / an statt
jhrer Vatter vnd Mutter zu Erben/nach laut gemeiner
geschriebenen Keyserlichen Rechten/ zugelassen werden
4 sollen/ꝛc. His & similibus quæ facile cumulari possunt,
non obstantibus contrariam † sententiam nos sequi-
mur, secundum Iuris Lubecensis dispositionem.
Quia illud expresse remouet nepotes & solum ad-
mittit liberos si nepotes concurriant cum liberis con-
siderando proximitatem gradus. Vnd wird mit kla-
ren hellen worten disponiert im Artickel Iuris Lubc
censis 79. &c. libri mei. So etwa ein Mensch stirbet/
sein Gut das er verleßt / das gebühret oder empfangen
seine neheste Erbnemmen. Die ersten Erben das sindt
deß Menschen Kinder/ Söne vnd Töchter/ vnd wo die
nicht weren Kindskindt / also disiunctim vnd alterna-
tiue. Vnd in dem 400. Artickel / Wer neher ist gebo-
ren/der ist näher Erbe auffgeboren: Daher in dem 55.
Artickel wirdt statuirt / nach Ordnung deß Lübischen
Rechts/der Stieffbruder oder Stieffschwester/sind nä-
her Erben auffgeboren/denn Stieffbruder Kinder/oder
Stiffschwester Kinder / Welches den Keyserlichen
Rechten nicht gemeß. Aber von diesem allẽ ist kein zweif-
fel / daß nach vermöge vnnd ordnung der Lübischen
Rechte also noch täglich gehalten vnd geurtheilt wirdt/
sondern es wil hie der gröste mangel sein/Ob nicht das
Lübisch Recht in diesem fall/nach vermöge der Keyserli-
chen beschriebenen Rechten/vnd sonderlich der newen
Constitution / sind auffgehaben vnd cassieret worden/
denn es wirdt in der gemelten Constitution mit klaren
worten gesetzt/ Der gewonheit / so an etlichen orten dar-
wider sein möchte/vnangesehen/dann wir auch dieselbig
gewonheit /als der Miltigkeit/ Recht vnd Billigkeit wi-
derwertig vnnd vngemeß / auß vollkommenheit vnser
macht (ex plenitudine potestatis) vnd rechtem wissen
abthun vnd vernichtigen/Vnd erstlich möchte hie consi-
derirt werden/auch ob die Keys. May. hat wöllen die Lü-
bischen Recht cassiren / vnnd auch die Lübischen Rechte
vnder der Constitution comprehendirt werden / denn
mit dem Lübischen Recht hats die gestalt/ daß sie jhres
Rechtens Confirmation vber Menschlich gedächtnuß
nicht allein von den Keysern erlangt vnnd bekommen/
sondern auch von der Bäpstlichen Heiligkeit. Nun ist
ja klärlichs versehens Rechtens / auch die vermutung/
daß die milten Keyser nicht wöllen auffheben vnd cassi-
ern/das einer Commun vnnd Statt/von einer andern
hohen Oberkeit/den Keysern nicht vnderworffen, als ei-
5 ne sonderliche Begnadung / ist gegeben worden: Quia
isti duo principes † inter se differunt, in Papa enim ve-
re & proprie dicitur esse plenitudo potestatis. Nam i-
pse habet vtramq; iurisdictionem: Vnam in † actu, & 6
aliam in habitu, iuxta notata per Dd. *in cap. nouit. de iu-
diciis. & c. licet ex suſ. de foro compe. & in c. causamque, & in
c. per venerabilem. qui filii sint legitim.* Licet enim ambo
sunt luminaria magna, vnum tamen est maius, vt est
text. not. *in c. solita, de mai. & obed. cum aliis vulg.* Vnde 7
se ad † inuicem perturbare non debent, not. Ab. *in d.
c. nouit num. 1. per c. si Imper. & c. duo. 96. dist. 23. quæst. 5. c.
principes c. administratores.* Vnd dieweil von Bäpstlicher
H. als der höchsten Oberkeit/das Lübisch Recht ist con-
firmiert worden/so kan es billich durch einen andern in-
feriorem nit vffgehaben vnd cassirt werden. Quia con-
firmatio facta per Papam † super aliqua re, non potest 8
per inferiorẽ infirmari, *cap. 1. vbi & Canonista de confir. vti.
vel inuti.* præsertim † cũ ex certa scientia facta fuerit. Et 9
certa scientia dicitur autẽ cõfirmatio, nõ solũ, quãdo fit
cũ causæ cognitione. *Bald. post Cyn. in l. ex ver. C. de do. inter
vir. & vx. Dec. in Ru. de confir. vti. vel inuti.* Verum & dicitur
confirmatio ex certa scientia, videlicet, quando tenor
priuilegii de verbo ad verbum inseritur in confirma-
tione. *Spec. tit. de inst. edit. §. nunc autem, vers. item opponi-
tur. Aret. cons. 15. Incipiente reuerendiss. pater. col. 3. vers. præ-
terea certa scientia,* vt expresse apparet in confirmatione
statutorum Lubecen. Quare illius concessio facit vali-
dum, quod erat alioqui nullum, firmum quod alias es-
set infirmum. *Abb. in c. cum super, de tan. poss. & propri. Dec.
in cons. 341. in 2. vol.* Solenne, quod non esset solenne. *c.
quia, de concess. præb. & d. c. 1. de cõfir. vti. & inu. vbi Ab.* Vnde 10
dicitur quod confirmatio superioris suppleat defectũ
solennitatis, defectum formę, & defectũ personæ. *Bal.
in l. fin. ff. de test. tut.* Porro nec dubium est, Ius Lubecen-
se non esse per nouam Imperatoris constitutionem
sublatũ, quia manifestum est, Iura municipalia Lube-
censium, non solum à Pontifice, vt dictum est, & Im-
peratoribus esse confirmata, & præcipue per Impera-
torem Carolum, Anno quadragesimo octauo. Sed 11
etiam in vim priuilegiorum illis esse concessa: dato eo
igitur, quod per nouam constitutionem Imperatoris
omnia statuta excludentia nepotes & neptes à succes-
sione aui, essent sublata, cassa & irrita, tamẽ iura Lube-
censia permanere in sua validitate & vigore. Quia quã-
do Imperator tollit omnia statuta, non venit statutũ, 12
quod valeat in vim priuilegii. Illud enim plus iuris &
roboris habet, text. est *in l. decurion. C. de fil. lib. 12.* bene
facit text. *in c. cum ordinem, de rescriptis,* hanc regulam
tradit Bald. *in l. non plures Cod. de sacros. Eccl. l. 1. ff. de const.
principum.* facit text *in §. si qui vero, C. de nouo Cod. de con-
fir.* Vber diß alles stellt man in keinen zweiffel / daß die
von Lübeck haben jhre statuten / gewonheit vnd freyheit
vber Menschen gedencken also herbracht/darumb wenn
gleich die vorigen vrsachen nicht solten angesehen wer-
den/wie sie doch nicht widerfochten mögen werden / so
bleiben dennoch die von Lübeck / vnd andere Stätt / da
Lübisch Recht gebraucht wird/auß dieser einigen vrsach 13
halben dabey billich. Consuetudo † enim, statutum vel
exemptio, cuius initii memoria non existit, æquipa-
ratur priuilegio expresse concesso à principe ex certa
scientia: Ita tradit Bart. Iaso & reliqui *in l. de quib. de leg.*
per textum *in l. 1. §. si tamen agri ff. de aqua plu. arc. & leg.
3. §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æsti. c. super quibusdam. §.
præterea, vbi gl. in verb. memoria, de verbo. sign. Bald. in cap. 1.
col. 1. quæ sint regalia, in vsib. feud.* Talis etiam consuetudo
tribuit fortissimum Ius, vt tradit idem Bald. *in titul. de
pac. constit. col. 31. vers. saluo iure.* Et non est ignotum
tanti temporis, cuius initiũ memoria non existit va-
rios & notabiles esse effectus & maxime qui habeant
vim

14 vim priuilegii expresse concessi. Vnde quanquam me-
rũ imperium & iurisdictio, item regalia præscribi non
possint, sed ex solo priuilegio competant, tamen trans-
cursus tanti temporis, cuius initium memoria non ex-
istit, facit vt præscribi possint, vt tradit Ia. *in l. quo minus.*
ff. de flu. Item illud tempus habet vim tit. imo ex poss.
15 vel quasi † tanti temporis præsumitur tit. in distincte,
ita eleganter Dy. *in c. poss. de re iu. in 6. & Bal. in tract. l. suo*
præscr. mihi fol 33. Item tanto tempore præscribuntur
ea, quæ alias sunt impræscriptibilia, vt tradit gloss. *in*
Rub. de præscrip. Item ratione istius tẽporis oritur, emer-
git, & resultat præsumptio iuris, & de iure, adeo quod
non recipiat probationem in contrarium, vt tradunt
16 Cy. Paul. de Cast. *in l. si certi anni. C. de pac.* vetustas † e-
nim pro lege habetur, *in l. 2. in pri. ff. de aqua plu. arc. l. qui*
luminib. in prin de ser. vrba. præd. & est solennis textus *in l.*
fi. ff. de aqua plu. ar. vbi inquit text. Scæuola respondente
solere eos, qui iuri dicendo præsunt, tueri aquædu-
ctus, quibus authoritatem vetustas daret, etiam si ius
non probaretur.

Was nun die dritte principal Frag belangt/ die re-
nunciation vñ verzeihũg/ ist es klärlich Lübisch Rechtes
daß abgesonderte kinder vber das jenige/ da sie mit abge-
sondert sein worden/ nicht haben sich mehr zufrewen/
wie dann klärlich der 78. Artickel saget. Vnd weil denn
nun der Schwartzen Vatter/ der Tochter auß der ersten
Ehe/ von dem vorigen Mann seiner Haußfrawen ge-
boren/ eine gewisse Summe/ damit sie außgesteuret ist
wordẽ/ gegeben/ so ist kein zweiffel/ daß die summa d' auß-
steurung loco legitimæ sol gerechnet werden. Quia dos
17 loco legitimæ † succedit, & in legitimam computatur,
l. illam. C. de colla. l. quoniam Nouell. C. de inoff. Testamento.
Ias. in auth. Nouissima, num 60. C. eod. Daß sie aber auch
gleichförmig jhres Vätterlichen vnd Mütterlichen Er-
bes auch jhres standes ist außgesteuret worden/ ist kein
81 zweiffel. Nam in consideranda † dote an sit congrua
habetur respectus ad facultates tempore dotationis
existentes, *Bal. in Auth. res quæ. C. commun. deleg. vers. mo-*
19 *do quæro*, & † mos Regionis debet attendi. *Bal. Nouell.*
in tractatu dotis in 6 parte 18. speciali. vers. Vnnd weil nun
auch vber verjarte zeit/ daß deß Sosfrawen Mutter ist
außgesteuret worden/ ist keine weitere Disputation zu er-
regen. *l. sicut l. omnes. C. de præscript. 30. ann.* Ja nach ord-
nung vnd vermögt der Lübischen Recht/ wenn zwey jar
sein verflossen/ kan derwegẽ keine weitere disputation ein-
geführt werden/ sondern der nichts gefordert hat/ mög
dasselbig seiner versumnis zuschreiben. Welches alles
auch gnugsam bekrefftigt/ durch der Frawen Eheman/
welcher sich aller gerechtigkeit begeben/ durch seine Re-
nunciation vñ verzeihung wie dann seine eigene Hand-
schrifft klärlich vermeldet. Nun ist ja klärliches Rechtes/
20 Quod quilibet † possit renunciare iuri suo & fauori.
l. si quis in conscribendo. C. de pactis capitulo, si de terra. de pri-
uilegiis. cum similib. Ratio huius regulæ est, inquit Ias. *in*
d. l. si quis in conscribendo. Quia in re propria quilibet est
moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. Mandat.* et-
iam in abruendo. *l. sed etsi. §. consuluit, vers. cum re sua se ab-*
uti putant, vel vt Deci. *ibidem num. 13.* voluit quod in-
uitu beneficium non conferatur. *c. inuito, de reg. iuris.*

Es wirdt aber hiegegen eingeführt vnnd vielleicht ge-
sagt werden/ daß solche Renunciation vnnd verzeihung
zu Recht nit können bestehen/ Denn pacta de consuetu-
dine seind von Rechtswegen improbiert. *l. pactum quod*
dotali. C. de pact. Etiamsi iuramento esset vallatum, pro-
ut notant DD. *in leg. pactum quod. Cod. de coll. l. stipula-*
tio hoc modo. ff. de verb. oblig. cum similibus. Quamuis igi-
tur pactum † de non succedendo non valeat, & 21
nullam obligat. inducat, tamen per statutum vel con-
suetudinem † tale pactum validatur. Wie dann die 22
Lübischen Recht vermögen/ auch also täglich gehalten
wirdt. *Ias. in d. leg. pactum quod dotali. Cedue, de coll nu-*
mer. quart. Aluarot. in cap. mulier habens, in vsibus feu-
dorum, titul. si de feud. fuer. controu. Nam super iu-
re succedendi potest prouideri per consuetudinem
vel statutum, *cap. Rainucius, extra, de testamentis.* & hoc
patet in simili, de consuetudine quæ admittit † primo- 23
genitum, exclusis omnibus, quæ quanquam videantur
dura, nihilominus tamen seruatur in loco, vbi viget,
Ioan. Andr. in Addit. Specul. super Rub. de feu. circa medium
Bald. in l. antiquioribus. Cod. de iure delibera. & in l. hoc iure.
ff. de iust. & iure Bald. in l. cum Archimedoram, col. fin.
vers. sed nunquid per consuetudinem. C. vt in possess. lega. per
d. text. in cap. 1. §. mulierum, in §. filii nati, in vsibus. feud. si
de feud fue. cont. inter dominum & ag. Vbi valet pactum
vigore consuetudinis, ne filii ex illo matrimonio suc-
cedant, & Bald. *in l. de quibus. colum, 2. vers. Idem non va-*
let. ff. de legibus, & sequitur Immola *in l. ille autem, in fin.*
ff. de hæred. institu. Contrarium tenet Alexan. *in d. leg. pa-*
ctum quod dotali. Quia cum † tale pactum reproba- 24
tum sit, & sit contra bonos mores. *leg. stipulac. ff. de verb.*
oblig. & l ex eo. C. de inut. stipulat. tali casu sicut non valet
pactum, pariter nõ valet statutum, vt not. Bar. *in l. omnes*
populi. in 3. q. princ. ff. de iust. & iure. & in l. nõ impossibile. in fi.
ff. de pactis. Non obstat tex. *in d. §. filii nati.* quia respõdet
Alex, quod ibi loquitur in pacto de non succedendo,
quod firmatur iuramento. *c. 2. de pactis in 6.* Sed in casu
isto agitur de pacto de nõ succedendo, quod non valet,
& Mod. hic sequuntur. Sed aduertendum est, primo ad
text. *in d. §. filii* licet tamen ibi videatur loqui in pacto
negatiuo, de non succedendo, dum ibi dicitur, quod
filii nati ex tali matrimonio non succedant, tamen il-
lud pactum videtur factum in fauorem filiorum alte-
rius matrimonii prioris, quib. promissum fuerat, quod
ipsi tantum succederent, & tale pactum affirmati-
uum valet fauore matrimonii, vt Baldus ibi dicit. I-
dem concludit Guido Papa, *in quæst. 247.* pactum fa-
ctum tale est, vbi inquit: Valere pactum factum in cõ-
tractu matrimonii, quod primus filius masculus tan-
tum succedat in tali domo vel Castro. *per leg. diu. Con-*
stantin. C. de nat. lib. & sic responsio Alexandri non vi-
detur bona, *add. §. filii nati ex eo*, quod Bald. ibi di-
cit.

Non obstat ratio, quam contra † Baldum Alexan. 25
adducit, quod contra bonos mores sicut non valet pa-
ctum, pariter non valet statutum. Quia respondet
Dec. dupliciter. Primo, quod contrarium procedit,
quando istud, quod est contra † bonos mores, conti- 26
net turpitudinem: & ita loquitur Bart. *in d. l. omnes po-*
puli, dum dicit de pacto contra honestatem. Secus si
non agatur de turpitudine, sed solum de prohibi-
tione iuris ciuilis, quia tunc licet non valeat pactum
valet statutum, vt not. Bartol. *in d. leg. Omnes populi*, & i-
ta videtur in isto casu, quia † facultas testandi est de 27
67 Appellatione alienationis comprehenditur etiam donatio.
68 Nouum feudum dicitur illud, quod de nouo conceditur.
69 Nouum quod dicatur feudum.
70 Quod quis acquisiuit, potest alienare pro libitu suo.
71 Donatio remuneratoria inter coniuges valet.
72 Senex accipiens iuuenculam in vxorem.
73 Scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus.
74 Quod semel placuit, amplius displicere non potest.
75 Feudum alienatum inter agnatos proximus agnatus intra annum reuocare debet.
76 Feudi alienatio 30. annis reuocationi subiecta est.
77 Agnatus recuperare potest feudum, non refuso precio.
78 Remittentibus actiones & iura sua, non est dandus regressus.
79 Mors soluit omnia.
80 Nemo potest transferre ius in alium, quod ipse non habet.
81 Otho à Sehested dolose agere videtur.
82 Contra cessiones fraudulentas.
83 Nemo de improbitate sua consequi debet actionem vel defensionem.
84 Redemptores alienarum litium improbantur.
85 Conatus lucrandi immoderatus iure refrenandus est.
86 Occasiones discordiarum penitus sunt remouendæ.
87 Cessio variis modis impugnari potest.
88 Cessiones fraudulenter hominibus litigiosis & litigare solitis factæ, impugnantur.
89 Cessio malitiose facta.
90 Adversus cedentes ad interesse agi potest.

Species facti proponitur.

IM Namen Gottes / Amen. Auß den Acten vnd
Bericht mir zugestelt vnnd vberschickt / verneme
ich / dz der Fall in Sachen Henneckē Rantzouen /
den Appellanten gegen seinem widertheil / jetzt noch in
der Rechtfertigung / jhren Vrsprung mit aller nachfol-
genden vmbstendigkeit dermassen sich enthelt / daß in ver-
schienen jaren drey Brüder gewesen seynd / mit namen
Joachim / Caspar / vnd N. die Sehestede genennt / von
welchen newlich noch im Leben gewest ist Caspar / jetz aber
auch in Gott dem Allmächtigē verstorben / diese gemel-
te drey Brüder haben samptlich vnd sonderlich ein Lehn-
gut gehabt im Landt zu Holstein gelegen / † Nempte ge- 1
nandt / vnd nit vber 2200. Marck Lübecks vor 27. Jaren
communem valorem excedirt.

Derhalben das Gut / Nempte / auch zu gering daß darvon drey vom Adel sich könnten erhalten / geschatzt ist wordē. Auß dieser Vrsach so hat sich einer võ dē dreyē

Brüdern zu dienst in frembde Lande begeben. Der ander hat das Lehengut seinem dritten Bruder für die vorgemelte 2200. marck Lübecks angesetzt / vnnd zu einem ewigen Erb verlassen. Darauß er dann von wegen deß gemelten guts geringigkeit in grosse Schulde ist geraten auch Hauß vñ Hoff verfallē vn verwüstet. Welcher darnach in Gott dē Allmächtigen ist verstorben / vnd ein vnmündigen Son hinder sich gelassen / In dieser strengen Sach appellatus prima vice vñ jm geliebt grosse schwere Schulde / vnnd diese s vnmündigens deß dritten Bruders Söhnen Freundtschafft vnd Vormünder haben deß vnmündigen Kinds beschwernuß vnd Schulde beherzigt / vnnd das gemelte Gut seines Vatters seligen Bruder / welcher jhm zuuorn das gemelte Gut für die offtgemelte Summen hette angesetzt vnd verkaufft / daß das vnmündige Kind nicht in grösser Schulde möchte erwachsen / wider verkaufft vnd vbergeben. Vnd nach dem derselbige non soluendo war / haben sie das offtberürte Gut / ne maiora detrimenta inde sequerentur, den nehesten Lehenvänern zu kauff angebotten / welche nit für die offtgemelten sum̃en dz Gut haben wöllē annemen / derhalben die vorgemelten Vormünder jrē Ampts nach / auch dem vnmündigen zum besten / fleissig haben erforschet / vnd grosse Mühe angewendt / daß das Gut (nach dem die nehesten agnati propter summam prædictam nit haben wölln annemen) einem frembden möchte verkaufft werden / vnnd zum höhesten außgebracht / vnnd mit grosser mühe einen frembden Käuffer / mit namen Steffan von Ahnefelth / zum letzsten vberkommen / welcher auch auß beredung seiner Haußfrauwen Vatter / das gemelte Gut gekaufft hat / auß der Vrsach / daß es dem Aschenberg nahen gelegen war / vnd auch höher vnd mit mehrer nutzung verkaufft / nemblich in sechs hundert Marck / als die agnati das haben wöllen annehmen. Dieweil auch kein andere mittel fürhanden waren / dardurch dem vnmündigen möchte verholffen seyn worden / præterim patrui consensu accedente, nec non vniuersa familia haud refragante. Welcher patruus auß anhaltung vnd beger deß vnmündigens Vormünders im namen deß vnmündigen sampt lich vñ sonderlich dem gemelten Steffan von Ahnefelt die Gerechtigkeit vnnd Ansprach deß Guts haben auffgetragen / auch in jhrem Namen / als die nehesten agnati. Derhalben der patruus sui superioris consensum, nimirum, regis Frederici Danorum, & Holsatiæ ducis, darzu vnderthänig hat erfordert / vnd gnädiglich bekommen / vnd sein Königliche Mayestat den gemelten Kauff confirmiert vnnd authorisiert. Vnnd nach dem der gemelte Steffan von Ahnefelt eiusmodi titulo & bona fide das berürte Gut zu sich hat gebracht / ist kein Zweiffel / illorum bonorum dominium tanquam rerum suarum propriarum, accedente legitimi & superioris magistratus consensu ac voluntate, ad illũ pertinere, illumque habuisse liberam potestatem vtendi prout rebus suis vti potuisset. Derhalben er seine liebe Haußfrauwe mit demselbigen Gut hat begifftiget / sampt anderm / vnd zu gebrauchen nach jhrem gefallen / welches auch bestettiget vnd confirmiert ist worden von deß hochgemelten weylandt hochlöblicher gedächtnuß König Friderichs consens vnd verwilligung / vnd hat sein Königliche Majest. alsobald Henneken Rantzane als Tutoren Steffan seliger nachgelassen Wittwe / vnd jetzt seine eheliche Haußfrauw / im namen derselbigen darinne gnädiglich belehnet / welche Frauwe Anna / viel Jahr darnach das Gut quiete vnd ruhesamlich hat gebraucht / eingehabt / vnnd genutzt / vnnd auch allzeit / so offt die notturfft das gefordert / die Lehen vom Lehenherrn zu gebürlicher Zeit empfangen / vnd das gemelte Gut hat darnach Frawe Anna auß sonderlicher zuneigung / Gunst vnd Lieb jhrem ehelichen Haußwirt gegeben / vnd damit begifftigt / auß bewilligung vnd consens jhrer Freundtschafft. Vnd also hat auch Hennecke Rantzane das gemelte Gut mit gutem Titul vnd Glauben vberkommen / vnd ist desselbigen ein Besitzer worden / Ist derhalben die Frage / ob auch der Kauff efficax kan geacht vnd geschetzt werden / nemblich von wegen deß vnmündigen / dieweil es dermassen könne verstanden werden werden / daß es in præiudicium minoris wer verkaufft worden / welche specialia priuilegia reliquis non concessa communiter haberi solent. Vnd nach dem minor annis, als ich auß dem Bericht verstehe / jetzt auch verstorben / nemlich für zweyen Jahren / vnd dermassen das Lehengut zu seines seligen Vatters Bruder wider verfallen / vnd der ein Jarlang vnd darüber am Kayserlicher Majestat Cammergericht die strenge Sach hat fallen lassen / wirdt derhalben nun gefragt / ob jetz einer in seine Gerechtigkeit oder deß minoris annorum gehen vnd anmassen kan / vnd ob des verstorben nehesten Blutsverwandten macht vnnd gewalt haben jhre vermeinte Gerechtigkeit zu cedirn / vnd transfundirn / non tamen sine detrimento & præiudicio alterius.

Domine aperi labia, ne loquar vanitatem, sed dicam id quod res est, & veritati sit consonans, cum tu soleas mendacium legitimis pœnis & variis supliciis punire, cumque tu non respicias personas, quia respectus personarum nullus apud te est.

Et primo dicendum videtur, fratres illos tres, ad
quos iure hereditario feudom peruenit, non recte fe-
cisse, quod alter feudum obtinere deberet, altero ex-
cluso, illique relicta certa pecuniæ summa. Quoniam
si quis decesserit filiis superstitibus, succedunt filii æ-
qualiter, vel nepotes loco sui patris. *c. 1. de succes. feud.
in vsi. feud. Alua. in §. & quia. num. 2. de his qui feud. da. poss.*
Rationem assignant hanc Scrib. id fieri prouidentia le-
gis seu consuetudinis feudorum. *Bald. in l. liberti. C. de o-
pe. liber.* vbi ipse de Emphiteosi hoc asserit. *Not. gloss. in
dicto cap. 1. facit l. Si arro. ff. de adop.* Nam † semper inter 3
filios atque liberos æqualitas seruari debet, ne inde in-
iuriarum nascatur occasio, vnde † iura nascuntur. *leg.* 4
Memini erint, C. vnde vi. neue discordia oriatur, cui obui-
andum est celeriter. *Cle 1. §. 1. de iureiurando c. Suscepimus.
ext. de homicidio.* Quæ quoque † periculosa esse solet. 5
Cle. dudum. §. Ab. olim, de sepulturis. Vnde & reperta est † 6
materia collationis, quam æquitatem præ se ferre o-
mnes vno ore fatentur. *l. 1. ff. de collat. Bald. in l. Illud ff. eo,
Deci in Rubric. C. de colla Bart. in l. Si emancipati, C. eo.* Hinc
igitur quoque † receptum est, vt feuda inferiora, & 7
absque dignitate, vt in nostro casu, diuidantur de
quibus habetur *in titul. quis dicatur dux quomodo &c.
Alua in §. præterea ducatus, numero secundo, titul. de probi.
feud. ali. per Fred. in vsi. feud.* Quia domini superioris in-
terest, habere plures subditos & vasallos, qui teneantur
sibi præstare fidelitatem. *c. omnes tit. Si de feud. def. fue. con.*
vnde non potest pater vni ex liberis assignare duas par-
tes feudi, & alteri filio tertiā. *And. de Iser & Ias. Alua. in c. 1.
titu. de succ. feud.* nec multo minus totum feudum vni ex
liberis. Bald. *in c. imper. tit. de probi. alie. feu. per Fre. Bald. &
Ang. in l. item videndum. § fi. ff. de peti. hære.* vnde primoge-
nitus reliquis non præfertur, *Iac. de S. Georg. §. Et cum pa-
cto. nu. 14. in tract. de feu.* Quæ quidem possunt vasalli in-
ter se ipsos sine licentia dominorum, & sine periculo 8
illa amittendi diuidere, *vt in titul. de nat. succes. feud. &*

Alua.

Alua d.loco. licet enim † feudum Ducatus, Marchiæ, vel
Comitatus babens annexam dignitatem, sicut feudum
maius diuidi non possit, c.1. §. preterea du.de probi. feud.a-
liena. per Fre. in vsi. feu. Quod etiam extenditur, si omnes
fendatarii vel consortes consentiant. Francis. Curt. 30.
quæstio, in 4. part. tract. princi. Quamuis & hæc doctrina
multas recipiat limitationes, vt ibi prosequitur Curti-
us, & erudite Matia. Soci. consil. 165. secunda partis. Qui in
hac materia est consulendus, Curtio prædicto suaden-
te d. 30. qu. circa finem; tamen secus est in inferioribus
feudis, quorum naturam & proprietatem noster præ-
9 sens casus habet. Etsi diuisio vicem † emptionis obti-
neat, l. Filia. §. Si per. ff famil. hercis. l. 3. ff. de commu. diui. ta-
men ea intelliguntur de feudis non prouenientibus
hæreditario iure. Spe. in tit. de feud. n. 55. quæst. 33. Et suffi-
cit vnum velle, vt ad diuisionem prouocetur. Hiero.
10 Schurpff. cons. 37. cen. 2. Quia regulariter illa † quæ pos-
sunt specifice diuidi, poterunt in iudicium diuisorium
contentiosum deduci. tot. tit. ff. de com. diui. Iason late in §.
11 Quadam. Instit. de Actionibus. Quare vnicuique † fratri sua
pars bonorum feudalium erit assignanda, præsertim
cum & ipsi nolint in communione permanere, Bald.
in c. 1. 4. colum. de probi. feud. alie. per Fred. Betrach. in verbo,
Feudum versi. 40. in suo Reper. cumque & regula trita habe-
12 at, neminem † cogendum in communione, vel socie-
tate inuitum compelli posse, vt derineatur. l. fi. C. com. di-
ui. Reassumit Ias. in d. §. quadam. nu. 50. vbi & fallentias
eius regulæ adduxit, quas nos extra materiam non pro-
sequimur. Quia non ad Rhombum, Alcia in libris prio. de
verb. signi. Hinc igitur dicendum videbatur, fratres non
recte fecisse, quod ita inter se conuenerint, vt alter feu-
dum obtineret, altero remoto & excluso, illique data
13 certa pecuniæ summa, propter inæqualitatem, quæ in-
deoriri posset, vt supra adduximus, cum ea semper † at-
14 tendenda sit, d. l. 1. ff. de colla. Deci. in d. Rub. C. eo. Cumque
alter frater pecuniam receperit, quæ dicitur res mobi-
lis, quæ seruando seruari non potest, l. Iulianus. ff. de petit.
15 here l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebell. Alex in l. Singula. ff. Si
cer. peta. Barto. in l. Si quis pro eo ff. de fideiuss. Quæ quoque †
16 facile, experientia docente, perditur. Vnde Imp. volue-
runt à Curatore pecuniam pupillarem non esse fœne-
randam, sed caute recondendam, si redditus prædio-
rum sufficiant, Auth. nouissime. C. de admi. tutorum, ibi posi-
ta super Rubri. & in corpore, vnde sumitur.

Hac prima parte principali haud obstante contra-
17 rium de iure est verius, & adducta (vt sequentibus li-
quebit) haud refragantur. Et primo constat, feudum
contractum esse nominatum, secundum communio-
rem doctorum sententiã, Bart. in l. Iurisgent. Bald & Ang.
in l. legitima ff de pact. Bald. in capit. Qua in eccles. in 10. co-
lumn. ext. de constit. §. Quinimo. ff. de pact. Quia quando sta-
18 tutum vel consuetudo dant contractui non solum no-
men, sed etiam † formam, tunc dicitur contractus no-
minatus. Soci. in consilio 165. numero quinto, secunda partis
consiliorum. De nomine autem constat: Forma vero con-
sistit circa iuramentum fidelitatis. Curt. versic. octauo,
principaliter quæro, numero 35. 1. partis tracta. feud. Ex quo
iam infero, quod sicut cæteri contractus ex conuentio-
19 ne & voluntate † contrahentium legem accipere di-
cantur, l. legem. C. de pactis l. legem. C. locati. l. contractus, l.
Semper stipulationibus ff. de reg. iur. l. 1. §. Si conueniat depositi,
quorum voluntas ex verbis contractus inprimis colligitur. l. La-
beo. ff. de supel. lega. l. nominis rei. §. verbum. ff. de verb. sig. c. Re-
quiris, 2. ex. de appel. Ita & in feudis fieri oportere necesse
20 est, quoniam † contractus esse dicitur, qui ex conuen-
tione legem accipere dignoscitur. c. contractus, de reg. iur.
in 6. Quare cum fratrum alter vni suam partem vendi-
derit, efficacem venditionem fuisse oportet, ex funda-
mento iam adducto, quod & ideo minus dubitationis
habet, quia quilibet fauori suo renunciare potest, &
iuri, l. pen. C. de pact. vbi communiter Scrib. rationem
ibi assignat Iason numero septimo. Quia in re propria
† quilibet est moderator & arbiter rerum suarum, 21
l. in re mandata, C. Mandati, etiam abutendo, l. Sed
etsi lege. §. Consuluit, vers. cum re sua se abuti putant, ff. de
peti. here. Quare iure potuit fratri suam debitam par-
tem vendere, & à se alienare, licet non in extraneum,
Bart. in l. Et ideo. ff. de condictione furt. Quia extraneus
non habet † necesse recognoscere dominum, vt no-
tant DD. in l. fin. C de iure emphit. quæ ratio cessat, quan- 23
do vendit Emphyteuta vel vasallus consocio vel fra-
tri suo, nec repudiatione feudum aliter redit ad do-
minum, quam si nulli extent liberi vel agnati: prima
enim † causa liberorum est, secunda agnatorum, siue 24
renunciatio in eorum fauore sit facta, siue simpliciter
c. 1. de eo qui fecit fin. agnatio. de feud. pater. Alua. in c. Si quis
miles. titul. Constit. Feuda. Domin. Lotharis. Et in c. 1 de vasal.
decrep. ata. Adeo enim † repudiatione aperiuntur be- 25
neficia, vt domino inuito illis renunciare liceat. d. l. pen.
Oldendor. de actio. benefi. clas. 5. Quamuis DD. distin-
guant inter seruitia, verum certa an generalia benefi-
ciarii debeant, in c. 1. §. si de capita. à. curi. vendi. Quos
Barto. sequitur in l. si cum quo. ff. de aqua plu. arc. Quorum
sententia & verior est per rationes à Barto. adductas. 26
Extendunt & hanc doctrinam DD. subuasallum im-
pedire non posse, quin prior beneficiatus renunciet.
Audiendum tamen illum esse volentes apud domi-
num, vt feudum retineat, si voluerit seruire, cætera-
que secundum consuetudinem facere. c. 1. de alie. feud.
c. 1. §. Rursus. Quibus modis feud. amit. c. 1. §. Si autem dissenti-
ente. Quali. olim pote. feud. aliena. Vnde & Bald. voluit feu-
dum † renunciatum fratribus, referri ad dominum 27
post mortem eorum sine hæredibus. Bald. in liberti.
ff. de ope. liber. colum. pe. c. Si de feud. fue. cont. in vsi. feud.
Porro nullam prorsus dubitationem habere vide- 28
tur, quod fratres inter se conuenirent, vt alter feu-
dum obtineret, alteri assignata certa pecuniæ sum-
ma. Quia vt † plures Emphyteutæ, quorum & an- 29
tea meminimus, possunt inter se diuidere Emphyteu-
sin irrequisito consensu domini, & non incidunt in
pœnam caducitatis, sicut etiam plures feudatarii pos-
sunt inter se diuidere feudum commune, sine con-
sensu domini. c. Imperialem. §. preterea ducatus, & ibi Bald.
& alii de probi. feud. alie. vt vnus feudum obtineat, alteri
certa alicuius rei portione relicta. Vnde poterunt in- 30
uicem † omne ius quod habent, vel habere sperant,
remittere, Ias. & reliqui Scrib. in §. Duo fratres. l. qui Ro-
mæ. ff. de verbo. oblig. Possent & hæc amplificari, vt ex fa-
cti specie elicitur, quod vrgente necessitate, feudi al-
tera pars ad fratrem legitimo iure pertinens, illique
concessa, vendita fuerit & fratri & relicta. Quoniam † 31
multa conceduntur ex causa necessitatis, quæ alias
prohiberentur. l. 1. ff. de off. proconsu. c. Quod non est, de
reg. iur. in antiquis. Deci in l. Quæcunque, numero trigesimo
quinto, ff. de off. eius cui mand. Bartol. in l. 1. C. de bonis libe. quæ
iam tanquam non necessaria non prosequor. Non
obstant contraria, & maxime d. c. 1. pro priore funda-
mento allegatum. Quia loquitur, quod filii vel nepotes
ex filio, loco sui † patris æqualiter succedere debeant, 32
si inæqualiter instituti fuerint. Non enim debetur
pro portionibus hereditariis, Bartol. in l. vt iurisiuran-
di. §. Si liberi. ff. de oper. liber. cum allegatus tex. inquiat,
Nulla

Nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel va-
lente, Bald. *in Auth. si quas, column. 5. C. de sacrosanct. Eccles. cum similibus.* Non refragatur quod de æqualitate dixi-
mus, quoniam in nostro casu præsenti nulla inæqua-
litas apparet, cũ alter pro sua debita portione receperit
pecuniam, secundũ valorẽ bonorum feudalium, quod
fieri potest, *argu. §. Si familiæ, Instit. de off. iud. Si familiæ*
33 *herciscundæ* iudicio actũ sit, † singulas res singulis hære-
dibus adiudicare debet. Et si in alterius persona præ-
grauate videatur adiudicatio, debet hunc inuicem co-
hæredi certa pecunia condemnare. Et *in §. sequ.* Quod
si de vna re, veluti de fundo, siquidem iste fundus com-
mode regionibus diuisionem recipiat, partes eius sin-
gulis adiudicare debet: & si vnius pars prægrauare vi-
debitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnan-
dus est. Sic quoque *versic. sequ.* vbi Scrib. copiose ma-
teriam prosequuntur post gloss.

Non obstant quæ diximus de diuisione feudi, quæ
inter fratres facienda erat. Quia id intelligendum est
de volentibus. Cum enim alter fratrum voluerit habe-
34 re pecuniam, † iuri suo renunciare potuit. *d. l pen. cum similibus.*

Non obstat quod de pecunia, quæ seruando serua-
ri non potest adduximus. Quia illud dextre intelligen-
35 dum est, de pecunia † pupillari, quando illa destinatur
ad emptionem prædiorum, vel ad aliam honestam lu-
36 cri partem † confertur, vt Bart. *in l. 1. §. fuit quæsitum, n. 3.*
& ibi additio in verbo, *seruando seruari. Bertach. in verbo, pecunia, num. 1.*

Sequitur iam altera pars principalis. Et primo, non
37 est † dubium, Tutores & curatores pupillorum ean-
dem diligentiam adhibere debere circa administra-
tionem rerum pupillarium, quam paterfamilias re-
bus suis ex bona fide præbere debet. *l. à tutoribus. ff. de*
38 *admi. & peri. tut.* Vnde † & Scrib. voluerunt, pupilli vti-
litatem propriæ vtilitati præferendam esse. *Additio ad d. l. à tutoribus. & nota. in l. Tutor. ff. eod.* Et recte: nam tutor
39 in re pupilli tunc † domini loco habetur, cum tutelam
diligenter administrat, non cum pupillum expoliat.
§. Si tutor. l. qui fundum. ff. pro emptore, l. interdum. §. tutelam. ff. de furtis, l. pactum, C. de pactis. Cum quidem & illis ple-
naria rerum administratio commissa fuerit, *l. in bonorum. ff. eo.* Quare non potest bonorum possessionem re-
pudiare, licet illam agnoscere posset & debeat pro pu-
pillo, *l. Tutor. ff. de bonorum possess.* notat Decius *in l. eius. ff. de regu. iur.* Vnde quod culpa Tutoris pupillus ex hære-
ditate desiit possidere, eius æstimatio in petitione hæ-
reditatis sine vlla dubitatione fieri debebit, *l. Apud Aristonem. ff. eo.* Quapropter si non ex fide tutelam gerant,
licet soluendo sint, suspecti æstimantur. *§. suspectus. Insti. de suspect. tuto.* Et remoueri poterunt ab administratio-
ne, *tot. titu. ff. & Instit. de suspect. tuto.* Hinc igitur videtur,
quod non recte & contra officium administrationis
vendiderint & alienauerint pupilli res immobiles, nam
Vlpianus prudenter inquit *in §. Non passim, l. magis puto.*
40 *ff. de reb. eo qui sub tut.* Non passim † tutoribus sub obten-
41 tu æris alieni permitti debet venditio, namque † non
esse viam eius distractionis tributam, & ideo prætori
arbitrium huius rei dedit senatus &c. *l. ob æs. C. de præd. minor.* Et decretum iudicis requiritur, *l. pen. in princ. ff. de reb. eo. qui &c. l. lex l. quæ tutores, C. de admitut. Spec. in tit. de empt. & vend. §. Nunc dicendum restat, in verb. Hoc quoque,*
42 vbi inquit, quod † venditio debet fieri de licentia tu-
toris vel curatoris, vt ob æs alienum, aut ob euidentem
vtilitatem pupilli cognitam, quod ita fit, & quod non
sint res mobiles in hæreditate, quæ commode vendi
possint, & quod sub hasta dentur legitime, id est, pu-
blice præconizentur in loco publico, & quod plus of-
ferenti detur, & quod præsens sit creditor, qui rece-
pturus est pecuniam precii, vbi venditur ob æs alie-
num, & quod talis venditio fiat coram iudice, decre-
tum interponente, *Alexand. in consilio quinquagesimo tertio, collat. secunda, libro tertio, Decius in consilio 403. 3. partis, numero vndecim. & duodecim.* Et maxime in hoc præ-
senti casu, cum decretum superioris non interuenerit
contemporanee cum ipso actu, quod requirebatur,
l. obligare. §. tutor. ff. de autho. tutor. §. tutor, Institut. de author. tut. Innocentius & alii Scriben. in capitu. cum consuetudinis. extr. de consuet. Nec sufficeret, si post ipsum contractum
venditionis accederet, Bartol. & Bald. *in leg. fin. §. necessitatem, C. de bon. quæ liber. Soci. in consilio decimoquinto 1. volum. numero duodecimo.* Porro & minor data enormis-
sima læsione, qualis illa venditio fuisse videtur, renun-
ciationibus & iuramento contrauenire potest, quia ta-
li casu non habet locum *auth. Sacramenta puberum, C. Si aduersus venditionem, Petrus de Anch. in consilio 38. incipiente. pro clariori, & in consilio 72. incipiente, Visis, & in c. Accessorium, de reg. iur. in sexto, Deci. in consilio trigesimo, numero secundo primæ partis.* Multo igitur magis pupillus in no-
stro casu reuocare potuit venditionem à curatoribus
celebratam in ætate pupillari. Faciunt notata, quæ
Euerhar. in *Topicis loco a maior. & minor.* collegit. Vnde
illi beneficium restitutionis haud dubie competet, *tot. tit. de in integrum resti. C. cum sequentibus.*

His quoque non obstantibus contrariam sententi-
am tanquam de iure veriorem, & magis æquam se-
quor, quia ex actis intelligo, illudque certum est, quod
tutores curatoresque obtulerint proximioribus agna-
tis, cum patruus soluendo haud erat, feudum vt ipsi e-
merent, nam illud semper † fieri debet, vbi vasallus de 43
licentia domini vult vendere feudum, debet agnatus
extraneo præferri, dummodo offerat tantum precii,
quantum extraneus. *§. sed & res, vbi notat Aluarot. numero 3. titul. per quos fit inuestit.* etiamsi in redimendo ipsum
feudum concurrerent dominus & agnatus, debet ad-
huc ipse præferri domino, *§. pen. titul. qua. olim feu. po. alie.*
Cum vero in nostro casu agnati aspernati fuerint
prædictum feudum, & precium, quo vendi potuit, nu-
merare noluerint, recte illis præfertur extraneus, *d. § sed & res, vbi Alua. notab.* quod etiam admitteretur, si agna-
ti dare vellent iustum precium, & extraneus vltra iu- 44
stum, † adhuc extraneus præferretur, *Bald. in l. 2. in fin. C. de rescin. ven.* quia iustum precium intelligitur secun- 45
dum quod potest haberi, *argument. l. ad officium, C. comm. diui. l. in fundo. ff. de rei vend.* Nec refragatur, si quis oppo-
neret, quod dicta venditio non præiudicet agnatis
succedere debentibus, nisi donec vixerit ipse vasallus
alienans, quoniam eo mortuo, reuocabitur talis ven-
ditio per agnatum proximiorem, & precio non resti-
tuto, *vt in c. Si Titius, titu. Si de feud. fuerit controuers. Alua. in §. Hoc quoque, titulo, de success. feudi,* quia cum ipsi feudum
habere noluerint, illudque non curauerint, nec refra-
gati fuerint venditioni, consenserunt d. alienationi,
quia tunc non admitterentur ad reuocandum. *c. 1. in princ. titul. de alie. feud. pa.* eum & extraneo ius sit quæsi-
tum, quod auferri haud debet: faciunt notata *in l. item si verberatum. ff. de rei vendic. cum similibus*, maxime
cum in loco certo sit consuetudo, vt feuda alienari
possint, secundum D. Rainal. *in sua Rep. c. 1. §. habito. de prob. feud. alie. per Fre. argument. gloss. in Cle. dudum. §. fin. de sepultura,* vt & Rebuff. refert *in tract. suo circa arborem feudorum. colu. 4. vers. 5. de Gallia,* quod etiam sine delectu
feuda

feude alienentur, licet feuds Ecclesiæ fuerint, & domi-
no quidem inuito, quam consuetudinem ex parte Ger-
man, domini tamen consensu requisito, sequitur Zasi.
46 *ver. 5. fallit, de feud alie. in feudorum Epi.* Hoc igitur sic præ-
supposito, non est † dubium, solenniter & rite vendi-
tionem fuisse celebratam, cum accesserit consensus,
epptobatio, & inuestitura Sereniss. regis Friderici Da-
47 norum, in † Stephanum ab Anefelt, quæ nihil aliud
esse potest quam decretum iudicis, *C. de præd. mi. ff. de non
alie. in Rub. & nigro, & ff. eo. titu. l. 1. quasi per tot. tit.* cuius
legislatores meminerunt. Item, cum æs alienũ coege-
rint tutores, vt feudi venditio & elienatio fieret, cum
non habuerint pecuniem, vel alia bona mobilia, vnde
48 † potuerit solui æs alienum: propter has enim causas
bona immobilia minorum vendi possint & debent,
*l. ob æs, C. de præ. mi. l. 1. l. magn. §. ne passim. §. ne ta. & § Si æs
alienum. ff. de reb. eo. l. quæ tutores, C. de administ. tuto. Corne.
in consilio 109. 3. volum. Idem in consilio 8.* præsertim cum
49 legitime accesserit † curatorum (quorum autoritas re-
quiritur) consensus, *l. si curatorem habens, C. de in integrum
resti. mi. Corne. in consilio 36. secundi voluminis.* Cumque &
illi quod potuerint pecuniarum, quæ magna postea
reddita fuit summa, ex qua & locupletior vehemen-
ter factus fuit minor, acquisierint, *l. quicquid, C. arbitrium
tutelæ.* Vnde igitur, cum res illa feudalis adhibita cogni-
tione, accessu consensu superioris, gratia æris alieni,
quæ sunt de substantia alienationis necessariæ, cum &
aliæ res non superfuerint, districta fuerit, non est du-
bium, venditionem rite & solenniter factam, licet tu-
toribus vel curatoribus asserentibus de ære alieno,
haud sit credendum, sed veritas vlterius per iudicem
debet perscrutari ab illis, qui notitiam habent de statu
minoris, *Deci in consilio 403. 3. volum.* tamen cum noto-
rium fuerit, eo tempore minorem adeo pauperem fu-
isse, vt soluendo haud esset, & ædificia collaberentur,
non est vlterius inquirendum, facit gloss. in *Clementi. ap-
pellanti, in verbis iudicis de appellationib. cum similib.* Licet
autem quod minor non possit etiam cum decreto rem
immobilem donare, *l. fina. §. cum autem, C. si minor maior
factus, l. 1. ff. de tut. & ration. distra.* tamen propter bene-
merita potest rem immobilem donare, secundum Lu-
do. Ro. *in l. Si ante nuptias. ff. solu. mat.* allegat ad hoc Ias.
textum *l. cum in plures. §. cum tutor. ff. de admini. tuto. Iason
in l. ex hoc iure, numero 63. de iust. & iur.* multo magis sui
tutores & curatores distrahere poterunt res immobi-
les minorum in vtilitatem eorundem, vnde lucrum re-
portare possent.

Porro nec probari potest se læsum ex venditione ce-
lebrata, quare illi beneficium restitutionis non com-
50 petere potest: nam vt † illud detur, tria requiruntur.
Primo quod probet se minorem. Secundo quod pro-
bet læsionem. Tertio quod probet se dolo aduersarii,
vel nimia sua facilitate læsum. *l. verum, §. sciendum. ff. de
mino. l. fi. C. de in integ. restit. Alciat. in tract. præsumpt. 42.
1. partis, Soci. consilio 57. libro quarto, & Corne. consilio 135.
libro secundo, colum. 2.* vbi notabi. tradit minorem non re-
51 stituendum, nisi aut † sua facilitate, aut dolo aduersarii
se læsum ostendat. alioqui si iure communi vsus, & non
dolo aduersarii deceptum reperiat, non restituetur.
Reassumit Nico. Arela. ad d. præsumpt. Alciati. Quis autem
negare potest minorem nostrum iure communi haud
vsum, cum consensus regis accesserit, cumque cura-
tores æris alieni gratia coacti fuerint distrahere feo-
dum, cum quoque & alia bona non superfuerint, & le-
gitime atque in vtilitatem minoris venditio facta fue-
rit? & hoc vere est administrare tutelam, & non pu-
pillum expoliare, de quo Iuli. *in §. Si tutor, l. qui fundum.
ff. pro emptore.* tradidit. Etsi autem decretum iudicis non
intercessisset, quod ego hic intelligo pro autoritate &
epprobatione regis Friderici, non necessaria in inte-
grum esset restitutio, quia contractus non valet ipso
iure, nam prædia & possessiones rerum immobilium
sine decreto iudicis alienare non licet, *l. 2. C. de prædiis, &
aliis rebus minorum &c.* Prædia enim minorum non so-
lum per venditionem non possunt sine decreto aliene-
ri, sed neque per transactionem, neque per permuta-
tionem, neque per donationem, neque per alium
quemcunque modum. *l. Non solum, C. titul. p. edict. Frede-
ric. Schenck cons. 104. libr. primo, 1. conclu. iuridi.* Sed cum ap-
probatio regis accesserit, hæc locum habere non pos-
sunt. Contraria nobis nihil refragantur, & ex iam dictis
facile solui possunt. Quia loquuntur quando aliæ res
sunt vel mobiles, vel minus damnosæ quæ distrahi pos-
sint, æris alieni gratia vel propter aliam euidentem v-
tilitatem, *d. l. Magn. §. Non passim, cum similib. ante allegatis.*
Non obstat quod decretum videatur ipsi actui non in-
teruenisse, vt inferius dicam. Nec obstat quod diximus
minorem contrauenire posse iuramento, & renuncia-
tionibus, data enormissima læsione, quia rectius con-
trarium consuluit Decius *in cons. 31. 1. volu.* cuius argum.
non refero. Non obstat de beneficio restitutionis, quia
illud iam solutum fuit, cum diceremus tria requiri, vt
illud beneficium daretur.

Sequitur iam tertia pars. quæ facilis est, cuius etiam
paucis antea mentionem fecimus, quam, vt clarior red-
datur, etiam prosequemur.

Non autem est dubium ab Anefelt bono titulo bo-
naque fide feudum emisse, cum & supra diximus, ex-
traneos acquirere posse feuda, si proximiores precium
dare noluerint. *§. Sed & res, vbi Alua. numero 3. tit. per quos
fiat inuest.* nec reuocare poterunt, cum alienationi con-
senserint, *d. c. 1 in princ. de alie. feud. pa. Et ibi Bald. in primo
nota.* Alienationem igitur feudi paterni sine consensu
agnatorum factam post mortem elienantis agnati, re-
uocare poterunt, nullo precio refuso, *Fred. Schenk concl.
95. to. 1. concl.* Cumque & consensus superioris accesserit,
nimirum regis Friderici, qui † eum inuestiuit, cuius 52
quoque consensus sufficeret, quod talis consensus se-
quutus fuisset venditionẽ & alienationem, licet ipsum
actum venditionis non præcesserit, vel saltem in ipso
actu interuenerit. *Andre. de Iser. Aluar. in dicto capitulo, im-
perialem, titul. de probib. alien. feud. per Fred.* Quia cum so-
lum agatur de præiudicio Domini, sufficit consensum
post † factum interuenire, *l. in concedendo. ff. de aqu. pluu.* 53
*Curtius in tract. arc. feud. §. Secundo cadit necessaria dubi-
tatio, n. 138. 4. partis.*

Cum igitur † venditio facta fuerit cum consensu 54
domini, qui requiritur, vt iam dictum est, quamuis in a-
lienatione rei alienæ non requiratur. *l. Rem alienam ff. de
contrah. empt. Curt. §. Et inprimis loco iam citato, numero 137.*
prædicto ab Anefelt ius fuit quæsitum, præsertim cum
eum Rex inuestiuerit, venditionemque approbaue-
rit. Hinc dicunt D D. quod si dominus dederit licenti-
am vasallo, vt alienet Titio, eum haud posse feudum
in alium alienare, glos. & Alua. *in d. c. imperialem, per
legem Si rem. §. Illud. ff. qui mo. pig. vel hypo. soluitur.* Et quia
† fines mandati custodiendi sunt, *l. diligenter. ff. Man-* 55
dati. Quia potest interesse domini, ne vendatur al-
teri quam dicto Titio, *argument. l. fin. C. de iure Emphy. l. Si
sterilis. § si tibi. ff. de acti empti.* Item, quia † cum est conces- 56
sum, vt vendatur vni, videtur † prohibitum alteri. *l. Cum
prætor. ff. de iudiciis l. Si quis testamento. ff. de leg. 1.* vnde tra- 57
dunt

dunt cautelam, impetrandam esse licentiam simplici-
ter vendendi, non dirigendo se ad aliquam personam,
quia tunc posset vendere quibuscunque, *arg. l. Si quan-
do. C. de bo. va.* dummodo non vellet inimico domini
vendere, vel personæ prohibitæ, *arg. l. fin. C. de pac. inter
empt. & ven. Bal. in l. 2. C. de vend. lib. act. Cur. alle. loco §. quarto
quaro, num.* 140. Cum igitur (vt diximus) prædicto ab
Anefelt ius quæsitum fuerit, eumque dominus su-
perior inuestiuerit, quomodo quæso posset hoc illi au-
58 ferri? Quia pupillus † vel minor non potest locupleta-
ri cum alterius iactura *l. 1. §. An in pupillum, cum gloss. ff. de-
59 positi l. 3. §. Si pupillus. ff. de nego gest. l. 3. commodati.* Naturæ
enim † conuenit, neminem cum alterius detrimento
fieri locupletiorem, *l. Nam hoc natura. ff. de condict. indeb.
60 c. Suam. ex. de pœnis, cum alijs vulg.* cum quoque † & res
non integra sit. Re quidem integra ab emptione &
venditione vtriusque partis consensu recedi potest. *l. 1.
& 2. C. quando licet ab empt. disc. l. Ab emptio., vbi Iaso. ff. de
61 pact.* Dicitur autem † res in contractibus, qui solo con-
sensu perficiuntur, esse integra, vt in nostro casu, *tot. tit.
de obligationib. ex consensu Instit. l. Consensu. ff. de Actioni.*
eousque quo remanet in nudis terminis meri consen-
sus: vbi autem aliquid accedit vltra nudum consensum
res dicitur desinere integra. *Cy. in 3. q. in d. l. 1. C. quan. lice.
ab emp. disce.* Non refragatur, si quis dixerit, minorem
restituendum esse, etiam cum certat de lucro, *l. quod mi-
nor. §. Scæuola ff. de minorib. l. fi. C. de repu. her.* quod intelli-
gendum est re non integra: secus si de damno vitando
certat, scilicet quando minor grauiter læsus fuerit,
Abb. in c. Ex parte, num. decimo quinto, extra de resti. spoli.
Quare cum in nostro casu res non sit integra, illud pro-
cedere non potest: Quare cum ex venditione legitime
& rite facta ius quæsitum fuerit, prædicto ab Anefelt
iam pridem emptione & venditione contracta rei peri-
culum ad eum pertinuit. *§. Cum autem, Institut. de empt. &
vend.* Cur iam à feudo remoueretur, nē si antea vel bel-
lo, vel alijs infortunijs illius feudi diminutionem pas-
sus fuisset, pars contraria haud dubie tacuisset, & pecu-
niæ restitutionem non obtulisset, assereretque pericu-
lum rei ad emptorem pertinere, *d. §. Cum autem, l. Cum
inter. C. de peri. rei vendita, gloss. notabi. in d. §. Cum autem,
Ang. cum reliq. in Institut.*

Quarta pars principalis videtur difficilior, sed actis
bene inspectis ac consideratis, facilis quoque est, quod
nimirum prædictus ab Anefelt illud feudum vxori do-
62 nauerit, quod † de iure prohibitum esse videtur, *tot tit.
ff. & C. de dona. int. vir. & vx.* ne mutuo amore inuicem
coniuges donationibus spoliarentur, *l. 1.* Quia sæpe
quoque futurum esset, vt discuterentur matrimonia, si
non daret is qui posset, atque ea ratione euenturum,
63 vt venalia † matrimonia essent, *leg. 2.* Et ideo maiores
nostri (inquit Vlpian. *l. 3.*) inter virum & vxorē dona-
64 tiones prohibuerunt, amorem honestum solis † ani-
mis existimantes. Famæ etiam coniunctorum consu-
lentes, ne concordia precio conciliari videretur, neue
melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fie-
65 ret. Præterea sicut † pater filiæ non potest feudum in
dotem dare, vt perpetuo dos sit, licet vt habeat, donec
vasallus viuit, bene possit, *Feli. in c. qua in eccl. numero 75.
post reliquos Scrib. ex. de consti.* ita mulieri maritus succe-
dere non potest in feudum ea mortua, licet in dotē ac-
ceperit, *Curt. §. quarto principaliter, numero 93. Lodo. Roma.
consilio 457. incipiente, Omnipotentis.* Sic quoque dicen-
dum videbatur, prædictum ab Anefelt, non potuisse
66 vxori donare feudum, cum omnis † alienatio seu di-
stractio prohibita sit, *l. 1. de prohi. feud. alie. per Fre. & ap-*
pellatione alienationis † comprehenditur etiam do- 67
natio. *§. Alienationis, in auth. de non alie. Additio ad Aluar.
ver. appellatione. §. donari, tit. quæ olim feu po. ali.* Quod qui-
dem intelligendum de omni alienatione, siue sit sim-
plex inter viuos, siue propter nuptias, siue causa mor-
tis, *l. Alienatum. §. donationis ff. de verborum signi. l. filius. §.
pari. ff. de dona. & Alua d. loco.* His nō refragantibus con-
trariam sententiam sequor. Quia cum † de nouo ab il- 68
lustrissimo rege Frederico prædictus ab Anefelt inue-
stitus fuerit, negari non potest nouum feudum illud
dici, *Curt. §. Octauo principaliter quaro, in tract. feud. 1. par.
numero sexto.* Licet non ignorauerim, si feudum anti-
quum cōcedatur iure feudi noui, *c. 1. & ibi notatur de va-
sal. decre. ata. c. 1. An agnati vel filii,* nō propterhoc efficitur
feudū nouum, *Bald. in l. 1. in 48. quæst. ff. de rerum diui. Alex.
in consilio 30. 3. colum.* Quod ego intelligo inter perso-
nas eiusdem familiæ, sed non diuersæ: quia † nouum 69
dicitur quod acquisitum fuit per illum, qui adhuc su-
perest in humanis, aut paulo ante discessit, *cap. 1. quod
test. ne fint ad pro. feud Papi. Pact. in libel. ad reuo. feu. §. Ac no-
mine, numero tertio.* Ex his iam infero, cum sit nouum
feudum, prædictum ab Anefelt illud potuisse alienare
donareque vxori, domino consentiente, vt & factum
est, vti colligi licet ex actis mihi transmissis, nam feu-
dum nouum potest alienari consentiente domino, et-
iam absque consensu filiorum ipsius alienantis. Alua.
post Andr. de Iser. *numero octauo, ti. de alie. feu. pater. §. 1.*
Etiam dato, quod notandum, si intelligeretur acquisi-
tum pro se & hæredibus, etiamsi non exprimeretur,
*c. Duo fratres titul. de duobus fratribus à capi. inuest. l. Si pactum.
ff. de proba.* imo plus asserit And. de Iser. quod etiamsi
inuestitura diceret expresse pro se & hæredibus suis,
quod nihilominus possit vendi absque † consensu de- 70
scēdentium. Illud enim quod acquiro, possum alienare
pro libito, *l. qua ratione. §. Hoc quoque. ff. de acquir. ro. domi.*
Item, quia cum prohibitio sit facta solum in feudo pa-
terno, videtur esse permissa in nouo, *l. Cum prator. ff. de
iudicijs glo. mag. tit. de success. feu. Alua. d. tit. §. 1. de alien. feud.
pater. num.* 8.

Non dubium est igitur vxori ab Anefelt ius in feudo
quæsitum, cum accesserit superioris consensus, nec re-
gulæ illæ vulgates de prohibitione donationum inter
virum & vxorem nobis obstare possunt, quia inter cæ-
teras & hanc limitationem, quæ & in nostro casu pro-
cul dubio locum habet, recipiunt, quod admittatur
& approbetur † donatio remuneratoria seruitiorum 71
inter coniuges, *l. quod autem. §. Si vir & vxor. ff. de dona. in-
ter vir. & vxo. Bald. & Sali. in l. Si pater puella. C. de test. inoff.
Panor. in Rub. ex. de donationibus. Iason l. Ex hoc iure numer. 55.
ff. de inst & iu.* Hinc dicit Bar. *in l. Si voluntate. per glo. ibi C.
de dotis pro.* quod si rusticus vel popularis acceperit no-
bilem in vxorem, & constante matrimonio, faceret in-
strumentum de receptione dotis, quam in veritate
non recepit, quamuis in effectu sit donatio, tamen va-
let, quia fit causa remunerationis propter inæqualita-
tem eorum. Eadem ratione tenet Bald. *in l. 2. §. fin. ff. si
cer. peta.* de sene accipiente iuuenculam † in vxorem, de 72
quo etiam Barto. & alii *in l. Si diuortio. ff. Solut. mat.* Nec
dubium est, donationem inter coniuges etiam tunc va-
lere, quādo confirmatur morte, vt in nostro casu, vti ex
actis intelligo, licet à principio non valeat, *l. Papinianus,
cum gloss. ff. de do. int. vi. & vxo.* tamen si sit facta, vt non du-
bitandum in nostro casu propter benemerita illis ali-
ter non probanis, confirmatur morte, Barto. vero *in
cau. 297.* referente, Iaso. *in l. Ex hoc iure. ff. de iust. & iu. n. 55.*
Cum igitur prædicti ab Anefelt vxor ea ratione, eo-
que ti-

que titulo feudum illud acceperit, eique ius quæsitum
fuerit, accedente superioris consensu, *d. §. 1. vbi Alua. numero 8. de alie. feu. pater.* & inuestitura data, non est dubium, quod potuerit illud iuris consanguineis adstipulantibus, & accedente consensu superioris, quamuis
non adeo requiratur consanguineorum approbatio, vt
& ante diximus, *Alua. num. 8. dict. si. de alie. feu. pater.* cum
nouum feudum dici debeat. *Papi. Pract. in for. ad reno. feud. §. Ac nomine. Curt. §. Octauo prima partis tract. feu.* in maritum transferre, cum & ille inuestitus fuerit à superiore
nemine reclamante, vt ex actis apparet. Et vulgaris est
73 regula, Scienti & consentienti † non fit iniuria neque
dolus. *cap. Scienti. de reg. iu. in 6.*

Non obstat si dixerit quis, pupillum, aut illius proximiores non expresse consensisse, quia sufficit si taceat.
74 *c. qui tacet, c. Is qui tacet, de reg. iur. in sext.* Qui tacet † ipse
textus inquit, cõsentire videtur. Et quod semel placuerit alicui, vel approbauerit quis, licet non expresse, cum
possit scire cumque sciat, sibi inde præiudicium gigni,
amplius displicere non potest, *c. quod semel, cum similibus, de reg. iu. in 6.*

Sequitur iam vltima pars, quamuis dominus sciens
feudum alienatum esse, nec reuocans intra annum, non
admittatur postea, videlicet cum nullus agnatorum est,
qui in feudo aperto præcedat eum, *§. Porro, capitulo pri-*
75 *mo. qua. olim po. feu. alie. in vsi. f. n.* Eadem quoque † ratione
feudum alienatum inter agnatos, proximus agnatus intra annum reuocare debet, alioqui non admittetur,
capitulo primo. §. Titius, vbi Aluar. & alii, titul. si de feu. defuncti cont. sit in do. & agn. tamen si casus est, si in extraneum
76 fuerit alienatio facta, vt in nostro † præsenti casu, quia
tunc triginta annis eam reuocationi subiectam esse putat glo. *in dicto §. Titius, quam & Scrib. sequuntur.* Et agna-
77 tus recuperare potest feudum non † refuso precio. *vt in d. cap. 1. §. Titius filios, ti. si de feu. def. vbi DD.* etsi emptor
actionem habeat ex empto aduersus venditorem, *c. 1. de prob. feu. alie per Fre.* Cæterum in casu nostro agnati,
nec illi qui prætendunt se habere ius vel exceptione, vel
aliquo quouis titulo, feudum reuocare possunt ab
Henneken Rantzauen, quia cum illi ius quæsitum fuerit, nec agnati, cum illis offeretur, feudum vt emerent:
Eo namque tempore, quo emeretur, ab Anefelt feudum emere noluerunt, sed contenti fuerunt, vt illud
emeretur ab extraneo & consensum alienationi præbuerunt, siue expresse, siue tacite, quia qui consentit vasallo alienanti, perdit ius suum, siue iste consensus sit tacitus, siue expressus. Tacitus autem probatur consensus, si infra anni tempus, ex quo alienationem sciuit, se
non opposuit, & maxime quando alienatio facta est in
remotiorem agnationem, *Fri. Schenck concl. 95 to. 1. conclu. non mouet, d. §. Titius filios, d. c. 1 si de feu. def. & ... Alua. d. §. Sed & res, num. 3. 4. ti. per quos fi. inuest.* Et sic remittentibus actiones & iura sua, non est dandus regressus *l. Sequitur. §. Si venditor. ff. de edil. edicto.*

Non obstat, si opponeretur primum à curatoribus
78 feudum venditum, cum † non possit doceri in præiudicium & fraudem pupilli fundum venditum fuisse,
cumque ex venditione maiora lucra consecutus fuerit,
iure igitur & legitime feudum venditum fuit à curatoribus, qui domini loco habentur, *l. si fundum. §. Si tutor. ff. pro emptore, cum similib.* Porro licet feudum, de quo
iam controuersia vertitur, hactenus litigiosum fuerit,
eo. tit. C. de litigio. §. exceptionem in for. resp. Rei Papi. Pract.
iam principalibus, qui litem intenderant, quorumque
79 intererat, fato functis, cum † mors soluat omnia, *l. in sum. ff. de re iud. l. Neratius de reg. iu. §. deinceps. in auth. de nuptiis.* litigiosum esse desinit, *argu. l. Si pater, C. Si pend. ap-*
pell. mors inter. Et quomodo quæso † agnati von Schestedeen possent transfere illud iuris in alium, quod ipsi non 80
habent. *c. nemo potest, de re iu in 6.* Et si quid habuerunt,
illud amiserunt, cum feudum extraneo, cum licentia
domini, illis non reclamantibus, vel expresse, vel tacite
venditũ fuerit, illudq; emere noluerint, vt & supra attigimus, *d. §. sed & res, tit. per quos fiat inuest. vbi nota. Alua.*
Cumque iam illud feudum, vti & antea diximus, nouum dicatur, licet antea paternum vel antiquum fuerit,
considerando personam cui confertur, allegatis supra
adductis, & lineæ siue stirpis mutationem, licet nonnihil scrupuli hic moueri posset, non video quid iuris
prætendat Otho ab Schestede, cum pupillus vel minor
annorum, qui ius prætendebat, fato functus fuerit, & illius patruus totius anni spacio, vel amplius, causam deseruerit, quasi remittens actiones, quare & non dandus
amplius erit regressus, *l. sequitur. §. Si vendit. ff. de ædi. edict.*
Nec cum agnati, vt diximus, feudum prima vice emere
voluerint iusto precio, & eo, quo venditum fuit ab 81
Anefelt: quare † dolose iam agere videtur Otho à 82
Schestede, cuius dolo † & fraudibus iure à magistratu
est occurrendum, *c. Sedes, de rescrip. l. 1. ff. de dolo.* Quando- 83
quidem de † improbitate sua non consequi debet actionem, aut defensionem, *l. itaque fullo, ff. de furt.* cum 84
nihil iuris habere † possit, licet redemptores litium alienarum non prorsus reprobentur, *l. per diuersas. vbi no. Sali. Cod. mandati, arg. l. si contra. eodem & l. si.* ex ea ratione,
quod Hennecke à Rantzaue rite & legitime ius quæsitum fuerit, accesso consensu superioris venditione primum celebrata agnatis non reclamantibus, vel expresse vel tacite, vti & antea diximus. Nec dubiũ est Othonem à Schestede lucri causa suscipere, aut litẽ cœptam
prosequi conari, & occulte agere, vt totum lucrum pro
modica pecuniæ summa consequatur, aut vt maiorem
partem adipiscatur, quare † illius conatus immoderatus iure refrenandus, *l. fin. §. Si quis, vers. Et neque, Cod. mandati,* quod copiose ꝓsequitur *Sali. in d. l. per diuers.* ne inde
occasiones discordiarum nascantur, quæ penitus sunt 86
remouendę, *l. æquissimum de vsufru. l. cum pater. §. dulcissimis, de lega. 2* nam † hæc cessio variis modis impugnari po- 87
test, vt ex superioribus liquet, vt ex impotentia cedentium, cum nihil iuris habuerint, *d. c. non potest.* vel ex alia
causa, *Castr. in l per diuersas, n. 3, C. mandati:* imo illæ † ces- 88
siones, quę quotidie fraudulenter fiunt, impugnari possunt, quod hominibus litigiosis & solitis litigare cedantur, *c. illo. ex. de pignoribus. argument. d. l. per diuersas, in princ. Spe. in tit. de cessi. acti. libro secundo, part. prim.* Item
quando nulla ratio vel causa assignari potest, quare
facta sit, nisi vt Reus vexetur, *argum. l. in fundo. ff. de rei ven. l. cum hi. §. in cau. ff. de trans. l. Filius. §. Diui. ff. de legat. 1.*
vel si facta fuerit potentiori, *l. 1. C. ne li. poten. Abb. in c. ex parte, de alie. mu. iu. cau. fact.* Quos modos ego non prosequor, sed quomodo cessionario obuiari possit, iam
referendum est, si alioquin eo nomine dignus sit, cum
nihil iuris acquirere potuit, *l. nemo plus iuris, ff. de regu. iu.* ab illis qui amplius nil iuris habebant, *allegatis supra adductis.* Putarem huic ita obuiandum, vt in simili refert Panor. *in capit. prim. numero sexto, ex alie. mu. iu. cau. fac.* vbi quærit, nunquid prouisio edicti, *de alie. mu. iu. cau. fac.* habeat locum contra Actorem, sicut contra Reum, *de quo Scrib. in leg. prim. ff. eo. & probatur l. pen. ff. eo. tit. vbi & Bart. & probat Panor. per c. ex parte, extr. eo.* vnde in optione Rei est, secundum Im. an velit excludere
illum cessionarium per exceptionem, an velit sibi responderi, & agere ad interesse contra cedentem in eo,

quod fecit conditionem suam deteriorem: nam sicut potest Actor agere ad interesse contra Reum, qui malitiose rem in alium transtulit, ita etiam potest Reus agere contra Actorem, qui malitiose iura sua cessit alteri. Sic quoque in nostro casu, cum minoris mortui agnati nihil iuris habuerint amplius, quod transferre potuerint, malitiose cesserunt iura sua alteri, quia legitime non cedere, & inutiliter, paria sunt, *l. quoties, ff. qui satisd. cog.* Quare respondere & opponere Henneke à Ranizaue poterit: Nolo tibi respondere, quia tibi fuit facta cessio malitiose, præsertim cum
89 actio † sit dubitata, quo casu cessio valere non solet, *glos. nota. in verbo, Sanctiones, ca. ex parte, extr. de alie. in. cau. facta. to. ti. de litigiosis. Spe. tit de cessione act. nu.* 12. *libr.* 2. *par. prima.* quæ iam rursus est extincta per mortem mi-
90 noris, & eiusdē † patrui deserta, vel ad interesse aduersus cedentes agere potest: sed prior via meo iudicio, tutior, nam hac fateretur alios nonnihil iuris habere, quos nihil habere diximus.

Sic ego Laurentius Kirchoff, V. I. Doctor, pro temporis breuitate in hoc casu dubio respondendum puto: Alterius tamen sententia & iudicio semper saluo, doctioris nimirum, & melius iudicantis.

CONSILIVM X.

D. Laurentii Kirchoffs, Megalopolitani.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius consilii duplex est, & duas continet quæstiones præcipuas. Prima parte tractatur videlicet, conuentionem & stipulationem inter contrahentes seruandam esse, ita, vt ne quidem alterius testamento, eoque minus solenniter facto infringi possit aut debeat, ad quod antea ab ipso testatore stipulatum fuerat. Et sic quoque testamentum suis solennitatibus omissis, præsertim in numero septem testium non valere asserit. Altera quæstio est criminalis, nimirum, quod retorsio iniuriarum seu criminis, proprie iniuriam non inferat, nec iniuria appellari possit, cum pars aduersa dederit occasionem.

SVMMARIA.

1 Sündische Marck.
2 *Iniuria verbales.*
3 *Pacta de succedendo non valent, nullamque obligationem inducunt.*
4 *Libera sit cuique testandi potestas.*
5 *Pactum contra bonos mores, non firmatur iuramento.*
6 *Pacta de succedendo sunt odiosa & tristissimi euentus.*
7 *Consensus pacti de succedendo reuocatur.*
8 *Pactum de succedendo confirmatur, quando quis consentit, & in sententia perseuerat.*
9 *Testamentum dicitur voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri velit.*
10 *Iusta sententia dicitur vera, ac omnibus modis absoluta animi destinatio.*
11 *Hominis voluntas censetur ambulatoria vsque ad mortem.*
12 *Clausula derogatoria.*
13 *Marcus Antonius Natta Astensis interpres.*
14 *Ea sententia amplectenda est, quæ fauet testatori, & eius vltimæ voluntati.*
15 *In dubio iudicandum esse pro pupillo, vidua, paupere, infirmo, &c.*
16 *Vidua censetur persona miserabilis & desolata.*
17 *Statuto vel consuetudine introduci potest, vt minor numerus testium adhibeatur, quam ius scriptum requirit.*
18 *Consuetudo Venetorum permittit vt testamenta valeant coram duobus testibus condita.*
19 *Consuetudo non minoris autoritatis censetur in causis decidendis quam lex ipsa.*
20 *Lex consensu populi vel Imperatoris recepta ligat.*
21 *Franciscus Curtius iunior de feudis asserit consuetudinis vsusque longæui non vilem esse autoritatem.*
22 *Discretio naturalis.*
23 *Ius non calumniari, neque verba eius captari oportet.*
24 *Bona fides sincero homini conuenit.*
25 *Pacta de bonis particularibus facta valent.*
26 *Donatio vniuersitatis, vel quotæ substantiæ, vel bonorum, fieri potest.*
27 *Donatio omnium bonorum valet.*
28 *Conuentio seu stipulatio de rebus particularibus iure est recepta atque valida.*
29 *Heres institutus ex testamento tenetur alteri parti, cui facta est conuentio vel stipulatio ad obseruantiam stipulationis.*
30 *Pactis conuentis ita standum est, vt etiam à iure communi recedatur. & num.* 31.
32 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
33 *A pactis initis & conuentis non recedendum est.*
34 *Ædes relatæ in publica monumenta.*
35 *Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi quem sequuntur incommoda.*
36 *De reciproco. seu mutuo testamento.*
37 *Pacta, quæ placuerunt, seruanda sunt.*
38 *Graue est, fidem datam fallere.*
39 *Donatio quorundam bonorum facta reciproce, valere censetur.*
40 *Iudex præsumitur per imperitiam iudicare, qui inhæret singulari opinioni, relicta communi.*
41 *Id bonorum cuiusque esse intelligitur, quod ære alieno detracto superest.*
42 *Libera testandi facultas aliquando restringi potest.*
43 *Fauor erga descendentes. & num.* 44.
45 *Omissio leuis solennitatis non vitiat actum.*
46 *Solennitates introductæ sunt causa falsitatis euitandæ.*
47 *Leuis solennitas dicitur, cuius omissio est nullius, vel modici præiudicii.*
48 *Formæ testamenti nihil addere vel detrahere licet. & numero* 49.
50 *Schedula patris manu scripta diuisionem bonorum inter filios continens &c. obseruari oportet.*
51 *Ratione filiorum multa specialia, quæ in aliis testamentis non conceduntur, recipiuntur.*
52 *Defectus solennitatis ratione impugnari potest testamentum.*
53 *Dolo inductus agere potest ad interesse.*
54 *Ex pacto unde etiam datur actio ad interesse.*

55 *Ambo*

55 *Ambulatoria est hominis voluntas vsque ad extremum vitae exitum.*
56 *Pactum & stipulatio reuocari non possunt, nisi altero consentiente.*
57 *Ex dispositione & conuentione contractus legem accipiunt.*
58 *Sententia ea sequenda est, quae fauet testamento.*
59 *Eatenus fauendum est miserabilibus personis, quatenus aliis iniustitia non infertur.*
60 *Si non potest subueniri alteri, nisi alter laedatur, commodius est neutrum iuuari, quam grauari alterum.*
61 *Ius dicitur ars boni & aequi.*
62 *An testamentum valere possit, si legitimum numerum testium non habuerit.*
63 *Consuetudo regionum attendenda an sit, cum testamentum porrigitur duobus senatoribus.*
64 *In testamento minor numerus quam quinque testium reprobatur.*
65 *Ius Lubecanum.*
66 *Ad consuetudinis probationem requiritur, quod interuenerint actus iudicarii, licet de necessitate non requirantur.*
67 *Consuetudo in contradictorio iudicio obtenta esse debet.*
68 *Donationes per preces immoderatas ab vxore factas, non debent sortiri effectum. & num. 69.*
70 *Testamenta condita in praesentia duorum testium, recipiuntur in casu pietatis.*
71 *Litis euentus dubius.*
72 *Publico vsurario non est concessum facere testamentum, nisi praestita cautione. & num. 73.*
74 *Retorsio siue reiteratio criminis, proprie iniuria appellari non potest.*
75 *Occasionem damni dans, damnum ipsum dedisse videtur.*
76 *Prouocatus delinquens non excusatur regulariter.*
77 *Difficilimum est iustum dolorem temperare.*
78 *Homicida quod fecit, semper expectet.*
79 *Poena apposita contrauenienti contractui, cessat ambobus pariter contrauenientibus.*
80 *Allegans dolum, eum probare debet.*
81 *Appellatur ad superiorem à variis & multis grauaminibus.*
82 *Constitutio Imperatoris Caroli.*
83 *Constitutio Imperatoris generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
84 *Casus secundum ius commune regulari debent.*

Casus positio.

IM Namen Gottes/Amen. Vor etlichen Jaren hat der Erbar vnd Fürsichtige Herr Gotschalck Hoppenstange / nun in Gott dem Allmächtigen verstorben / handelen lassen durch etliche Mitbürger zu Rostock/mit dem Ersamen Heinrich Brädt/daß er verehelichen möchte seines Bruders Tochter / darinn dann viel Händel seind gehalten / vnder welchen diese ein von dē Hauptpuncten gewesen ist/ dz Heinrich Brandt hette verstanden/daß Herr Gotschalck Hoppenstange ein Testament hette gemacht /darinn vielleicht seines Bruders Tochter mit einer gewissen Portion würde abgetheilet/ das dann Herr Gotschalck Hoppenstange seliger gedächtnuß hat offentlich bekandt / aber vorgemeltes Testament wer Cassiert vnd reuociert/als auch in der warheit geschehen ist / in welchem auch nach seiner eygen bekandtnuß seine natürliche Erben weren vnvergessen/ Aber nun forthan wer er deß Gemüts nicht zu testirn/ sondern nach seinem tödtlichen abgang soll seines Bruders Tochter / sampt den andern zugehörigen allesampt sein natürlichen nechsten Erben seyn / dieweil er kein näher Erben von Blut hette / were derhalben der vorgenandte Henrich Brandt geneygt seines Bruders Tochter zuuerehlichen / so wolt er pro dote nun allein sieben hundert Marck Sündisch/ als ein Gottspfenning jhm geben/das dann etliche Tage von dem Henrich Brandt in bedencken ist genommen worden. Es hat darnach noch einmal Henrich Brandt repetiert gegen Michael Perse/ als Vnderhändlern / ob auch Herr Gotschalck Hoppenstange würdig were fidem zu adhibiren/ dieweil er mit etlichen verborgen Worten die Handlung fürneme/das dann derselbige Michael hat asseriert / vnd zum vberfluß dasselbige angezeigt dem offtgemelten Herr Gotschalck Hoppenstange / welcher deß ein groß verwundern hette / denn es wer sein erste meinung / seine Güter seinen natürlichen Erben zuverlassen. Dasselbige auch hat Henrich Brandt repetirt für seinen Blutsuerwanten Herr Henrich Brackwan / den darnach Herr Gotschalck hat angeredt / da hat der Herr Henrich Brackwan deß Brands meinung dem Herrn Gottschalck fürgehalten/vnnd ist Herr Gotschalck dann bey seiner vorigen Handlung vnd Meinung geblieben/es wer nicht seines Gemüts seine natürliche Erben zu excludirn. Vnd vnder vielen Handlungen ist er zum letzten dahin gebracht/ daß Herr Gotschalck Hoppenstange in gegenwertigkeit beyder Partheien /daß der Hienlich vñ matrimonium effectum erlange/ mit der condition / er wolte nur als ein Gotspfennig dē Henrich Brandt pro dote geben sieben hundert Marck Sundisch/vnd nach seinem tödtlichen Abgang/so soll seines Bruders Tochter zu irer Person / die jhr gebürt / als sein natürlicher Erbe zugelassen werden/ohn einige hinderlist & fraude, vnd dasselbige hat er nicht einmal / sondern offt vor der Freundtschafft/die noch im Leben seind/repetirt. Vnd darfür hat Henrich Brandt sein Vatter jhm zusagen müssen / daß er jhm wolte schreiben lassen vnnd referiren in publica monumenta sein Hauß / das hat dann der vorgemelte Henrich Brandt seiner Freundtschafft vñ andern Bürgern benohlen zugedencken/vnd jhnen auch gedenckzedel darüber gegeben. Nun aber als Herr Gotschalck dem Todt nahe war/vngefährlich ein Tag/drey oder vber/hat er testiert / vnd sein Weib hæredem instituirt (die doch kein Erben mit im hatte, vnd jr gegeben alle Güter / vñ seines Bruders Tochter abgesondert mit einer gewissen Portion die geringe ist/nicht geacht/die vorige Zusag zuhalten/zwischen dem obgemelten Herrn Gotschalck vnd Henrich Brandt / auch hat der genandte Herr Gotschalck seines Bruders Tochter Güter etliche Jahr in seiner Handt gehabt/vnnd von denselbigen Gütern kein ration administrationis gethan/auch ist dasselbige Testament mit keinen solennitatibus de iure requisitis gemacht / sonder nach gebrauch dieser Lande /ist verrichtet worden durch zween Rahtsherrn. Ist derhalbē die Frag/ ob nicht billicher soll zugelassen werden zu deß verstorbenen Güter/nach jr anzahl /seines Bruders Tochter/non obstante testamento, als deß weylandt Herrn Gotschalck Hoppenstanges Weib.

Die ander ist die se Frage / dieweil die streitige Sache etliche zeit gehangen vnd gehandelt seind worden/hat sich zugetragen ex accidenti, quod causa criminalis accesserit, fürnemblich also: Es hat sich begebē/ daß seliger Herr Gotschalcks Hoppenstange Weib den Henrich Brandt an jrem Tische in gegenwertigkeit etlicher Studenten/vñ Hans Hamp / gescholten hat für einen ehrlosen Bößwicht vnd Schelmen / auß welchen Scheltworten vnnd Schmach ist Henrich Brandt verursacht/daß er sie wi-

der gescholten hat für ein Pfaffenhur / nicht auß seinem
fürnemen / sonder daß ers hatte gehört von seiner Frau-
wen / welcher Herr Gotschalcks Hoppenstangen Weib
hat fürgeworffen / ja ich solte dir wol gut seyn / aber dein
seliger Vatter hat mich gescholten offtmals für eine
Pfaffenhur / rc. Nun wil sie der Iniurien halben die vor-
klag haben gegen Henrich Brandt / vnangesehen dz Hen-
rich Brandt duplicem actionem hat / cuius alteram, ci-
uilem nimirum vnd Hauptpunct belangende / er auch
bey dē Burgermeister / der das Wort (nach gebrauch die-
ser Lande hat /) erlangt. Ist derhalben die Frage / quid iu-
ris, ob er nit billicher sol zugelassen werden zu der Princi-
pal Handlung / priusquam tractetur causa criminalis,
quæ quodammodo ex accidenti accesserit, & cum ipse
non solum ciuilem causam sit prosecuturus, verum et-
iam criminalem, priore excussa.

Domine aperi labia, ne loquar vanitatem, sed dicam
id quod res est, quodque veritati sit consonans, cum tu
soleas mendacium legitimis pœnis & variis suppliciis
punire, cumque tu non respicias personas, quia respe-
ctus personarum nullus apud te est, Amen.

Et primo videtur dicendum, prædictum Henricum
Brant prorsus iniustam fouere causam, nullaque habe-
re iuris remedia, quibus aduersus defuncti hæredem
3 institutum niti possit: nam manifesti est † iuris, pacta de
succedendo non valere, & nullam obligationem indu-
cere, *l. pactum quod dotali. C. de pactis, vbi communiter DD.
maxime Iason & Philip. Decius & Sali.* Vnde DD. inferunt
ad quæstionem notatu dignam, quod decipiantur ii qui
contemplatione talia pacti capiunt filiam alicuius in v-
xorem, *Iason dicta l. pactum.* Ex sententia Baldi nimirum
& Soliceti, *num.* 1. propter duas rationes. Prima, quia in-
ducit votum captandæ mortis, *capitulo, ne captanda, de
concess. praeben. in* 6. Et contra bonos mores esse censetur,
quoniam aufert liberam testandi facultatem, *l. 1. C. de sa-
cro. eccles. vbi Imperator Constantinus ait: Habeat vnusquisque li-
centiam sanctissimo catholico venerabilique concilio discedens
bonorū, quod optauerit relinquere, & non sint cassa iudicia eius:
Nihil enim est, quod magis hominib. debeatur, quam vt supremæ
voluntati, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus,
& licitum (quod iterum non redit) arbitrium.* Ecce quæso
quam honesta ratione ipse Imperator moueatur, cur †
4 vnusquisque licentiam & potestatem testandi liberam
habere debeat: Et homo sit non oportet, qui cuperet
infringere arbitrium, quod non sit rediturum. Quæ su-
prascripta sententia non solum in pacto, sed etiam in sti-
pulatione intelligi solet, *l. stipulatio hoc modo concepta, vbi
& scribentes & in l. cū donationis, C. de transact.* Etiamsi iura-
5 ment. interuenerit, qa cū istud pactū † sit contra bonos
mores, non firmatur iuramento, *capitulo, Non est obliga-
torium, de reg. iu. in 6. gl. in l. Si quando. §. Illud. ver. prægrauari,
per tex. l. Non dubium. C. de legib. gl. in l. pactum, & ibi Bald. C.
de collationibus, Bar. in l. Si quis pro eo. ff. de fideiussoribus, nu. 6.
Canonistæ in capitulo Cum contingat, ext. de iureiu. in c. quam-
6 uis, de pactis in 6.* Porro & eiusmodi † pacta solent ab Im-
peratoribus appellari odiosa & tristissimi periculosique
euentus, *l. finali, C. de pactis,* nec rata censentur, nisi ipsi
consentiant, & permanserint in sententia & pacto vs-
que ad extremum vitæ spiritum, *vt d. l. final. vbi communi-
7 ter Scrib. C. de pactis.* Vnde notant DD. quod † consensus
præstitus ab eo, de cuius hæreditate agitur, possit re-
uocari, & ideo ex tali consensu non videtur ius quæsi-
tum contrahentibus, quia tunc non posset reuocari,
*l. final. ff. de pactis, & Castren. dicta l. fina. C. de pactis. Petrus de
Anchora. in cons.* 404. Et talis reuocatio non solum ope-
ratur, quoad ipsum reuocantem, de cuius hæreditate
agitur, sed etiam quoad ipsos tertios paciscentes, quia
tale pactum quoad omnes resoluitur *d. l. fina.* Nam † so- 8
lum in vno casu confirmatur, quando consensit, & in
sententia perseuerauit. *Decius notabiliter d. l. fin. numero
quarto. C. de pactis.* Non autem est dubium, quod Got-
schalcus Hoppenstange reuocauerit pactum, nec per-
seuerauerit in sua vltima voluntate, cum fecerit testa-
mentum, quo alium heredem instituit, quoque & prio-
ra pacta reuocata sunt, quoniam testamentum dicitur
voluntatis † nostræ iusta sententia, de eo, quod quis 9
post mortem suam fieri velit, *l. 1. ff. de testam. vbi & Bart. &
Olden. in clas. 5. cap. 1. de significatione testamenti:* iusta namq;
sententia † dicitur (Oldendorpio teste) vera ac o- 10
mnibus modis absoluta animi destinatio. *ver. Iusta sen-
tentia.*

Porro nec dubium est Gotschalcum Hoppenstange
licentiā habuisse reuocandi priorem voluntatem, cū
censeatur † hominis voluntas ambulatoria vsque ad 11
mortem, *secundum sententiam I. C. præstantissimi Vlpiani,
in l. cum hic status, §. 1. ff. de donationibus inter virum & vxo-
rem, & in l. 4. in fine. ff. de ads. vel trans. lega.* Imo potuisset
etiam reuocare testamentum, † si aliud prius fecisset,
modo non habuisset clausulam derogatoriam, *l. Si* 12
quis, in princip. vbi notabi. Bart ff. de leg. ter. Qua tamen clau-
sula derogatoria non obstante sæpius testari licebit,
aliis nimirum clausulis tum à Iureconsultis, tum inter-
pretibus inuentis, adhibitis & appositis posterioribus
testamentis, *vt notabiliter & erudite tradit in l. Hac consul-
tissima. §. Ex imperfecto, C. de testamentis, Marcus Antoni-
us † Natta Astensis praeclarus & diligens interpres, & materia-* 13
*rum congestor in vltima parte lectura, d. §. Ex imperfecto, ver.
quomodo clausula derogatoria voluntatis in primo testamento
apposita, tollatur.* Cum igitur prædictus Gotschalcus fe-
cerit testamentum, & reuocauerit priorē voluntatem,
videtur sequenda ea sententia, quod testamentū suum
sortiri debeat effectum, cum ea sit amplectenda senten- 14
tia, quæ faueat testatori, & eius vltimæ voluntati, *l. Si
pot. ff. de inoffic. testa. capit. fina. ext. de re iudi. Iason. l. Hac con-
sultissima, num. 4. Cod. qui test. fa. poss.* Præterea notabilis
doctrina ea censetur Doctorum, pro pupillo, vidua,
paupere, infirmo, &c. in dubio † iudicandum esse, *vt pro-* 15
*sequitur Neuizanus in sylua Nupti. capit. Quomodo iudi. pro
com. opini. ver. in dubio etiam iudicandum pro pupillo, vidua,
&c.* Et cum constet eam viduam esse, quam instituit hæ-
redem prædictus Gotschalcus piæ † memoriæ, quæ 16
& persona miserabilis & desolata censetur. *Alberi. in
vers. Miserabilis. in dictionario suo. Felr. in c. Significantibus.
extr. de offic. delegat.* ei plus fauendum erit, quam alteri,
non obstante quod testamentum non habuerit legiti-
mum & debitum numerum testium. *l. Hac consultissima.
C. de testamentis. vbi & Iason notabiliter toto titulo Institut. de
testa. ordi.* aliasque solennitates de iure † requisitas, cum 17
sit manifesti iuris, statuto vel consuetudine introdu-
ci posse, vt minor numerus testium quam iua scri-
ptum requirit, adhibeatur, & interueniat. *l. Si non
ex speciali. vbi notabiliter Iason C. de testa.* Idem Iason late
prosequitur *in l. Cunctos C. de sum. trin. & fid. catholi.* vbi † 18
disputat de consuetudine Venetorum, quæ permit-
tit vt testamenta valeant, sortianturque effectum
coram duobus testibus condita. *c. Cum esset. c. Rela-
tum. extra de testa. vbi & Panormitan. notabiliter materiam
Hieronymi Schurpff. in centur. 3. consiliorum, con-
silio quinquagesimo octauo, prosequuntur,* præser-
tim cum in his regionibus semper ea consuetudo
obser-

obseruata fuerit, vt testamentum porrigatur duobus
senatoribus, qui loco & vice testium habentur, censen-
turque, quæ per multos annos in viridi obseruantia &
19 rigore fuit. *l. Arriani. C. de hæreticis*. Nec est † dubium,
quod non minoris autoritatis consuetudo in causis de-
cidendis quam ipsa lex scripta cēseatur, cum à pari po-
tentia introducantur, *vt dicit textus in l. de quibus. ff. de le-*
20 *gibus*. Lex enim † alia ratione non ligat, nisi quia con-
sensu populi, vel Imperatoris, in quem populus tran-
stulit autoritatem legis condendæ. *§. Sed & quod principi.*
21 *Insti. de iu. na. gen. & ci.* recepta est. Ergo eodem † modo
dicere debemus de consuetudine, *Franciscus Curtius iu-
nior in tractatu Feudali prima partis vers. tertio principaliter
quæro. num. 7. Libri mei*. Quare & Imperator Constanti-
nus *in l. 2. C. quid sit longa consuetu.* Consuetudinis vsus-
que longæui non vilem autoritatem esse asserit. Præte-
rea si testamenta valere non deberent secundum con-
suetudinem receptam harum regionum, & per multos
annos obseruatam, sequeretur quoddam absurdum,
nullum vnquam testamentum valuisse, & legitimis
modis conditum, neque valiturum, idque argumentū
22 attendendum est, cum sumatur † à discretione naturali
*Bald. in consilio 29. tertii voluminis, in penultima & vltima
colum.*

Ex his & aliis similibus argumentis, quæ hinc inde
& maxime ex notatis *l. pactum quod dotali. C. de pactis l. fin.
eo. titul. l. stipulatio hoc modo ff. de verb. obliga. l. pactum dotali.
C. de collationibus. c. cum contingat. ext. de iureiu. c. quamuis. de
pactis, in 6 c. Cum esses. c. Relatum, ext. de testamentis. l. Si non
specials. l. Hac consultissima. C. de testamentis. l. Cuncto, C. de
sum. tri. & fid. catho. cum similibus.* facile congeri, & in v-
nam consonantiam redigi possent, videtur notatu di-
gnum aduersam partem potentius ius habere, & iustio-
rem souere causam, nimirum priore pacto & obligatio-
ne non obstante, testamentum valere, & legitimum
censeri debere ex rationibus & fundamentis superius
allegatis. Quibus tamen non obstantibus, nos existi-
mamus HenricumBrant, alteram partem, iustiorem de
iure habere causam, & magis æquam, vt ex allegandis
liquebit, idque non ex proprio affectu, vel singulari fa-
uore erga ipsum assero, sed quod mihi videatur de iure
ita respondendum esse, & non quidem calumniandi
23 animo & gratia, quia ius calumniari, neque † verba e-
ius haud captari oportet. *Paul. I. C. in l. pen. ff. ad exhiben-
dum*, neque decet iustitiæ sacerdotem: iustitiam nam-
que colimus, boni & æqui notitiam profitemur, æqu-
um ab iniquo separamus, licitum ab illicito discerni-
mus. *l. 1 ff. de iust. & iu.* à veri norma discedere, nam bo-
24 na fides sincero homini † conuenit. *l. 1. ff. de constit. pec.*
Alterius tamen & doctioris sententia & iudicio semper
saluo. Et pro primo fundamento obseruandum est,
quod communiter DD. voluerunt, quando pacta facta
25 fuerint de quibusdam † bonis particularibus, tali casu
valere pacta, vt in nostro casu, quia dictum fuit post
mortem illius fratris sui filiam admittendam esse pro
parte competenti, quia tali casu non agitur de suc-
cessione vniuersali, nec de hæreditate, nec de
quota hæreditatis. *Doct. in l. pactum, quod dotali.
numero decimo, vers. Secundo limitatur. C. de pactis. Bal. in l.
fi. C. eo. Alex. in consilio vigesimo nono, collatio. 6. lib. 5.* Sed
agitur de quibusdam bonis particularibus, quæ per vi-
am contractus in Henricum Brant conferuntur, & talis
conuentio nullo modo aut ratione reprobata videtur,
26 quia donatio † etiam vniuersitatis vel quotæ substantia
vel bonorum fieri potest, *l. si quis argumentum. §. Sed etsi
quis C. de donatio.* & à fortiori, in bonis particularibus,
quia etiam † donatio omnium bonorum valet, *vt nota-* 27
*tur per glo. in l. fin. C. de pact. in verb. accommodauerit, quam
Barto. & DD. communiter sequuntur*. Nec per hoc testatori
sublata fuit testandi facultas, neque derogatum here-
dis institutioni in testamento factæ: non enim promi-
sit prædictus Gotschalcus Hoppenstange (piæ memo-
riæ) filiam fratris sui generalem instituere heredem,
nec omnia bona sua præsentia & futura pollicitus est,
sed solum disposuit, & conuenit de quibusdam rebus
particularibus, quas pro sua parte post illius obitum ha- 28
bere deberet, quæ conuentio atque † stipulatio iure
est recepta atque valida. Cynus & alii *d. l. fin. C. de pactis,
Panor. in prima parte consiliorum. consil. 18. nu. 3 Decius consilio
225. n. 4. ver primus est, quando factum in secunda parte consi-
liorum*, & recte Panor. *allegato consilio* voluit, si heres a-
dierit † hereditatem institutus ex testamento, quod 29
teneatur alteri parti, cui facta est conuentio & stipu-
latio, ad obseruantiam dictæ compositionis stipula-
tionisque. Ad hoc adducit *l. veteris. C. de contra. & cōmit.
stipulat.* & quidem † non sine causa, quia pactis conuen- 30
tis ita standum est, vt etiam à iure † communi receda- 31
tur, *vt pulchre Vldari. Zasius consi. 14. lib. 1. consiliorum, n. 73.*
(vti omnia solet tractare) tradidit, quia † prouisio ho- 32
minis facit cessare prouisionem legis. *l. fin. C. de dot. pro-
miss. l. contract. §. Sed hoc. ff. de reg. iu. l. 1. §. Si conueniat. ff. depo-
siti, cum similibus.* Et profecto si iam recederetur à pactis
initis † & conuentis, videretur quod alteri parti fieret 33
detrimentum & iactura, cum nimirum & altera pars se
obstrinxerit, vt ædes illius relatæ fuerint in publica
monumenta. Nam prædictus Gotschalcus Hoppen-
stange noluit dare in matrimonium filiam fratris sui,
nisi ædibus relatis in publica monumenta, vnde di-
cendum est, talem donationem inter aliquos ad inui-
cem factam, non dici † donationem simplicem, sed ob 34
causam, & ideo non requirit insinuationem, *iuxta gloss.
& Bart. in l. Aquilius, ff. de donat.* nec non ista donatio pro-
pter vicissitudinem valeret, quæ alias non sortiretur ef-
fectum. *l. quod autem §. quod ait. ff. de donatio. inter virum &
vxo.* Aliaque habet specialia, vt nimirum non reuoce-
tur propter natiuitatem liberorum, *Decius d. l. licet. n. 11.
C. de pactis. consi. 20. prima parte consiliorum*, Quare secun-
dum † naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, 35
quem sequuntur incommoda. *l. secundum. ff. de reg. iur. c.
qui sentit. eo. tit. lib. 6.* & absurdum est, alium habere com
moda, & alium onera sustinere, & vbi periculum est,
ibi lucrum debet collocari. *l. fin. §. penul. C. de furtis. glo. in
l. Si is qui. §. 1. ff. commodati.* Nam cum voluerit prædictus
Gotschalcus filiam fratris sentire commodum, nimi-
rum vt haberet ædes obligatas, & relatas in publica
monumenta, & ipsam oporteret sentire illud incom-
modi, vt staretur conuentioni & stipulationi ad in-
uicem factæ ratione & simili testamenti, quod fie-
ri solet inter coniuges, vt alter succedat alteri in
† omnibus bonis, quod reciprocum Doctores ap- 36
pellarunt, vel (vt Oldendorpius voluit) mutuum, *Actio.
6. Class. 5. circa finem*, vbi quærit, an valeat statutum vel
consuetudo, vt coniunx superstes præferatur omni-
bus cognatis, quod nemo infringere potest, nisi allata
iusta causa & ratione. Cum igitur à prædicto Gotschal-
co nulla legitima ratio vel causa adducta fuerit, cur re-
cedi velit à prioribus conuentionibus & stipulationi-
bus inuicem initis, non est dubium, prædictum Henri- 37
cumBrant potentius Ius, iustioremque fouere causam, 38
nam fidei humanæ congruum est, & naturalis æquitas
postulat, vt pacta quæ placuerunt, seruentur. *l. 1. in prin-
cipio. ff. de pactis*, & graue † inquit esse I. C. *in l. 1. ff. de consti.*

pecu. fidem datam fallere. Et recte, meo iudicio, illud exemplum de reciptoco restameoto adduxi, qnoniam Decius præstantissimus atque subtilissimus iuris interpres, *in consilio 225. antea allegato, secunda parte consiliorum*
39 non est † dubinm (inquit) in donatione quotundam bonorum facta teciproce, pacta apposita valere, quia donatio valere censetur. *l. Si quis argum. §. Sed & si quis C. de donationib. quam doctrinam & Bart. tanquam de iure veriorem antea secutus fuerat, consilio 72. incipiente, Ex facto proponitur. numer. secund. per l. Si ita quis. §. Ea lege. ff. de verborum signification. per l. Codicillis. §. Matre ff. de legat. secund. Quam quoque Abbas consilio antea adducto, consilio* 18. *approbat.* Quare & hæc doctrina communiot censetur, à qua recedere non licebit in consulendo & iudicando. Abbas *in capit. finali, numero 4. de secundis nupt.* & Iason
40 tefert ex sententia Alexandri *in l. 2. numero 16 ff. de iureiurand.* qnod Iudex † præsumatur per imperitiam iudicáre, qui inhæteat singulari opinioni, relicta commuoi, *Alex. in consil. 237. incipiente, Visis processibus, in secunda colum. libri secundi.* Ex hoc igitur fundamento satis liquet, & manifestum existit, conuentionem & stipulationem inter prædictum Gorschalcum (piæ memoriæ) & Henricum Brant valuisse, & de iure non teprobari, eum dixerim antea Gotschalcum stipulatum fuisse pro ea parte, quæ deberetur post obitum fratris sui filiæ, quæ
41 & incerta esse haud potuit, nam id bonorum † cuiusque esse intelligitur, quod ære alieno deducto superest. *l. Non possunt. ff. de iure fisci. l. subsignatum. ver. Bona intelligentur. ff. de verborum signification.* In aliis autem partibus bonorum potnit habere liberam testandi facultatem & licentiam, *Decius dict. l. pactum quod dotali. numero decim. C. de pactis. Barto. allegato consilio septuagesimo secundo.*

Reperio quoque apud iuris interpretes, aliquando
42 licere, & fieri posse, vt libera † testandi facultas restringatur, *vt consuluit Petrus de Ancho in consilio vigesimo quinto, incipiente: Videtur, in prima & secunda colum.* idque receptum esse fauore liberorum, nepotum, pronepotum, & descendentium, vt in nostra facti specie, quibus potius hereditas relinquenda est quam aliis extraneis, imo quam Deo, *vt in c. fin. 17. quæstion. 4. & notatur in l.*
43 *Si quis ad decimandam, C. de Epis. & cle.* atque † illud ex causa, fauore nimitum descendentium, quæ est fauorabilis. Ergo non odiosum censeri debet, aut contra bonos mores, *d. l. fina. C. de pactis, d. l. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obliga. Hoc notabiliter declarat Marcus Mantua.*
44 *in consilio 189 numero secundo, & sequentibus*: Quare cum hoc receptum fuerit, vt diximus, fauore descendentium, cur non asseremus in nostro casu Gorschalci voluntatem secundum promissiunem & stipulationem ipsius restringendam, vt deferatur pars competens bonorum suorum ad filiam fratris sui?

Pro secundo autem fundamento obseruandum est, quod testamentum prædicti Gotschalci non habuerit legitimum & debitum numerum testium, aliaque so-
45 lennia, & licet omissio leuis solennitatis † non vitiet a-
ctum, *l. 1. §. finali. ff. de ven. inspic. vbi & Bart. notat*, tamen
46 cum nostræ † solennitates introductæ sint causa falsitatis euitandæ, *l. fin. Codice. de fideicomm.* non possunt
47 leues solennitates censeri, sed graues, quia † illa dicitur leuis solennitas, enius omissio est nullius, vel modici præiudicii, *Bart. & Ang. in l. fin. §. sin vero postquam, Cod. de iure deliberandi*, & per consequens, eum non accesserint, vitiant restamentum, quod & ea ratione non est dubium, quia quando illud quod inducitur pro solennitate, vel pro forma substantiali actus, si in aliqua sui parte, etiam minima, omittatur, semper vitiat. *Fransc. de Aretio in l. Si vnus. C. de testamentis, vbi & textus ad literam*; Sed quando aliquid nō esset de forma substantiali, sed sui natura esset leuis solennitatis, non vitiat, *dicta l. final.* nam negari non potest secundum multorum sententiam, *Barto. in l. nemo potest. ff. de legatis primo. Bal. in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. Alex. in l. 1. de condict. ind.* numerum septem testium, qui requiritur in testamento, *l. Hac consultissima. Cod. de testa.* esse de forma essentiali, & substantiali ipsius restamenti, & non de forma probatoria solum, *dicta lege. Si vnus*, vbi inquit Imperator, *Si vnus ex septem testibus fuerit, vel coram testatore omnes eodem loco testes suo vel alieno annulo non signauerint, iure deficit testamentum*: ibi enim aperte patet, eum textus ibi annullet ipso iure testamentnm, si vnns de septem testibus deficiat, id esse de forma substantiali, *Iason dicta lege, Si vnus, numero quinto, Codice de testamentis*, quod & Petrus Loriotus diligens Iuris interpres sequitur *in tractatu de iur. api. Rubri. de testamentaria successione.* 48
Axiom. 9. Nam formæ † nihil addere vel detrahere (inquit) licet, *l. cum hi. §. Si prætor. ff. de transactionib.* Quæ tamen sententia aliquot modis restringitur, vt citato loco Loriotns prædictus prosequitur, Axiomate sequenti, nimirum: Primus est, qui nullos testes tequirit, *l. Sancimus, ver. inter acta. C. de testamentis.* Quando apud ptincipem, vel Iudicis acta fieret testamentum, *l. Omniū, C. eodem titulo.* Multis siquidem præsentibus acta fieri præsumuntur, *l. donatio. C. de donat.* Secundus duos tantum postulat, vt cum miles testatur, *gl. in l. 1. l. f. de militari test.* vel eum pia causa instituitur, *c. Cum esses. capit. relatum, extr. de testam.* sed & liberis instituris duo testes etiam sufficiunt, *l. Hac consultissima. §. Ex imperfecto, C. de testamen-*
tis gl. verbo, excepto, in l. fin. C. de codicillis, aut fœminæ † suf- 49
ficerent, *gl. authen. Quod sine. C. de testament.* vnde & Baldus voluit, *referente Iasone, de Authen. quod sine* schedulam
patris manu scriptā, † & repettam in capsa patris, quæ 50
contineat diuisionem bonornm inter filius, obseruari
oportere: uam † ratione filiornm multa specialia, quæ 51
in aliis testamentis non eunceduntur, recepta sunt, *vt Dd communiter tradunt dicto. § Ex imperfecto. d. authen. quod sine.* Est & alius casus, in quo requiruntur quinque testes si rusticus restetur, & eo loco, quo septem testes haberi noo possunt, *l. fin. Cod. de testa.* nec ob solum locnm, vel rusticitatem hic casus procederet, *l. conficiunt. §. Codicilli. ff de iure codicil.* Extra hos casus & similes his, nimitum si testamentum factum fuerit à spirituali persona, *dicto capitu. Cum esses, dicto capit. Relatum*, non inuenio con-
cessum esse, testari via & modo iure haud probato. Qua- 52
re concludendum est, & ratione huius defectus impugnari posse prædicti Gotschalci testamentum, non obstate in contrarium consuetudine harum regionum, vt liquebit ex contrariorum solutione. Sequitur igitur inninerbiliter prædictum Henticum Brant iustiorem habere causam, & potentius ius propter duo hæc fortia fundamenta iam explicata, quæ defendenda sunt à contrariis argumentis pro prima parte adductis, quibus positis priot quæstio materiæ propositæ erit explicata, & omnes leges atque Doctorum sententiæ allegatæ in priore parte, *Cod. de pactis*, de futura successione nobis non refragantnr, quia loqnuntur de hereditate vniuersali. *Decius in l. pactum quod dotali, numero decimo, C. de pactis Barto. in d. consilio septuagesimo primo, numero secundo, Abbas in dicto consilio decimo octauo. Decius consili.* 225. Nos vero de particularibus rebus: nec aliter *lex, Sti-*

pu latio

pulatio hoc modo *ff. de verborum obligat.* intelligi potest,
nec secus *l. pactum, quod dotali. Cod. de pact. l. fin. eod. tit.* v-
bi & D D. notata, quod satis liquet ex consilio tum
Bartol. tum Decii sæpius adducto, licet d. lex pactum
quod dotali, etiam in particularibus loquatur, cum in-
quit ex æqua portione ea quæ nubebat, cum fratre he-
res patri suo esset, secus tamen est in DD. ibidem nota-
tis, & nos antea supra probauimus stipulationem &
conuentionem factam inter prędictum Gotschalcum
Hoppenstang, & Henricum Brant, respicere bona par-
ticularia, quæ per viam contractus in prædictum Hen-
ricum Brant, conferuntur, nimirum fratris sui filiam
admittendam esse, pro parte competenti, vt ex superi-
oribus à me adductis satis constat, nec illud exemplum
quod ex DD. doctrinis antea adduximus, nimirum
quod decipiantur illi, qui contemplatione & spe pacti
relinquendæ hereditatis alicuius filiam in matrimo-
nium ducunt, ita nude intelligi debet, nam videtur
53 quando † dolo inductus fuerit, quod agere possit ad
interesse: quid enim si propter hoc illam accepisset
sine dote, vel cum parua dote, apparet de iure quod a-
gere possit ad interesse. arg. l. Eleganter. §. *serum pa-
ctiones. ff. de dolo, & quod ibi Bart.* vbi etiam ex pacto no-
54 do datur † actio ad interesse, ne quis damnum patia-
tur, facit text. *in leg. Si quis affirmauerit. §. 1. leg. quod ven-
ditur. ff de dolo*, vbi datur actio de dolo contra eum, qui
asseruit mendacium animo decipiendi, prout vide-
tur in casu nostro, dum dicitur: Ille aut ille me induxit
ad matrimonii copulationem, quo casu dolus ille pro-
desse non debet, *l. 1. de dolo. l. si acta vis. ff. de eo per quem,
l. ita demum. ff. de arbitris*, nec propterea aufertur libera
potestas testandi, quia in reliquis bonis vniuersali-
bus pro libito testari poterit, vel in aliis, vt vsufru-
ctu, vel futuris bonis, & similibus, *vt Dd communiter
tractant in d. l. fin. C. de pactis, in d. l. stipulatio. ff. de verborum
obliga.*

Nec refragatur nobis regula vulgaris, Ambulato-
55 riam esse hominis † voluntatem vsq; ad extremum vi-
tæ exitum, quæ intelligi debet, si hoc fiat sine præiu-
dicio alterius, & communiter referri solet ad materi-
56 am successionis, *vt notatur in regu. Quod semel placuit,
amplius displicere non potest. de reg. in 6.* Nos autem † ver-
samur in pacto & stipulatione, quæ reuocari non po-
test, nisi altero consentiente, *l. iur. gent. §. adeo. ff. de
pact. l. Si diuersa, C. de transactionibus.* Quoniam ex dis-
57 positione, & † conuentione, contractus legem acci-
piunt, *l. 1. § Si conueniat. ff. depositi, l. contractus, vbi Saib. ff.
58 de reg. iur. cap. contractus, de reg. iur. in 6.* Neque nobis ob-
stant regulæ illæ † communes, nimirum, sequendam
esse eam sententiam, quæ faueat testamento, & pro
59 vidua cæterisque miserabilibus personis in dubio
sententiam ferendam esse, quia illa generalia axiomata
intelliguntur, eatenus fauendum esse illis personis,
quatenus aliis & cæteris iniustitia non inferatur,
cap. ex tenore. *ext. de foro competenti*, vbi notat Abbas
60 *numer. 4. cap. deniq. 14. quæst. 5.* & vbi inquit Ambros.
Denique si non potest subueniri † alteri, nisi alter læ-
datur, commodius est, neutrum iuuari, quam grauari
alterum. *notat Philip. Deci. in c. 1. nu. 31. extra de constituti.*
61 nam cum ius dicatur † ars boni & æqui. *l. 1. ff. de iust. & iur.*
necesse est, vt æqua distributione cuilibet ius decerna-
tur. *§. iuris præcepta, Instit. de iust. & iur.*

Reliqua argumenta pro priore parte adducta, nimi-
62 rum an testamẽtum † valere possit, si legitimũ nume-
rum testium non habuerit, vtrum consuetudo harum
63 regionum sit attẽdenda, vt cum † testamentum porri-
gatur duobus senatoribus, copiose prosequi possent, *se-
cundum notata DD. Iason in l. Si non speciali: Item in l. cun-
ctos. C. de sum. trin. & fide catho. vbi & Bart. Fel. in c. 2. extr.
de probat. Panor. & alii in cap. cum esses, c. relatum, D. Hiero-
ny. Schurpff. in cent. 1. consiliorum. cons 97. Item in cons. 58. in
cent. 3. consiliorum.* Quæ nos breuiter iam resoluemus, &
existimamus, eiusmodi testamenta aliis concurrenti-
bus valere non posse, vt notabiliter Castrensis tradidit
in d. l. non speciali, C. de testamentis, vbi ex sententia Bald.
refert, nec per statutum, nec per consuetudinem pos-
se fieri, quod in testamentis sufficiat minor † numerus 64
5. testiũ quia hoc videtur reprobatum per l. fi. *C. eo. ante
finem, dum di it Imperator: Minus autem nullo modo concedi-
mus quod & menti tenendum esse Castrensis eodem loco retu-
lit.* Præterea sæpe allegata lex, Si non speciali *C. de test.*
intelligitur à pluribus, si consuetudo vel statutum ex-
presso consensu Principis confirmatum esset, tunc e-
nim valeret, non vt statutum, sed vt priuilegium, *vt in
terminis Imperator loquitur in d. l. Si non speciali Iason in d. l.
cunctos, num. 37. Cod. de sum. tri. & fid. cath.* In quo casu
nos non versamur. Quæ doctrina eo magis recipienda
est, cum nihil expressi ea de re decidatur in iure Lu-
becano, cumq; & ad † consuetudinis probationem re- 65
quiratur, quod interuenerint actus † iudiciarii, licet 66
de necessitate non requirantur, vt communiore DD.
calculo approbatum est. *Rochus Curt. in cap. fin. Sectio. 4.
n 34. & 35. extr. de consue. Ang in §. Ex non scripto. Instit de
iure nat. gen & ciui. Ias. in l. de quibus ff de legib. &c.* Et quod
in contradictorio iudicio † obtenta fuerit, licet Abbas 67
reclamet *in d. c fi. ext. de consu.* Cui nõ multum refragor,
sed hoc argumento aduersus prædicti Gotschalci testa-
mentum ego moueor, vt sortiri effectum haud pos-
sit. Nullum autem est dubium, quod fecerit antea te-
stamentum, priusquam † hoc præsens reuocaretur, 68
quod quidem factum est paulo ante mortem, & qui-
dem per preces immoderatas ab vxore factas, tunc
non solent donationes factæ vxori sortiri effectum, *vt
notabi. tradit Neuizanus in sylua nuptiali, fol. 285. libri mei*,
quia licet vxori sit concessum blãdis verbis prouocare
maritum, vt eã instituat, *leg. fin. C. si quis ali. test. prohib.* ta-
men id fieri non oportet in alterius præiudicium. *Ia-
son in leg. dedi. §. Quanquam, C. de condicti. caus. data*, v-
bi notabilem refert quæstionem ex Angelo in *leg. non
enim. ff. de inoff. test.* vbi Angelus eam quæstionem in fa-
cto habuisse commemorat, eamq; obtinuisse in iudi-
ciis. Quidam magnam hereditatem in fauorem quo-
rundam pauperum fratrum in testamento reliquerat,
& agnati qui istud intellexerunt, tantum molestarunt
testatorem persuadendo ei, quod malefaceret relin-
quendo bona fratribus, & tantum curarunt, quod te-
stator mutauerit voluntatem, & tandem auocatam
esse eam hæreditatem ab agnatis, de quorum dolo-
sa persuasione apparebat. Ecce si hoc † in isto casu li- 69
cuerit, cur in nostro non liceret & posset per actio-
nem de dolo, vel in factum à secundo legitima pars
per stipulationem, vt sæpe diximus, promissa reuo-
cari? *Iason in l. fin. C. si quis ali. test. probib. n. 4. 5. allegato c.
cum esses, c. relatum*, cum Dd. doctrinæ intelligantur, si te-
stamenta facta fuerint in piis causis, quibus & accede-
re oportet præsentiam Parochiani, *vt late declarat
Marcus Anton. Natta in d. l. Hac consultissima. §. Ex imper-
fecto, quæst. 29. C. de testa.* Quo casu non dubium est, re-
ceptum esse, vt testamenta recipiantur † condita in 70
præsentia duorum testium, adhibitoque Parochiano.
Ex his & similibus liquere arbitror, sæpe adductum
Henricum Brant habere iustiorem causam, & iuri

magis conseutaneam. Est igitur explicata prior quæ-
stio, iam ad alteram peruenienmus, præmisso tamen a-
lio remedio iuris, quo vtendum erit, si causæ victoriã
adipisci haud liceat ex maligno hominum iudicio: nã
71 litis euentus † dubius esse censetur. *l. quod non debetur. ff. de peculio.*

Non dubium est, prædictum Gotschalcum Hoppé-
72 stange sæpius exercuisse † immoderatas vsuras, vt pub-
lice publicus vsurarius reputatus fuerit, cui haud con-
cessum est facere testamentum, nisi præstita cautione
expressa, in c. quanquam *de vsuris, in 6. Ias. in leg. cunctos,*
num. 39. C. de sum. tri. & fi. cath. Quæ senteotia adeo vera
est, vt testamentum non sortiatur effectum, licet inter
liberos fuerit conditum, non præstita prædicta cau-
tione *d. c. quanquam. Iason. in §. Ex imperfecto. nume. 4. l.*
hac consultißima, C. de testa. Vnde Signorol. *consil.* 80.
recte tradidit, quod filius possit admitti ab iotestato ad
hereditatem patris, non obstante testamento, si al-
legauerit paternum testamentum nullum esse, ratio-
ne vsuræ manifestæ, quam pater exercuit, etiamsi il-
le obtinuerit à summo Pontifice per specialem fauo-
rem, quod libere possit testari. Qui tamen specialis
fauor secundum DD. sententiam non erit consideran-
dus, nisi facta satisdatione expressa in cap. quanqoam.
Bald. in l. Si quando, in prin. Cod. de testa. inoffic. Laurent. de
Rodol. in repetitione. cap. Consuluit, extr. de vsuris: imo
quod magis est, non poterit testari ad pias causas, *Bart.*
in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. quem & sequitur Bald. ibidem. Ab-
bas in Rubric. extr. de testa. numer. 11. Cum igitur prædi-
ctus Gotschalcus non præstiterit satisdationem vsura-
rum immoderatarum, illius testamentum irritum i-
pso iure censetur. *d. c. quanquam, ver. testamenta, de vsuris,*
in 6. Quo quidem remedio iuris vtendum erit, si illud
efflagitauerit summa necessitas, *l. 1. ver. Nam vel magis. ff.*
de Carbo. edict.

Sequitur iam altera quæstio, in qua hoc dicendum
73 est, cum prædicti † Gotschalci Hoppenstange vxor ori-
go fuerit & causa iniuriæ, recte licuisse Henric. Brant
repellendo iniuriam illatam à parte aduersa, illi aliam
iniuriam dicere, *vt notabiliter tradit Iason numer. 36. leg.*
vt vim. ff. de iust. & iur. Nam si pro causa vitæ licitum
est se defendere, *d. l. vt vim l. 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi*
armata, l. scientiam. §. Qui cum. ff. ad legem Aqui. DD. in l. 1.
ff. vnde vi. Ergo idem erit dicendum gratia honoris pro-
prii conseruandi, quia causa vitæ & causa honoris
procedunt à pari, *l. iusta, in prin. cum gloss. ff. de manu. vind.*
Quæ doctrina comprobatur per textum valde solennem, in leg.
quæ omnia. §. 1. vbi notat Bart. ff. de procuratoribus. Quod
74 si aliquis dicat mihi conuitium, vel aliquod crimen
obiiciat, possom ei impune dicere: Tu mentiris, quia
hoc dico gratia honoris mei cõseruandi, nec proprie
iniuria appellari potest, cum sit solummodo reiteratio
criminis: nec à sua persona proficiscitur, sed comme-
morat tantum se ab aliis audiuisse, & quidem prædicti
Gotschalci vxor hoc sępius obiecerat vxori Brandes,
75 quod † hoc dixisset pater illius. Quare cum ipsa occa-
sionem illius delicti dederit, sibi imputet necesse est,
nam qui occasionem damni præstat, damnum ipsum
fecisse videtur, *l. qui occidit. §. vlti. ff. ad l. Aqui. c. fi. de iniu-*
riis, c. fiunt nobis, vbi notabilis gl. in verbo, dederunt, de testib.

Porro licet † prouocatus delinquens non excusetur
76 regulariter, *Abb. in c. dilecte, de exceptio. & cap. 1. de iniu-*
riis, tamen hoc restringi solet multis modis, nimirum,
si prouocatus dicat verbum iniuriosum animo se de-
fendendi, *arg. leg. Qui cum maior. §. libertus. ff. de bonis*
liber. Alberi. in 2. parte Statutorum, quæst. 42. incipiente.
Sed quid si dixit. Felyn. in cap. dilecti, num. 30. extr. de exce-
ptioni. Et quanquam non prorsus excusat in totum, ta-
men alleuat pœnam, *Abb. d. c. dilecte d. c. 1. de iniur. & in*
c. cum te, de re iudic. per textum notabilem & menti tenen-
dum, l. Si adulterium cum incæstu. §. Imperatores. ff. de adulte-
riis. quia † difficilimum est iustum dolorem temperare,
vnde notabilis doctrina à Scribentibus solet assignari, 77
quod licet homicida † debeat occidi, *l. 2. ibi. Quod fa-*
cis, semper expectet. C. de Episc. audi. tamen in potestate Iu-
dicis est, deportare homicidam, quem impulit iracun- 78
dia, etiam orta aliter quam ex facto offensi. *per textum*
in leg. lex Iulia. in fin. ff. ad legem Iuliam repetun. quam valde
extollit Lodo. Roma. in l. cum mulier. ff. solut. mat. Præterea
si non appareret quis cœperit verbis iniuriari, neuter
teneretur. Lodou. Roma. in dict. l. cum mulier, *per l.*
scienciam, §. cum stramenta ff. ad legem Aquili. vbi I. C. Pau-
lus loquit, Cum stramenta ardentia transilierint, duo
concurrerunt, amboque deciderunt, & alter flamma
consumptus est, nihil eo nomine agi potest, si non in-
telligitur, vter ab vtro euersus sit, *c. constitutus, ext. de*
pœnis, vbi pœna apposita † contrauenienti contractui 79
cessat, ambobus pariter contrauenientibus, vnde dicit
Bald. *in d. l. vt vim,* quod vulnerantes se paribus ictibus,
non teneutur, quoad seipsos, sed respectu Reipublic.
quilibet punietur de insultu, quod non extendas ad
verba iniuriosa, quia per ipsa non offenditur Respub-
lica *Felin. post alios in d. c. dilecte num. 16.* Sed cum liqueat
in nostro casu, (vt refertur in specie facti proposita) ab
ea primum iniuriam profectam, ex fundamento rela-
to non est dubium, eam teneri, & Henricum Brant iu-
stam habuiße causam retorquendi, cum quidem illud
non proficiscatur animo iniuriandi, sed potius defen-
dẽdi, cumq; illud ex aliorum relatione retulerit, ratum
esse non potest, cum perseuerantia animi non appa-
ruerit, *l. Quicquid calore. ff. de reg. iur.* nec eum obligari, cum
(vt antea diximus) iustum habuerit dolorem. Ex qui-
bus iam sequetur, Henrico Brant iure competere a-
ctionem priorem, cũ & ipse habeat duplicem actionẽ,
nimirum ciuilem, ratione iuris debiti ex hereditate, &
stipulatione prædicti Gotschalci Hoppenstange, &
criminalem, ratione iniuriæ, cuius occasio & origo nõ
à se primum, sed à pr̨edicti Gotschalci vxore profecta
est: poterit igitur ille prosequi suam iniuriam, cui ni-
mirum primum iniuria est illata. Bart. *in l. 11. qui tem. ff.*
publi. iud. vbi *num. 2.* quærit: quid si primus accusator
suam prosequatur iniuriam, an secundus poterit reac-
cusare, suam videlicet iniuriam prosequendo? vbi &
post multas hinc inde motas DD. varias sententias &
rationes, concludit primam iniuriam prius pro-
sequendam & determinandam quam perueniа-
tur ad secundam: Sed super vtraque simul
procedendum erit, & poterit vtraque accusatio
eadem die determinari secundum materiam conuen-
tionis & reconuentionis. *vt in l. cum Papini. & auth. &*
consequenter. C. de sententiis & interl. iudic. ac notatur in leg.
qui prior ff. de iudiciis. prollatur & in l. 3. C. de ordi. iudi. vbi
Imperator inquit, cum ciuili disceptationi principaliter mo-
ta, quæstio criminis inciderit, vel criminis prius instituto ciuilis
causa adiungitur, potest Iudex eodem tempore vtranq; quæ-
stionem sua sententia dirimere. Quare prædictus Hen-
ricus Brant aduersus partem aduersam suam causam
prosequi poterit accumulatione actionum plurium,
ex diuersa causa prouenientium. *argum. l. Si idem. ff. de*
iurisdict. omn. iud. l. Eum qui, l. Contra maiores, C. de testa.

Salyc.

in offic. tradit Bart. in l. secund. §. Hoc edicto. ff. vi bono. rapt. Salycet in l. Vnica, C. quan. ciui. act. praeiu crimi. Et maxime
eo accedente, cum obtinuerit in inferiore iudicio primam sententiam, pro qua præsumitur, cum iurati
tulerint seotentiam, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum oblig. Spec. in tit. de arb. & arb. §. 1.* Non refert, quod eam
senatus retractauerit, cum noo probatum fuerit, iuratos tulisse sententiam pecuoia corruptos, vt allegatum in iudicio fuit à parte aduersa: Nam asserentibus
aliquid, probandi iocumbet onus, *l. qui accusare, C. de edendo. l. secunda, ff. de probationibus.* Et allegantibus dolum *l. Quotiens. §. Qui dolo. vbi inquit I. C. Vlpianus: Qui dolo dicit factum aliquid, † licet in exceptione, docere dolũ ad-*
80 *missum debet, & ibi Marcus Mantna. copiose disputat.* Et non
solum Heinrico Brant illata fuit iniuria, cũ assereretur
iuratos tulisse sententiam muoerib. corruptos, verum
etiam vniuersæ Reipub. à qua muneri & functiooi iudiciariæ sunt præfixi, quasi nimirum Respub. habeat
ministros *δωροφάγους, argu. §. Seruis. §. Si communi. §. Sed si libero. Instit. de iniuriis. Spec. in titul. de iniuriis. num. 5 lib.*
81 4. Quare & recte Heuricus Brant ad superiorem Iudicem appellauit, tanquam à variis & multis grauaminibus, *c. vt debitus, cum similibus. vbi Dd. ext. de appellationibus,* etiamsi prætenderetur sententiam interlocutoriam esse, elapsosq; esse 10. dies, *Iason ex sententia Specul. in leg. ita demum, num. 5. C. de procuratoribus,* Non obstante eo, quod pars aduersa replicat, non licere à sententia in causa criminali appellare, secundum consti-
82 tutionem † Imperatoris Caroli, cum nondum liquidum fuerit, an voluerit vel ciuiliter vel criminaliter
partem aduersam coouenir, nec ita generaliter & nude sententia Imperatoris (vt intelligunt tabulæ forenses, oulla ciuili cognitiooe exculti) intelligenda
est, sed cum hoc temperamento restringatur necesse
est, si vel crimen fuerit aduersus Imperatorem, vel Imperium Romanum, vel delictum esset ootorium, ipseque fateretur delictum à se esse commissum, vel aliquando esset proscriptus propter delicti perpetratiooem, *DD, in l. constit. l. in tantum. ff. de appell.* Quod tamen
restringi solet, si non Iudex admiserit appellationem. *Ang. de Perusio. in d. l. constitus* vel nisi fuerit hæreticus, vel schismaticus, *cap. ad abolendam, ext. de hereticis: notatur in l. 1. Cod. de falsa moneta, vbi communiter scriben.* His
casibus exceptis regulariter appellare licebit. Et eum
83 constitutio Imperatoris † generaliter loquatur, generaliter intelligi debet, *vulg. leg. de precio. ff. de publici. in rem act.* Cumque non restringat in aliis casibus ius
84 commune, alii † casus secundum illud regulari debent, *l. 2. Cod. de noxali act. vbi notatur*: Neqoe per sententiam decisum est, Henricum Braut prædictum actiooe iniurarum teneri, quo minus ei obstare poterit aduersæ partis friuola exceptio.

Sic iuris esse, sicque intrepide iudicarem, si mihi committeretur casus decidendus, vt supra à me conclusom fuit: Ego Laurentius Kirchoff, I. V. Doctor, in prædictis duabus quæstionibus, noo quidem ex fauore, sed iuris remediis, reique veritate: Alterius tamen rectius iudicantis & doctioris seoteotia & iudicio semper saluo, quod testor mea subscriptiooe & sigillo solito.

CONSILIVM XI.

D. Laurentii Kirchoffs, Megalopolitani.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius consilii est, quod hic incarceratus ab incarcerante Principe non debeat suis possessionibus priuari, sed quod heredes Principis incarcerantis ad initorum pactorum & contractuum obseruantiam obligentur & teneantur: Et quod qui fuit incarceratus, in sua possessione relinquendus sit. Contraria vero pars, si quas petitiones aduersus eum habere præsumat, eas actionib experiatur. Interea dominus consulens tribus obiectionibus seu quæstionibus respondet, ptout ex consilio patet infra.

SVMMARIA.

1 *Iniuste incarceratus potest agere contra incarcerantem ad resarciendum damnum ex ea incarceratione passum.*
2 *Carcer est damnum irreparabile, quod reuocari non potest.*
3 *Vbi fideiussores dari possunt, ibi nemo est incarcerandus, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus.*
4 *Iniuria fit illi qui deducitur in carcerem, cum vult dare idoneum fideiussorem.*
5 *Magistratus tenetur iniuriarum, qui in carceribus detinet volentem idonee cauere.*
6 *Actionibus experiaris, si quas putas te habere petitiones.*
7 *Metus infamia maior est quam metus mortis.*
8 *Melius est non viuere, quam turpiter & cum ignominia viuere.*
9 *Pro debito pecuniario etiam ex crimine non debet quis incarcerari, si habeat bona sufficientia.*
10 *Debitor non debet capi pro debito, nisi prius condemnetur.*
11 *Qui semel fuit bonus, semper præsumitur bonus.*
12 *Vindicta, quæ mediante via iuris fit, accusationem seu actionem instituendo, non est prohibita.*
13 *Beneficium à iure inductum non potest auferri.*
14 *Heres non vindicans mortem defuncti, priuatur hereditate eius.*
15 *Cautio de non vindicando iurata, intelligitur de propria vindicta. & num. 16.*
17 *Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.*
18 *Nemo dominus est membrorum suorum.*
19 *Captiuus iuramento præstito dimissus non tenetur redire ad carcerem iniuriosum.*
20 *Iuramentum metu extortum nullius est momenti, & potest relaxari.*
21 *Iudex non dicitur inferre metum, quando iniuste comminatur.*
22 *Iudex dicitur inferre metum, quando iniuste comminatur, & tunc agitur contra eum, tanquam priuatum.*
23 *Iudex per imprudentiam male iudicans tenetur ad interesse*

ribus. Cumque regulariter † debitor non debeat capi
pro debito, nisi prius condemnetur, & nolit cedere
bonis, *l. 1. C. qui bonis ceder. poss.* Imo etiamsi sit conde-
mnatus pro debito, non debet Iudex eum in conti-
nenti inuinculare, sed primum executionem in bonis
facere, *DD. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic.*

Es wird vielleicht einer dargegen excipieren / daß in
unserm gegenwertigen Fall der mehrgedachte Schele
verdächtig der Flucht halben gewesen were / Derhalben
er billich angehalten / vnnd in gebürliche Custodia ge-
nommen / *vt notatur in l. 3. §. tutores. ff. de suspectis tutorib.*
Aber dieser Behelff kan auch dem offtgemeldten Sche-
len nicht schädlich seyn / dieweil kein Vermuthung vnd
indicia der Flucht vorhanden gewesen / darzu er auch /
wie im Leben seines gnädigen Fürsten vnd Herren / zu
der zeit als er eingezogen ist worden / mit fleiß dz eyngethã
Ampt / wie denn gebürt einem frommen auffrichtigen
11 Mann / verwaltet hat / quia qui † semel fuit bonus sem-
per præsumitur bonus, *capitul. Miramur. distinctione 61. capitul. Mandato. de præsumptionibus. capit. in cunctis. 11. quæst. 1. cap. dudum. de præsumpt. l. cum pater. §. Rogo. ff. de legat. secund.* Vnd die gemeine Regel de fuga, wie jetzt ge-
meld / wird copulatiue verstanden / si suspectus fuerit de
fuga, & dubitetur, an bona sua sint sufficientia, *vt in dict. l. 3. notatur.* Vnnd / Gott lob / so ist in vnserm Fall der
mehr gedachte Schele soluendo gewesen / Derowegen
die gedachte Exception hieher nicht kan gezogen werden.
Hierauß erfolget nun weiter / daß die gethane Vrphede
dem offtgemeldten Joachim Schelen auch nicht ver-
fänglich vnd schädlich seyn kan / oder mag / denn die ge-
meine Wort / die in der Vrphede gebraucht werden / daß
einer verlobt vnd verspricht / daß er nicht seine Gefeng-
nuß rechen / vnd verfolgen wil / wie denn in seiner Vr-
phede die wort Buchstäblich lauten / Daß ich gedachter
Joachim Schele sol vnd wil zu ewigen zeiten für mich
vnd die meinen / geborn oder vngeborn / etc. werden ver-
standen von den Rechtsverständigen / von der Rache /
die mit handhafftiger That geschicht / nicht durch mittel
12 vnd wege der Rechte / proprio † facto scilicet, non de
vindicta, quæ fit mediante via iuris, accusationem seu
actionem instituendo. Qui quidem communis vsus
intelligendi regulariter in omni dispositione attendi
debet. *l. cum de lanionis §. Asinam. & quæ ibi not. ff. de fund. inst.* Hinc etenim videmus quotidie, quod incarcerati
post liberationem, non obstante der Vrphede / agunt
contra incarcerantes: Nec credibile est, quod superi-
13 or recipiendo securitatem ab incarcerato, de non vl-
ciscendo, vellt ei auferre beneficium, el à iure indul-
tum, sicut nec potest. *c. indultum. de reg. iur. in 6. cum similibus.* Sicut quoque regulare est, quando quis à lege
tenetur vlcisci seu vindictam facere, quod intelligi-
tur de vindicta licita, & mediante via iuris. *leg. 1. iuncta gloss. C. de his quibus vt indig.* vbi deciditur, quod si heres
non vindicauerit necem defuncti, quod † priuabitur
14 hereditate eius, & hoc secundum gloss. & DD. intelli-
gitur de vindicta licita, mediante via iuris, scilicet ac-
cusando occisorem de homicidio, non autem quod
de facto autoritate propria interficiat: talis enim vin-
dicta seu vltio est prohibita. *l. scientiam. §. Qui cum aliter. ff. ad legem Aquiliam.* Ita quando quis tenetur ad
15 non vlciscendum, seu non † vindicandum se, intelli-
gitur de vindicta de facto, & ita à iure prohibita, quia
contrariorum eadem est disciplina. *l. 8. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris.* Et hoc, quod scilicet eiusmodi securitas
siue Vrphede / in quibus incarceratus tempore incar-
cerationis promittit & iurat, se non vlturum & vindi-
caturum, intelligatur de vindicta de facto, propria sci-
licet autoritate, quæ nedum à iure positiuo, sed etiam
diuino prohibita est, iuxta illud: *Mihi vindictam, & ego retribuam*, non autem de licita, & de iure permissa, *vt pulchre & prudenter de iure respondit Hieronym. Schurpff. in consil. 87. Cent. 111. ex † quo magnam partem hæc transsumpsimus.* 16
Non refert etiam, quod fideiussores in præ-
senti casu nostro dati fuerint, nam cum incarceratio sit
iniusta, cumque non non obstante der Vrphed / medi-
ante via iuris agere posset contra incarcerantes, sequi-
tur eorum obligationem fideiussionemque impedire
non posse, quo minus agat prædictus sæpe Ioachim
Schele. *l. cum principalis. ff. de reg. iur. in c. Accessorium. c. cum quid de reg. iur. in 6. cum quid (inquit textus) prohibetur prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo.* Igitur cũ iniusta incar-
ceratio fieri non debeat, sequetur † necessario ea, quæ 17
post iniustam incarcerationem acta fuerunt, de iure
subsistere non posse. *cap. quæ contra ius, de regul. iur. in 6.*
Non obstat, daß auch in der Vrphede diese wort buch-
stäblich: Diesem vorgemeldten geschwornen Eyde will
vnnd soll ich Joachim Schele bey Leibsstraff stäht / vest
vnnd vnverbrüchlich nachkommen vnnd halten. Quia
manifesti † iuris est, neminem dominum esse mem- 18
brorum suorum. *l. Liber homo. ff. ad legem Aquiliam. l. 1. §. Sed cum homo. ff. de his qui deiecerunt.* Et idcirco noce-
re non posse obligationem corporalem, vt sic loqua-
mur: Imo quod magis est: Quod si captiuus ad pœ-
nam vel periculum mortis, vel si iurauerit ex carcere
dimissus, se rediturum ad carcerem, relaxatus fuerit 19
iuramento, non obstante tali iuramento, non tene-
tur de iure, si non redierit, si carcer fuerit iniuriosus,
Abbas in cap. Si vero, numer. 8. extr. de iureiuran. allegans glossam bonam, in verbo, per violentam, cap. pastoralis, de sentent. & re iudic. in 6. cum similibus. Vnde & præclare
decidit Iureconsultus Paulus. *l. Qui in carcerem ff. Quod metus causa.* Qui in carcerem quem detrusit, vt aliquid
ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est,
nullius momenti esse. Nec dubium † est, iuramenta 20
metu extorta, vt in nostro casu, dann wolt Joachim
Schele loß seyn / auch in seiner Kranckheit nicht verder-
ben / so hat er die Vrphede / wie sie jme fürgestalt ist wor-
den / thun müssen / præsertim eo metu, qui cadat in vi-
rum constantem, relaxari posse. *cap. cum dilectus. de iis qui & metus causa. vbi Abb. num. 10. inquit, quod quis non auditur contra iuramentum metu præstitum, nisi fuerit metus, qui debuisset cadere in constantem virum.* Vnd wie köndte
ein grössere Forcht bey einem beständigen Menschen ge-
funden werden / daß er sein eygen Heyl vnnd Leibes ge-
sundheit nicht achten wolte? Idcirco iuramentum iu-
ste relaxatur. *c. Si vero, extr. de iureiu.* Non obstat, daß
einer sagen wolte / dz von der Obrigkeit nicht vermuthet
wird / daß dieselbige metum inferieren solt. *l. 3. ff. Quod met. causa, cum gloss. in verb. iure licito, & gloss. in verb. metum, circa medium, d. c. cum dilectus.* Sed facilis est respon-
sio, Iudex † enim non dicitur inferre metum, quod 21
intelligendum quando iuste comminetur. *c. cantum ex literis. de in integrum restit. Abb. d. c. cum dilectus. numer. 11.*
Secus vero vbi Iudex iniuste comminatur: tunc † enim 22
potest agi contra eum tanquam priuatum. *cap. conquerente ext. de restit. spol. & in leg. si per impressionem, C. quod metus caus.*

Folget hierauß / daß mehrgedachter Joachim Sche-
le gegen die Fürstin vnnd Fürstliche Witwe / vnangese-
hen der gethanen Vrphede / seinen gelitten Schaden vñ
Interesse forderen kan vnnd mag / wie jetztgemeldt auß
der Doctrin vnd Lehr deß gemeldten Abbatis Panorm.

die

die auch durch diß Fundamēt wird bekräfftiget/nam sic-
23 ut Iudex, qui † per imprudentiam etiam male pronun-
ciauit, tenetur de ea re, in quantum æquum religioni
iudicantis visum fuerit. *l. fin. ff. de var. & extraord. cogn. l. Ex
maleficiis. §. si iudex. ff. de acti. & oblig.* Ita Iudex requisitus
24 qui † neglexit alteri facere iustitiā, tenetur regulariter
parti ad interesse. *Bar. in d. l. fi. in auth. vidisse. iudic. &c.* Sic
quoque in casu præsenti, *arg. d. l. si per impressionem*, vnde
25 communis regula, quod etiam spoliatus à Iudice iuris
ordine prætermisso, ante omnia restitui debeat, *c. con-
quirent. & ibi Abb. de restit. spolia.* Derwegen kan der
mehrgedacht Joachim Schele per viam querelæ bey
den Oberherren seines erlitten Schadens sich beklagen/
vnnd daselbs die Sache anhengig machen/ so die Güte
keine Erfolgung köndte geschöpffen / wie schwerlich zu-
verhoffen.

Das ist von dem ersten Artickel geredt/ was aber den
andern Artickel belangt/ist es auch clari & manifesti iu-
26 ris, daß pacta & contractus inter † Principem & subdi-
tos inita seruari debeant, *c. 1. & ibi Abb. ext. de proba. per
text. in l. donationes quas Diuus, C. de dona. int. vir. & vxor.
DD. in l. digna vox. C. de legi.* per hanc rationem, quia
cum pacta sint de iure gentium, *l. ex hoc iure. ff. de inst.
& iur.* immutabilia ergo censentur, *§. sed naturalia. Inst.
de iur. nat. gen. & ciuil.* quæ adeo vera sunt, vt etiam suc-
cessores ad eorum obseruantiam astringantur. *Abb. d. c.
cap. 1. in primo nota. Cyn. in d. l. digna vox.* Nec dubium
7 est & heredes suorum † prædecessorum obligatione
teneri. *l. veterum iuris, C. de con. & com. stipu.* Quare in no-
stro casu præsenti, cum Dux illustriss. Albertus piæ
memoriæ sæpe prænominato Schelen ratione serui-
tiorum præstitorum quandam gratiam contulerit,
Pecht/& reliqua dederit, quorum ratione quoq; data
fuit specialis obligationis forma, dubitari non debet
inter illos contractum & pactum inita, vt & forma ob-
ligationis satis declarat, vt ea & ad heredes extēderetur,
28 Idcirco seruitia præstita considerare † oportet, *arg. eo-
rum quæ notantur à DD. in d. l. ex hoc iure, & maxime à do-
mino Iason.* Porro quod nec à successoribus Ducis Al-
berti reuocari possit, satis manifestum est: decet enim
29 concessum à Principe beneficium † esse mansurum.
c. decet de re iur. in 6. Nec quod ob gratiam alicuius con-
30 ceditur, est in † eius dispendium retorquendum. *c. quod
31 ob gratiam, de reg. iur. in 6.* Præterea † cum contractus
ex conuentione legem accipere dignoscantur, *capitul.
32 contractus, de reg. iur.* ab illis recedi † non potest, nisi
vtriusq; partis consensu *l. 1. C. quando licet ab empt. disc. l.
ab empt. ff. de pact.* Quod insuper commemoratū fuit in
facti specie von den verträgen Hertzogen Hansen/daß
auch dieselbigen nicht gehalten seind worden / &c. Kan
auch dem mehrgedachten Schelen nicht verfänglich
33 noch entgegen seyn/ quia licet, quod † semel placuerit,
amplius displicere non possit, *capitul. quod semel, de re-
gulis iuris, in 6.* Illud enim in priori membro solutum
34 fuit dum dicebamus, ea, quæ per † metum promittan-
tur, non valere, & cautionem illam iuratam, die Vr-
phede præstitam, nullius esse momenti. Idcirco quæ
per metum aguntur cum capto & detento iniuriose, si
postea agere velit cum ipso detentore, allegare debet
metum, & rescindere factum, per actionem quod me-
tus causa. *capitul. accedens, vbi not. de procuratoribus. l. qui
carcerem. ff. quod metus causa.* Non obstaret, si diceretur,
Schelen liberum fuisse, cum die Verträge fierent,
quia non dicitur liberatus, qui † relaxatur à vinculo,
35 si adhuc custoditur in publico, vel omninò non fuerit
solutus, vt per impressionem cogi possit. *l. liberationis,
cum l. sequen. ff. de verborum significatione. Abbas in dict. ca-
pitul. accedens, in prima colum. Bart. in dicta l. qui carcerem.*
Sed his non consideratis, adhuc alia est facilis respon-
sio, cum Ducissa non ea seruarit, quæ in prędictis Ver-
trägen commemorata sunt, frustra sibi fidem postulat
ab Schelen seruari, cui fidem à se præstitam seruare re-
cusauit. *l. cum proponas. C. de transactionibus. capitul. fru-
stra, de regulis iuris. in 6.* præsertim, cum cum circa idem
factum versemur. *Iason in d. l. cum proponas.* Dieweil
verabscheidet ist worden/die Pecht vnnd etlich Korn zu
Büren/das darnach verhindert ist worden/ist nicht an-
ders denn ex diametro den auffgerichten Vertrag nit
wöllen halten. Ex his igitur sequitur necessario & in-
uincibiliter, sæpe prænominatum Schelen, quod in vl-
tima quæstione † commemoratum fuit, in sua posses- 36
sione relinquendum, & contrariam partem, si quas
petitiones aduersus eum habere præsumat, vt actioni-
bus id experiatur. *l. extat. ff. de eo quod met. causa.* ne inde
iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascantur. *l. me-
minerint. C. vnde vi.* Cum & pro possessore semper præ-
sumatur, eum iuste possidere rem. *Bal. in c. capitulum. ex.
de rescripti. Bart. in l. qui duos. §. Cum in bello. ff. de reb. du-
biis.* Cum & reliqua † commoda & priuilegia possessio
habeat. *§. Commodum. Institut. de interdictis*, ad quæ ego 37
me non extendo. Ex his namque fundatum satis arbi-
tror, negocium Schelen, eiusque causam iuri & æqui-
tati consentaneam esse: sicque ex iure responden-
dum puto: alterius tamen doctioris & melius iudican-
tis sententia & iudicio, semper saluo.

Mense Martio, Anno 1556.
Laurentius Kirchoff, Megalopolitanus, Do-
ctor I. V.

CONSILIVM XII.

D. Laurentii Kirchoffs, Megalopolitani.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius consilii: Quidam Iacobus N. incarceratus, confessus est se artibus maleficis & prohibitis vsum esse ad restitutionem membrorum, & amissæ valetudinis recuperationem. Hinc dominus Consulens concludit eum non capitaliter, nec mortis pœna, sed tantum arbitraria siue ordinaria afficiendum, aut relegandum fore.

S V M M A R I A.

1 *Artibus prohibitis vtentem iura tam ciuilia quam canonica puniunt.*
2 *Constitutio Imperii criminalium iudiciorum.*
3 *Incantationis multæ sunt species. & num. 4. & 5.*
6 *Ars venefica siue malefica est prohibita.*
7 *Superstitiosæ curationes amissarum virium cæteris sunt perniciosiores, & magis odiosæ.*
8 *Malefici sola criminis potentia interimere solent homines absque vllo veneni haustu.*
9 *Contrarium prioribus asseritur.*
10 *Constitutio imperialis publicorum iudiciorum est communibus iuribus ciuilibus conformis. & num. 11.*

11 *Pœna*

12 *Pœna potius mollienda sunt legum interpretatione, quam exasperanda.*
13 *Iura canonica mitius malesuia puniunt, quam iura ciuilia.*
14 *Solutio argumentorum supra adductorum.*
16 *Sortilegiis & incantationibus quæ tendunt ad malum finem, operam dantes, eaq; exercentes, pœna capitis puniri debent.*
16 *φαρμακεία est incantatio magica, quæ pactum facit cum diabolo, vt noceat hominibus, pecoribus, segetibus, &c.*
17 *Communis Doctorum sententia siue opinio in iudicando & consulendo iudici est sequenda & nu. 18.*
19 *Præsumitur, qui olim fuit bonus, etiam nunc esse bonus.*
20 *Ex transacta vita discitur quid ex sequenti conuersatione sperandum sit.*

IN Nomine indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ex confes-
sione incarcerati, & actis ad me missis diligenter cō-
1 sideratis & perspectis, prima facie dicendum † vide-
batur, eum artibus prohibitis vsum, non solum per
communia iura ciuilia, *l. nullus. l. eorum. l. nemo, cum se-
quentibus. C. de malefic. & mathemat. Et ibi Salicet. post alios.*
2 verum † etiam Canonica. *c. 1. cap. 2. de Sortilegiis, vbi Ab-*
3 *bas. Et 26. quæstio. 1. cum sequentib. vsque ad quæstionem 6. per*
4 *totum.* nec non per Imperii † constitutionem *sub titul.*
5 Von der straff der Zauberey / Licet † incantationis
multæ species à DD. constituantur, *Hostiensis in sum. sua
ver. Quot sint eius species. Paulus Grillandus in tractat. de Sor-
tilegiis §. secundo. quæro volum. 4. tractatuum:* tamen in ca-
6 su hoc præsenti apparet, artem veneficam † siue male-
ficam per incarceratum adhibitam fuisse illis curationibus,
& aliis superstitionibus, quas latius continent
acta, præsertim cum & talis sit species, quæ ad hominis
incolumitatem, & ad restaurationem amissarum viri-
7 um referatur, ista † namque est cæteris perniciosior,
& magis odiosa, quoniam multa mala ex eo proueniunt,
& diuersæ infirmitates fabricantur, morbi & ca-
lamitates in humanis ac brutorum corporibus ex qui-
bus etiam mors sæpe causatur. Et qui hac specie male-
fica polluti sunt, sæpe pereunt. Aliquando tamen non
tam cito mors prouenit, sed post lōgas luctuosas que-
relas & lacrymabiles fletus corpus paulatim conteri-
tur, virtus debilitatur, & tandem perit. Cum igitur in
casu præsenti incarceratus ea arte malefica ad mem-
brorum restitutionem & recuperationem amissæ va-
letudinis, vsus fuerit, negari non potest eum arte pro-
8 hibita vsum, quæ semper † tendit ad malum *l. eorum. l.
multi. C. de malefic. & mathemat.* Ideo non immerito lex
vocat istos humani generis inimicos, quia semper
quasi tendunt ad hominum necem & destructionem.
Quare & sola criminis potentia interimere solent ho-
mines, absque vllo veneni haustu, *vt dicit S. Augustinus
in libr. decimo, de ciuitate Dei, cuius dictum insertum est in ca-
pit. Nec mirum. 26. quæstio. 5.* Et alibi quoque appellantur
hostes communis salutis, *l. & si excepta, l. fin. C. de malef.
& mathem.* Quod & maxime ex eo patet, quod iusse-
rit, vt Satanam inuocaret, ac in illius nomine ollam
emeret. Illud enim est expresse contra omnipoten-
tem Deum ac contra præceptum eiusdem, *Deuterono-
mi. capitulo decimo octauo.* Et ascribere id creaturis;
quod Deo competit solummodo, est abuti diuina ma-
iestate, Abbas *in capitulo primo de Sortilegiis. numero se-
cundo.* Non dubium igitur incarceratum pœna mor-
tis puniendum esse, quam exprimunt iura & Impera-
torum constitutiones, *dicta leg. nemo cum similibus Codic.
de malefic. & mathemat. l. item apud Labeonem. §. Si quis
astrologus. ff. de iniuriis.* His tamen & similibus argumen-
tis, quæ facile congeri possunt, non obstantibus, con-
trarium assero. Cum constet ex confessione, & actis
incarceratum † artibus suis vsum fuisse, non ad finem 9
malum, sed ad liberationem infirmi alicuius, & de-
cumbentis, quamuis non prorsus sit extra pœnam, ca-
pitis tamen pœna non puniri debet, sed mitiori, secū-
dum causæ circumstantias, & incarcerati propositum,
*vt expresse ex dicta l. eorum, & ibi ex notatis Salicet. liquet. Et
Abbas in capitulo secundo de Sortilegiis per textus optimus l.
hodie. Laut facta. ff. de pœnis. l. Quid ergo. §. pœna grauior. ff.
de his qui notantur infamia.* Adde communem imperii
constitutionem, † vbi expresse hæc verba habentur,
Wo aber jemandt Zauberey gebraucht / vnnd nicht je- 10
mandt Schaden gethan hetten / sollen sonst (das ist / wie
die vorige Particel vermeldet / nicht mit dem Todt) ge-
straffet werden / nach gelegenheit der Sachen / darinn
die Vrtheiler Rechts gebrauchen sollen. Nec aliquo
modo ex prædicta confessione Iacobi apparere po-
test, illum iacturam & damnum aliis attulisse. Quare
dicendū, eum relegandū esse, aut alia pœna arbitraria,
siue extraordinaria puniendum esse, non pœna mortis
vt sæpe dictum est, ita contineri expresse in der Pein-
lichen Rechtsordnung / vnter dem Titel / Straffe der
Zauberey. Quæ constitutio sane communibus † ciui- 11
bus ciuilibus est conformis, *d. l. hodie d. l. Laut facta. Ab-
bas. capitulo secundo.* Hinc illæ communes regulæ iuris 12
statuuntur, quod potius legum interpretatione † pœ-
næ molliendæ sunt, quam exasperandæ. *l. si præses. l. in-
terpretatione. l. respiciendum. ff. de pœnis.* Ea quoque de 13
causa iura Canonica mitius eiusdem facta † puniunt,
quam iura ciuilia, facientia distinctionem inter perso-
nas ecclesiasticas, & politicas, *vt prædictus Paulus Grillan-
dus in dicto tractatu de Sortileg. in versi. ulo vud. cimo post præ-
missa, hinc inde multis argumentis collectis, docuit.* Pro pri-
mo membro autem adducta obstare non possunt, 14
quia † non solum iura communia, verum etiam Im- 15
perii constitutiones disponunt, de Sortilegiis † & in-
cantationibus, quæ tendunt ad malum finem, & illis
operam dantes, easque exercentes, pœna capitis pu-
niri debent, *dict. l. Nullus. dict. l. Nemo. dict. l. Eorum. dict. l.
Multi dict. l. Etsi excepta.* Vnd vnter dem gemeldten Titel 16
Straff der Zauberey Non autem Sortilegiis, † quæ fiunt
ad sanandum maleficiatum, vel liberandum aliquem
ex aliqua infirmitate, aut incantandum, imbres gran-
dines, & fulgura, ne noceant segetibus, arboribus,
& pratis, aut animalibus, & fœtibus eorum: ista nam-
que omnia, quæ prosunt, & non nocent rebus tem-
poralibus, aut personis, permissa sunt de iure, & nul-
lam pœnam merentur. *dict. l. Eorum. & ibi Bartolus nota-
biliter. Codic. eod. Quod Senatusconsultum ac Doctores com-
mendant.* Et hoc modo argumenta pro primo mem-
bro adducta soluuntur. Nec est dubium, † quod hæc 17
sit communior Doctorum sententia. *Paulus Grillandus
in dicto tractatu de Sortilegiis.* Quare eam in iudicando &
consulendo Iudicem amplecti necesse est. *l. vnica. ibi,
Et sane crebrior apud veteres opinio est ff. de offi. quæsto. & ibi
Baldus cap. 1. cap. Ne innitaris vbi Abbas & Felin. de constit.
Iason in leg. secunda nota 15. de iureiurando.* præsertim cum
hominis salus quæratur, *dict. l. Si præses dict. l. interpreta-
tione.* Adde præterea, quod de prædicto Iacobo N.
nulla mala præsumptio concipi possit, cum non diu
habuerit librum, ex quo primum didicit artem, quam
postea exercuit, quia præsumitur † qui olim fuit bo- 18
nus, etiam nunc esse bonus, *capitulo mandata de præ-
sumptionibus.* Ex transactā enim vita † discimus, quid de- 19

EE sequen-

sequenti conuersatione sperandum sit. *l. Non omnes §. à barbaris. ff. de re militari.*

Laurentius Kirchoff, V.I.D. subscripsit.

CONSILIVM XIII.

Dn. Laurentii Kirchoffs, Megalopolitani.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius consilii est, quod liceat aggressorem occidere, & quod occidens aggressorem, sit absoluendus à pœna homicidii perpetrati, se defendendo.

SVMMARIA.

1 *Homicida est, cum alterius mors secuta sit.*
2 *Homicidium dicitur terribile peccatum, & pœna capitis punitur.*
3 *Solus conatus & animus nocendi, si peruenerit ad actum exteriorem, punitur, licet effectus non secutus fuerit.*
4 *In malefactis semper præsumitur malus animus & dolus.*
5 *Malum & damnum illatum semper præsumitur factum malo animo, nisi probetur contrarium.*
6 *In atrocissimis delictis, puniuntur delicta attentata, licet effectus non secutus fuerit.*
7 *Homicidium inter grauiora & horribiliora peccata, quæ punienda sunt propter exempla, computatur.*
8 *Homicidium nominatur peccatum mortale.*
9 *Homicidium voluntarium licite punitur.*
10 *Beati qui faciunt iudicium & iustitiam omni tempore.*
11 *Reipublicæ interest, vt delicta non maneant impunita.*
12 *Qui alium occidit, vel in animo habet occidere, vicissim occidetur.*
13 *Operam dans rei illicitæ, nullo modo, nullaq; ratione excusatur.*
14 *Aggressorem interficiens absoluitur.*
15 *Occasionem damni præstans, ipsum damnum præstare videtur.*
16 *Occidens aggressorem, non punitur, cum se defenderit.*
17 *Aggressorem licet occidere impune.*
18 *Defensio est de iure naturali, & tanquam iuris naturalis.*
19 *Statutum tollens defensionem intelligitur de ciuili, non de naturali.*
20 *Papa non potest tollere defensionem à iure naturali introductam.*
21 *Occidens aliquem, se defendendo, non dicitur committere maleficium.*
22 *Aggressor & inceptor rixæ impune occiditur.*
23 *Ex duobus simul digladiantibus, is qui mortuus est, præsumitur fuisse aggressor.*
24 *Excedens modum legitimæ defensionis, non debet puniri pro toto, sed solum pro excessu.*
25 *Ictus seu verbera non possunt dari cum mensura.*
26 *Defendens se non potest habere stateram in manibus, & mensurare ictus.*
27 *Metus improuisus instantis periculi tollit rectum iudicium & consilium deliberandi.*
28 *Homicidium non punitur capitaliter, cum dolus abfuerit.*
29 *Dolum considerari necesse est.*

IN Nomine indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ex casu
mihi relato, & articulis siue positionibus quas captiuus
dominis commissariis Illustrissimi Principis Vldarici
Megapolensis Ducis traditurus est, prima facie di-
1 cendum videtur, eum homicidam esse, † cum alterius
mors secuta fuerit, quia iure diuino præceptum est:
2 Non occides. *Exod. 20.* Ideo terribile peccatum † homicidium
dicitur *capitulo si quis voluntate, 50. distinctione.*
Et pœna capitis punitur, *l. 1. ff. ad legem Corneliam de Sicarii. §. idem lex Cornelia. Instit. de public. iudic.* Quod adeo
etiam locum habet, vt homicidæ pœna capitali puniantur,
etiamsi conatui euentus haud responderit. l. is
qui cum telo, *& ibi Salic. Codic. ad l. Corneliam, de Sicariis.*
vbi Imperator notabiliter inquit: Is qui cum telo ambulauerit,
hominis necandi causa, sicut is qui hominem
occiderit, vel cuius dolo malo factum erit commissum;
legis Corneliæ de Sicariis pœna coercetur.
Rationem I.C. Calistr. *sup. in l. Diuus ff. eodem titulo.* assignauit,
loquiens, Diuus Adrianus in hæc verba rescripsit:
In maleficiis voluntas spectatur, & non exitus,
vnde regula illa communis & trita passim à S. C.
vtriusque iuris: Solum conatum & animum nocendi,
si † peruenerit ad actum exteriorem, puniri, licet effectus non sequutus fuerit. 3
Angel. in tractat. de malefic. in verbo, & ex interuallo. numer. 15. libri mei. Felin. in tractat. Quando solus conatus &c. & in capitulo primo, de præsumptio. vbi & Abbas numero tertio. Nam in malefactis † semper 4
præsumitur malus animus, & dolus *l. 1. C. de Sicar.* Hinc
dicit Imol. Quod malum † & damnum illatum semper 5
præsumatur factum malo animo, nisi probetur
contrarium, vel præualeat alia præsumptio, *l. idem si obstetrix. §. final. & l. seq. & l. item Mela. primo §. ff. ad legem Aquiliam.* Ea quoque de causa alia vulgatissima regula 6
traditur, in atrocissimis delictis † puniri delicta attentata,
licet effectus non secutus fuerit. *Decim. in l. 1. §. hac autem. numero octauo. ff. quod quis iur. gloss. in l. præsenti, in ver. cogitatione. C. de his qui ad Eccles. confugiunt. Bartolus in l. penult. ff. Ad L. Pomp. de parri.* Quare cum mors Geurgii
Vcisan secuta fuerit, non dubium est, pœna homicidii
Iodocum à Stein teneri, cum etiam eadem pœna
puniri debuisset, licet mors non secuta fuisset, quod
minus est, per rationes supra adductas, & eo magis, 7
cum homicidium inter grauiora † & horribiliora peccata,
quæ punienda sunt propter exempla, vt aliis nimirum
exemplo & terrori sint. *l. aut facta. §. final. ff. de pœnis, computetur. Abb. in c. cum contingat, numer. 22. de for. competent. & cap. quæsitum. vbi Abbas de tempo. ordi.* eumq;
peccatum † mortale nominetur, quod est contra d. 8
præceptum, Non occides, *Ang. Clauas. in sum. vulgo Angelica dicta, in verbo homicidium numero primo.* Et solent plerunque
homicidia † esse voluntaria, vt præsens apparet: 9
Quare Iudex licite occidit malefactorem & homicidam,
quia † beati qui faciunt iudicium & iustitiam 10
in omni tempore, secundum Psalmographi sententiam.
Hostiens. in sum. sua aurea. titul. de homicidio. versiculo 2. Quot species homicidii sint: Accedit huc quod Reipublicæ
intersit, delicta † non manere impunita, *l. ita vulneratus ff. ad legem Aquiliam versicu neque, eaque legitimis pœnis puniri. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. & vectig.* ne in- 11
de praua exempla sequantur. *l. aut facta. § nonnunquam. ff. de pœnis.* Et qui alium occidit, † vel in animo habet, 12
vicissim occidetur, *Cas. in l. 3. numero secundo. Codic. ad leg. Aquil.* quia † operam dans rei illicitæ, nullo modo, nul- 13
laque ratione excusatur, *Abbas in capitul. tua nos de homicid. vol. numero quarto.* quod dubio caret, quia manus
pro manu, oculus pro oculo, secundum Moysis sententiam,
dari debet. His tamen & similibus non obstantibus,
quę facile cumulari possent, contrariam sententiam
de iure veriorem & magis æquam asserimus,
vt ex sequentibus facile liquebit.

Primum, non est dubium de iure, ex duobus simul
digladiantibus eum qui mortuus est, fuisse aggressorē
& propterea ille erit absoluendus, † qui superstes est, 14

l. 1.

l.1.§.cum arietes.ff.si quadrup. paup.fecisse dic. Ioan.Fab.in §. ius autem gentium.in vlt.col.Instit.de iure natur. Et hoc fa-
uore viuentis, vnde DD.notant, quod si aliquis occidat
aggressorem, veniat absoluendus, nec teneatur pro-
bare se seruasse moderamen inculpatæ tutelæ; imo
præsumatur seruasse, nisi fiscus probet contrarium,
vel ex qualitate aggressuræ aliter sit iudicandum: & ita
debet intelligi tex. *in l.1.C.vnde vi.*

Cum igitur constet, Georgium Veisam, Iodocum à
Stein multis scommatibus excepisse, quis dubitaret
eum aggressorem fuisse? cum & primum ictum fece-
15 rit, quia qui occasionem damni præstat, † ipsum da-
mnum præstare videtur, *l. qui occidit.ff. ad legem Aquil.*
Et confirmatur hoc ratione, quia aggressor dedit ope-
ram rei illicitæ: iste vero defensor iuste & licite egit,
vnde potius in iudicio debet capi coniectura contra
aggressorem, & sic quod licite fuerit interfectus. Non
autem debet defensor grauari isto onere probandi,
seruatum esse moderamen, quia quilibet dans ope-
ram rei licitæ, præsumitur illud seruasse, *argument. l. si
merita.ff pro socio. & istud etiam est de mente Bald. in dict. l.
is qui aggressorem. Codi. de Sicariis. & in l.multis. Codic.de li-
ber. caus. & ita etiam intelligitur Bartolus in l. sed si quacun-
que ff. ad legem Aquiliam.* Fortius dicit Alexander *in lege
non solum.§.sciendum. in pri.ff. de noui operis nunc.* Quod
si accusator probet, qualiter Titius seruum interfece-
rit, & è conuerso Titius probet, quod seruus fecerit
insultum aduersus eum, vel res suas, quamuis non fu-
erit specifice probatum, quod in cõtinenti sit factum,
tamen Reus obtinebit, quia præsumitur defensionem
in continenti factam, & exceptio sustinebitur, *iuxta l.*
16 *3.§. Cum igitur.ff.de vi & vi armat.* Porro † aggressorem
occidens non punitur, cum semper præsumatur per-
cussisse, & occidisse ad eius defensionem, *Ita habetur in
Clem. vnica.de homic.& in l.scientiam.§.qui cum aliter.ff. ad
leg.Aqu.& l. vt vim.ff. de iust.& iur. & in c.significasti. de ho-
mi.* Quinto talis occidens nec etiam committit pec-
catum, ideo dicit Ioann.de Lign. *in tractatu suo de iusto
bello*, quod si clericus ad altare celebrans aggreditur
17 ab aliquo, quod iuste dimittit celebrationem, & si in
ista rixa occidit aggressorem. † quod potest in conti-
nenti redire ad altare, & missam perficere: *quod dictum
refert & sequitur Abb. in cap.clerici. in principio. ff.de vita &
hon. cler. quod refert & sequitur D. Marian. Socin in rep.cap.
ad audientiam.in 31. colum. de homicid. in versic. vicesimo se-
18 ptimo.* Et ratio est, quia defensio est de iure naturali, &
tanquam † iuris naturalis, competit nedum homini-
bus, sed etiam irrationalibus brutis, *vt habetur in l. 1.§.
sed cum arietes ff.si quadrup paup fecis. dic.* & talis defensio
tanquã iuris naturalis non potest tolli à Principe siue
superiore, *tex.est, & ib. DD.in §.sed naturalia.Inst.de iu.na.
&c.& voluit Bartolus in tractat.suo.qui sint rebelles.in vlt.co-
lum.& in l.facultas, circ. pr. Cod. de iur.fisc. lib.* 10. & ideo
dicit Baldus *in cap à nobis in fin.de except.* Quod statutum
19 tollens defensionem, † intelligitur de ciuili, non au-
tem de naturali, *Fel. in cap.dilecti.in 5. col. in fin. de except.*
& dicit Dominus de S Geminia, *in c.non solum. de appel.*
20 *in 6.q.* Papa † non potest tollere defensionem intro-
ductam à iure naturali, licet tollere possit illam, quæ
est introducta à iure ciuili. & alibi dicit Hipp. de Mar-
sil. *consi.* 81. *num.* 8. quod ius naturæ permittat, quod
quis defendat se per fas & nefas, & quod naturalis vi-
vendi dulcedo sic insita est, ideo est quod occidens ag-
gressorem se defendendo, non teneatur de occiso,
DD.in d.l. 1.C.vnde vi.& in d.Cle.1.de homi. Rationem as-
21 signant Scrib. quia occidens † aliquem se defendendo
non dicitur committere maleficium, *secundum Bal. in l.
data opera.Codi.qui ac.non poss.*& aliam rationem assignat
Abb. *in d.c.cler.in pr de vi. & ho cler.* vbi dicit, quod si ag-
gressor est mortuus ab aggresso, se defendendo, magis
videtur à se ipso occisus, quam ab aggresso, † modo in 22
casu præsenti, cum dictus Georgius Veisan fuerit ag-
gressor & inceptor rixæ, vt satis apparet ex scommati-
bus ibi: Wie Jörgen Veisan Jost von Stein glück ge-
wünscht hat zu seinem neuwem Statvogts ampt. Item
ibi: Daß man noch ein Jahr einen solchen Statvogt
geehren möchte. Item ibi: & vt est per omnes positio-
nes videre: non est dubitandum, eum aggressorem &
inceptorem rixæ fuisse. Non refragabitur autem no-
bis, si quis dixerit, quod prædictæ iuris doctrinæ habe-
ant locum, & intelligantur in illo qui erat aggressus,
& adeo deangustatus, quod non potuerit mortẽ eua-
dere, nisi occidisset aggressorem, quia respõdeo quod
satis prædictus à Stein fuit deangustatus, quod ei licuit
pro defensione occidere Georgium Veisan, quamuis
adhuc dubium sit, an suo proprio pugione perierit,
quia is dicitur in vitæ periculo constitutus & deangu-
status eo ipso, quod error armorum sibi infertur, ita
*habetur in l.3.in §.armati.ff.de vi & vi ar.in l.sed si quacunq.
in prin.ad l. Aq. vbi gl hoc voluit, & D.Flor. in l.scientia.in §.
qui cum alter eod.tit.*& ideo dicit not. Bar. *in d.l.sed si qua-
cunq. in pr.* quod eo ipso, quod probo, quod aliquis ve-
niebat contra me cum gladio euaginato, & ego occidi
eum, quod tunc probata est mea defensio; *quod dictum
Bar.sequitur Cepol.in con.suo 49.in 5.co. pro quo dicit esse tex.
in l sed si percussorem. C de Sicar.* Et alibi Bar. notab. inquit
*in l.si ex plagis, in §.Tabernarius ff.ad l. Aq.quem refert & se-
quitur Aug.in §.iniuria.in 10.in fin.Insti.de iniuriis.* Quod
si percutio te, antequam tu percutias me, dum tu es in
actu percutiendi, quod tunc dicor fecisse ad meam de-
fensionem: imo fortius inquit *in l.1. in 2. co.C.vnde vi.&
in consi.suo incip Vanutius, quem & Ias.refert in l.vt vim.ff.
de iust & iur.* Quod licitum est occidere aggressorem:
nedum quando imminet periculum vitæ, sed etiam
quando imminet alicuius iniuriæ personalis, & refert
Ang. *in l is qui cum telo.Cod de Sicar.* se hoc Venetiis pra-
cticasse, & defendisse quendam accusatum de homici-
dio. Ex quibus omnibus satis patet Iodocum à Stein
pœna homicidii puniri non posse, sed liberandum esse
quia textus sunt expressi, quod si quis aggressorem oc-
ciderit, vel percussorem gladio repulerit, nullam ob id
factum calumniam metuere debet, nam defẽsor pro-
priæ salutis, in nullo peccasse videtur, *l.is qui aggress. l.si
quis percus C.ad l.Cor.de Sic.*

Similiter non refragabitur, si quis opponat, quam-
uis Iodocus aggressus fuerit, quod tamen excesserit
modum legitimæ defensionis occidendo, propter
quod puniri debet, *dicta l. vt vim.dict.l.3.Cod.vnde vi.cum
sim.* Sed respondeo, quod non excesserit modum legi-
timæ defensionis propter periculum, quod ei immi-
nebat, nisi se adiquasset, licet dubium sit, an perierit
proprio pugione, vel Iodoci. Proinde potius præsu-
mendum est, ex duobus simul digladiantibus, vt supe-
rius dixi, eum qui mortuus est, † fuisse aggressorem, 23
& propterea superstitem absoluendum, *d. l. 1. §. cum
arietes.ff si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* Preterea tra-
dunt Doctores, quando aperte & liquide constet,
quod excesserit quis modum legitimæ defensionis;
attamen etiam tali casu non potuit puniri pœna capi-
tis, vel confiscatione bonorum, quia † excedens mo- 24
dum legitimæ defensionis, non debet puniri pro to-
to, sed solum pro excessu, Ioannes Andreas *in capitulo*

significauit.ff. de pœnitent. & remissio. Baldus in capitulo 1 §.
primo ad finem.de pace iurament.firmand. & in capitulo pri-
mo.in principio, in tertia columna de pace tenenda. Et ratio
est,quare excedens moderamen inculpatæ tutelæ non
puniatur de toto, sed solum de excessu, *secundum Bal-*
25 *dum in dict.leg. vt vim.* quod ictus & verbera † non pos-
26 sint dari cum mensura, & defendens † se non possit
habere stateram in manibus, & mensurare ictus, *pro*
quo est textus notabilis in capitulo final. de homicidiis. Et hoc
tanto magis est verum, quia metus improuisus instan-
27 tis periculi, † tollit rectum iudicium & consilium de-
liberandi, homo enim immenso dolore, vel timore
permotus, non est in plenitudine intellectus, *Baldus in*
capitulo primo, in §. primo. in fin. de pace iurament. firman-
da. Ex his luce meridiana clarius est, Iodocum absolui
debere, cum Georgius Veisan aggressor, & rixæ ince-
ptor fuerit, nam aggressus seu percussus semper præ-
sumitur percutere ad suam defensionem, non autem
ad vindictam, *Ita habetur in leg. 2. & ibi hoc voluit Baldus*
Codic. de Sicariis. Bartolus in dict.leg. si ex plagis, in dicta leg.
sed etsi quaecunque ff.ad legem Aquiliam.& in dicto consilio in-
cipiente, Vanutius, quia semper dicitur in culpa, qui pri-
mo incepit alterum iniuriari, et si postea est iniuriatus
à tali primo iniuriato, videtur magis iniuriatus à seipso
quam ab ipso iniuriato, *argument.eius quod dixit Abbas in*
capitulo clerici.de vita & hon. cler. Quod si aggressor sit
mortuus ab aggresso, videtur magis mortuus à seipso,
quam ab aggresso. Adde his, quod communiter tra-
28 ditur homicidium † non puniri capitaliter, cum do-
lus abfuerit, *l.prima, Codic.de Sicariis, & l.1.§ Diuus Adria-*
nus. ff.eodem. Abbas in capitulo primo, numero 8. *ext.de iniu-*
riis.Scrib.in l.1.ff.de legib. etiamsi statutum & lex genera-
liter loquerentur, homicidium puniendum esse, vt
Iason in dict.leg. prima numero vicesimo. quare si statutum
voluerit, quod pro homicidio quis decapitetur, intel-
ligitur, quando dolo & ex proposito homicidium
committitur. *Baldus in leg. data opera. Codic. de accusat.*
cum ea quæ ex improuiso casu potius quam fraude
accidunt, fato plerunque, non noxæ imputentur. *l.1.C.*
de Sicariis.

Et primo non obstant ea quæ pro prima parte ad-
ducta fuere, quia intelligenda sunt, si dolus adfuerit,
29 quem † considerare necesse est, nostroque casui præ-
sentem non adfuisse, supra demonstratum est, *Salic.in*
d.l.1.Codic.ad l.Corn.de Sicar. Nec quidem lata culpa ha-
betur in consideratione, *l.in lege, & Decius in l. actioni-*
bus.& ibi Iason num.23 ff.de in lit.iu. Quare hic secus sta-
tuendum, si concedatur Georgium Veisan pugione
Iodoci à Stein periisse, quoniam adhuc dubium est,
an suo proprio pugione sit iugulatus, quod credibile,
vt antea diximus, cum ex impetu delictum perpetra-
tum fuerit, *d §.delinquunt d l.1. Cod.ad l.Cor.* vnde com-
mittens delictum sine dolo, non punitur rigore legis
punientis delictum, *l.1 §. de Sicar.l.qui ædes.l.si fortuito.ff.*
de incend.ruin.nau.&c.Bal in d.l.data opera. vbi dicit, quod
quoties statutum imponit pœnam personalem pro
homicidio, quia dicit, quod occidens occidatur, tunc
nisi occidens occiderit dolose, & ex proposito, non ha-
bebit locum pœna statuti vel legis, & idem Bal *in l.qui-*
cunq, in 5.col. C.de ser.fugi. Quod vbicunque lex vel sta-
tutum loquitur de pœna corporali semper subintelli-
gitur dolus, *per not. in l. actionibus.ff.de in lit.iur.* & hoc et-
iam voluit *Cast.in l.1.C.vbi sena.vel cla.* vbi exclamat con-
tra Iudices ignorantes, qui nesciunt à verbis statuti re-
cedere, & volunt puniri delictum sine dolo, contra
quos allegat Bal. *in d.l.data opera,* & dicit, quod si non at-
tenderetur dolus, sequeretur quod pro homicidio ca-
suali quis deberet decapitari, quod esset contra omnem
æquitatem: & ideo dicit ipse, se pluries pro hac parte
consuluisse, & à morte aliquos defendisse, & alias iudi-
catum esse in ciuitate Verone. *Idem Cas in l.etsi seuerior.*
C. ex quibus causis infam. irrog. vnde communes illæ re-
gulæ in prima parte principali traditæ de conatu in
atrocissimis restringuntur, vti & attigimus, cum dolus
non adfuerit, & ex proposito maleficia non commis-
sa fuerint: Quo & diuinum præceptum est referen-
dum: Non occides. Et allegatæ communes senten-
tiæ, manus pro manu, oculus pro oculo, &c. ad Moysis
politiam referendæ sunt: quare ea ad nos non perti-
nent, cum nos nostris Romanis legibus & iure scripto
vtamur, *vt prudenter Melanthon respondet in Locis commu-*
nibus, loco de discri.leg.Mora.iudi.& ceremo. Et regula illa
vulgaris, Reipublicæ interesse, ne delicta maneant
impunita, non potest referri ad homicidium casuale,
quod non ex proposito & dolo perpetratum fuerit,
per fundamenta supra adducta.

Vt à me supra ea tempore conclusum est,
ita ego Laurentius Kirchoff, I.V.Doctor,
iuris esse arbitror: alterius tamen senten-
tia saniori semper salua, quod proprio si-
gillo & manu testor. Gustrouii Anno 57.
feriis Petri.

CONSILIVM XIIII.

D. Laurentii Kirchoffs, Megalopolitani.

ARGVMENTVM.

Casus est homicidii in templo perpetrati à
clerico, qui cum ad alium forum, h.c. eccle-
siasticum pertineat, dominus consulens con-
cludit, delinquentem non esse à ciuili Magi-
stratu pœna afficiendum.

SVMMARIA.

1 *Appellatio à condemnatoria criminali.*
2 *Homicida pœna capitali puniendus est, etiamsi conatui euentus non respondeat.*
3 *In maleficiis voluntas spectatur, & non exitus.*
4 *Solus conatus & animus nocendi si peruenerit ad actum exteriorem, puniatur, licet effectus non fuerit secutus.*
5 *Felinus iuris canonici præstantissimus interpres.*
6 *Quando solus conatus sine effectu pœnam mereatur.*
7 *In malefactis præsumitur prima fronte malus animus & dolus.*
8 *Malum & damnum illatum semper præsumitur factum malo animo, nisi probetur contrarium, &c.*
9 *In atrocissimis delictis puniuntur delicta attentata, licet effectus non secutus fuerit.*
10 *In maleficiis voluntas spectatur, & non exitus.*
11 *Homicidium inter grauiora & horribiliora peccata, quæ punienda sunt propter exempla, vt aliis exemplo & terrori sint, computatur.*
12 *Iudex licite occidit malefactores & homicidas.*
13 *Beati qui faciunt iudicium & iustitiam omni tempore.*
14 *Ecclesia variis modis polluitur.*
15 *Excommunicatus in Ecclesia sepultus, polluit Ecclesiam.*
16 *Item, Coitus in Ecclesia factus, vel seminis emissio.*
17 *Sanguinis effusio in Ecclesia facta, polluit Ecclesiam.*
18 *Homicidium commissum in Ecclesia, ipsam polluit.*
19 *Ecclesia est domus orationis.*

20 De-

20 *Delinquentes in Ecclesia, grauius puniendi sunt, quam qui extra Ecclesiam facinora perpetrant.*
21 *Ecclesiæ sunt multæ immunitates.*
22 *Crimina per laicos commissa in Ecclesia, per Magistratus ciuiles punienda sunt.*
23 *Facinus in loco sacro commissum, grauius est puniendum.*
24 *Ex ipso actu, & facti atrocitate animus iudicatur.*
25 *Reipub interest, delicta non manere impunita.*
26 *Consuetudinis diuturna obseruatio pro iure & lege seruatur.*
27 *Consuetudo inueterata, non immerito custoditur.*
28 *Dies præfixi obseruationum periculosarum, vulgo* die Jahrtag.
29 *Ex genere instrumenti colligitur animus occidendi alterum.*
30 *Animus & propositum distinguunt malefitia.*
31 *Bombarda, & eiusdem ictus periculosa sunt, & teli appellatione recte veniunt.*
32 *Offendendi tela & instrumenta considerari solent.*
33 *Qui alium occidit, vel in animo habet, vicissim occidi debet.*
34 *Operam dans rei illicitæ, nullo modo, nullaq; ratione excusatur.*
35 *Eadem sunt, damnum præstare, vel occasionem damni præbere.*
36 *Magister qui discipulum percusserit cum instrumento apto ad mortem, occidi debet.*
37 *Instrumenti qualitate vulnus mortale, & animus percutientis cognoscuntur, & 38.*
39 *Ab executione pœnæ non supersedetur.*
40 *Clericus demisso habitu, & tonsura immiscens se enormitatibus, perdit priuilegium clericale.*
41 *Statuta non admittentia in criminalibus appellationem, valent.*
42 *Doctorelli & Licentiati per vnicum verbum, Doctor esto, creati, non sunt multum curandi.*
43 *Ebrietas an excuset homicidium perpetratum.*
44 *Venter mero æstuans, cito spumat in libidinem.*
45 *Panormitanus iuris canonici omnium præstantissimus interpres.*
46 *Delictum commissum in ebrietate puniendum mitiori pœna.*
47 *Homicidium in ebrietate committens non punitur pœna mortis.*
48 *Ebrietatem esse veniale peccatum.*
49 *Lex inspiciendum. ff. de pœn. explicatur.*
50 *Ebrietas excusat aliquem a delicto, non tamen totaliter.*
51 *Ebrietas non est vini, sed bibentis culpa.*
52 *Temulentiæ & ebrietati non parcendum.*
33 *Magna ebrietas delictum attenuat, sed non in totum excusat.*
54 *Blasphemia ex calore iracundiæ facta, mitius punitur.*
55 *Per lasciuiam, non dolo, mors illata, non plectitur capite.*
56 *Homicidium non proposito, sed impetu perpetratum, mitius punitur.*
57 *Rigores textuum restringendi sunt. & nu. 58.*
59 *Statuta non esse seruanda ad vnguem, sed cum interpretatione.*
60 *Lata culpa de iure communi dolo non æquiparatur.*
61 *Quæ ex improuiso casu potius quam fraude accidunt, fato plerunq; non noxæ imputantur.*
62 *Ebrietas vbi, ibi & furor dominatur.*
63 *Furiosus pro absente habetur.*
64 *Non habens animum occidendi, non punitur ad mortem.*
65 *Infans, quemadmodum furiosus, non punitur.*
66 *Dormiens infanti & furioso æquiparatur.*
67 *Vitiis naturali parcendum est.*
68 *Putator arboris non admonens prætereuntes tenetur.*
69 *Pupillus committens homicidium, non meretur pœnam mortis.*
70 *Iustus dolor aduersus læsum mitigat pœnam.*
71 *Dolorem iustum temperare est difficillimum.*
72 *Casus verus & non fictus consideratur in pœna homicidii.*
73 *Ex vulnere mortuus quando quis præsumatur.*
74 *Sententia non est præcipitanda in infligendis pœnis.*
75 *Iudex quomodo iudicare debeat.*
76 *Ecclesiastica persona non est punienda à politico magistratu.*
77 *Laicis non est licitum iudicare de clericis.*
78 *Nulla dignitas secularis similis est sacerdotio.*
79 *Clerici delinquentes non sortiuntur forum seculare.*
80 *Literæ clericatus exhibendæ sunt.*
81 *Non clericus non est capax iuris spiritualis.*
82 *Pro instrumento institutionis semper præsumitur. & numer. 83.*
84 *Pendente probatione de titulo clericali, vlterius non est procedendum.*
85 *Sententia ipso iure nulla est, si contra ordinem iudiciorum lata est. & nu. 86.*
87 *Defensionem corporalem licet qualitercunq; redimere.*
88 *Exilii pœna.*
89 *Homicidium quod casu contingit, nullam pœnã meretur.*
90 *Contra iudicem male iudicantem iniuriarum agi potest.*
91 *Contrariorum resolutio.*
92 *Ebrietas dolum excludit.*
93 *Dolus ad homicidii supplicium & pœnam requiritur.*
94 *Ex instrumento periculoso animus occidendi colligitur.*
95 *Iuste condemnato non est danda dilatio.*
96 *Negociatio est actus contrarius vitæ clericali.*
97 *Quod fauore quorundam constitutum est, non ad læsionẽ eorum inuentum videri debet.*
98 *Citatio vna non sufficit, vbi terna, & peremptoria vim trinæ citationis habens requiritur.*
99 *Clericus non admonitus sæua exercens, non perdit priuilegium.*
100 *Clericus in minoribus licet efficiatur miles, non tamen perdit priuilegium clericale.*
101 *Clerici in quibus casibus post degradationem & traditionem Curiæ secularis puniri possint.*

SPECIES FACTI ET CASVS

narratur.

ANno Domini M. D. LIIII. Deß Sontags vor S. Andreæ Apostoli den 25. Novemb. ist Hans Schreder auß dem Weinkeller nach Mittag gegangen mit anderer etlicher Geselschafft / welche jhn darnach verlassen haben / vnd hat er bald darnach sich verfügt in vnser lieben Frawen Kirchen / da er ein weil ist spatzieren gangen / vnd zum letsten gefunden da stehen ein mit seinem Vatter N.N.N.N. welcher er zum ersten bald angesehen hat / vnd bald darnach angeredt / vnd erinnert etlicher Gebrechen vnd jrrigen sachen / sich erhalten de zwischen jme / vnd des anderen theils / von wegen seiner ehelichen Haußfrawen / vnd in der kürtz die Büchse genommen / vnd den Trachen darauff gesatzt / vnd loßgeschossen / auch sein Widerpart verwundet / aber doch nit tödtlich. So hat dem fort nach dem Schuß des gegentheils Vatter den Thäter mit vilem ringen vergewältiget vnd bekräfftiget gehalten / vnnd gezwungen so lang / daß das Gegentheil gegangen ist zu der Oberkeit / vnd vrlaub gefordert / daß der Thäter in die gebürliche Gefengnus möchte geführt vnd geworffen werden / Vnnd bald darnach seind die Statt-Diener kommen / vnd jhne geführt

in die gemeine Statt Gefengnuß/ Vnd ist bald darnach vom Rath/ nemblich deß Dinstags/ als das geschehen war am Sontag/ zum Tode condemniert worden. Nach dem es ein gros Malefitz vnnd Vbelthat war/ einen zu verletzigen in der heiligen Stette/ als Kirchen/ da doch jedermenniglich billich sol gefreyet sein/ Aber des Thäters Freundschafft vnd Blutsverwandten haben freundlich vnd erbarlich handlen lassen mit dem Rath/ daß ein Erbar Rath solt mit der Peen vnd Straffe nicht fortfahren/ sondern aus Gunst/ so sie nicht wolten lassen die Rechte considerirn/ erstrecken etliche Tage des Thäters Peen vnd Straffe/ Haben aber nichts fruchtbarlichs beym Rath erhalten können/ wiewol der Beschädiget noch im Leben war/ vnd kein tödtliche Wunden vorhanden/ auch dieweil nach Lübischem Rechten/ Gewonheit/ gebürlichen vnd verjärten Gebrauch/ sich es gebürt mit der Thäter Straffe vnd Peen nicht ehe fort zu fahren/ denn die Verletzten tödtlich abgangen weren/ vnnd die Jahrtag verflossen/ Nach dem es jmmer bey jhnen also gehalten/ daß die Thäter nicht ehe werden gestrafft/ ehe die Jahrtage jhren gebührlichen Termin haben erlanget/ welches auch den gemeinen Rechten gemeß/ vnnd nicht entgegen/ Vnd nach vnfruchtbarlicher gütlicher vnnd freundlicher handlung/ haben die Freundschafft durch jhren Aduocaten/ darnach zum handel gezogen/ den Erbaren vnd hochgelehrten N. N. beyder Rechten Doctor/ welcher erst in der güte/ vnd darnach mit den remedien der Rechten/ deß Gefangenen vnnd Thäters sache mit allem vnd gebürlichen fleiß hat defendiret vnd gefurdert/ daß ein Erbar Rath nicht mit der schärpffe des Rechten wolten fortfahrne/ sonder fleissig considerirn des Handels gelegenheit/ Circumstantien/ Vrsprung/ auch die remedien der Rechten/ wiewol die That groß vnnd sträfflich geacht sol werden/ Nach dem es geschehen war in der heiligen Stette/ aber doch wolte darauß nicht folgen/ daß dieser gegenwertiger Gefangener solte mit des Halses straff verurtheilet vnd gericht werden/ dieweil er in grosser Trunckenheit/ welche die Rechte mit minder straffe verfolgen/ gesündigt hette/ auch nach der vorigen Zusprach/ von wegen des Heyrats ein grosser iustus dolor restabat, vnd vorhanden war/ auch nach dem dieser gegenwertiger Thäter eines Ehrbaren Rhats Jurisdiction vnd Gerichtszwang nicht vnderworffen/ sondern der Geistlichen Jurisdictien/ dieweil er etliche Geistliche Lehen in ruhesamer Possession mit gebürlicher Institution & canonica, viel Jahr hette gehabt/ gebraucht/ vnd genossen/ auch noch täglich/ welches dann fürt mit gebürlichen vnnd ehehafftigen Instrumenten ist probiert worden/ Darauß leichtlich zu erkennen/ daß er ein Clericus/ vnd den Geistlichen vnderworffen sol geachtet werden/ wiewol Clericatus literæ nicht also fort konden ostendirt vnd exhibirt werden/ auch dasselbige gar vnnötig/ dieweil die Vermuhtung stattlich gnug/ & plus quam oporteret, vorhanden war nam nemo præsumitur, maxime in spirituali dignitate constitutus, conferre alicui beneficium, nisi antea sciuerit, eum clericali dignitati ascriptum esse. Vnnd wolte derohalben einen Erbaren Rath die Freundschafft fleißig vnd demütig gebeten haben/ daß ein Erbar Rath wolte prorogiren die Leibstraffe noch etliche Tage/ es möchte denn darnach andere mehr Probation gnungsam exhiberet werden/ darauß erfolgen wolte/ vnnd beweiset werden/ diesen gegenwertigen Thäter/ aus Trunckenheit gesündiget/ daß er des Erbaren Raths Jurisdiction vnd Gerichts zwang nicht vnterworffen were/ dieweil er auch vor etlichen Jahren matriculæ studiosorum were eingeleibet/ Darauff ein Erbar Rath durch jhren Burgermeister N. N. hat replicieren lassen/ nach dieser Weiß vnd Form/ daß diesem gegenwertigen Gefangenen deren Priuilegia/ im nahmen des Gefangnen adduciert/ nicht behülfflich sein könden/ vnnd dem Ehrbarn Rath entgegen/ nach dem der Gefangne vor etlichen Jahren ein Kauffman vnd Händler gewest were/ vnnd etwan ein miles. derhalben er nun nicht könde geniessen der vorigen Begnadung vnd allegierten Priuilegien/ wolte auch derhalben ein Erbar Rath von jhrer Sententz condemnatoria nicht abstehen/ Darauff von des Gefangenen wegen mit vielen allegierten Argumenten statlich genug geantwortet ist worden/ vnn d jhn die Gegenbericht gegeben/ daß in den gemeinen Rechten statuiret vnnd versehen ist/ daß solche Vbung vnnd andere Function annemung nicht können schädlich sein den Geistlichen/ darunter er billich gerechnet vnd geachtet wirdt/ er were dann dreymal nach der Ordnung der Rechte vnd hochberühmpten Rechtslehrer vermahnet worden von seiner gebürlichen Obrigkeit/ von dem Leben vnnd Handlung abzustehen. Vnd dieweil dasselbige in vnserm Fall nicht geschehen vnd gehalten ist worden/ könde des Erbarn Raths meinung vnnd beschützung jrer sententiæ condemnatoriæ nicht statt haben/ Begerte derhalben ein Erbar Rath wolte doch hertzlich betrachten deß gegenwertigen Handels gelegenheit/ Circumstantien vnd stattliche Priuilegia/ Gerechtigkeit/ Begnadung/ vnnd sich nicht eines anderen Oberkeit Gerichtsgewalt anmassen/ Das alles nicht geacht/ so hat ein Erbar Rath von jhrer vorigen meinung vnd Proposito gar vnbillich nicht abstehen wöllen/ vnnd mit kürtz geantwortet/ daß er auff den Sonnabendt (welcher Tag hie in jrer Statt nicht deputieret ist/ zu den Malefitz händlen auch nimmer gehört) soll vom Leben zum Tode gebracht werden. Nach dem er in die heilige Stette hette gesündigt/ quorum tamen locorum sacrorum olim defensiones, & in iisdem delinquentium pœnæ erant apud Præsules & Ecclesiasticos magistratus, & non apud illos. Vnnd nach dem deß Gefangenen Aduocat gespüret/ daß keine remedia des Rechten würden zugelassen/ auch nicht würde begert vom Gegentheil als der Verletzten/ daß er mit Halßstraff möchte gestrafft werden/ sondern daß er würde erhalten in der Gefengnuß seine gebührliche Jahrtag/ vnd daß nach seiner Kranckheit vnd Verletzung gelegenheit würde gespüret rei euentus vnd außgang/ so hat er von der vermeinten sententia condemnatoria mit der allerbesten Weiß vnd Form/ st wie das 1
von recht soll geschehen/ appelliert zu gebürlichen Orten vnd Gericht/ auch von wegen der Geistlichen Oberkeit protestiert/ daß dem kein gewalt vnnd verkürtzung jhrer Jurisdiction/ vnnd fürnemblich dem Administratori deß Bischoffthumb N. N. möchte wiederfahren/ vnd freuelich geschehen in gegenwertigkeit zehen oder zwölff Personen erbaren vnnd genugsam vollenkommlich zu zeugen/ welcher auch alles nichts geacht ist worden/ vnd diese Antwort gegeben/ sie liessen in diesen Orten kein Appellation zu in Peinlichen sachen/ Darauff geantwortet/ Wir seind nicht in diesem Fall/ daruon das soll verstanden werden. Vnnd nach dem ihr Leib vnd Leben begert vnbillich/ vnd nicht als gebürliche Richters/ vnd die Appellation remedia iuris naturalis seyn/ wolten wir von vnser vorigen Appellation nicht abstehen/ auch Protestation. Wirdt derhalben gefragt/ wz von Rechts wegen in diesem jämerlichen vnd erbärmlichen Fall sich gebüre/ nach den Rechten vnd hochberühmbten Rechts

leh-

lehrern vnd Verstendigen meinung vnnd doctrinen/ob
nicht billicher mitiore pœna, nimirũ relegatione per-
petua, vel ad tempus, vel ad carceres, aut simili, der
Thäter solt gestrafft seyn worden/vnd verschonet pœna
capitali: & ad quid igitur magistratus excessus causa re-
neatur? Nachdem auch der Gefangne vor dem Gericht
die vorige Appellation hat repetirt/vnnd zum vberfluß
zum andern mahl dauon appellirt/vnnd in jhre sententz
nicht bewilligt/wiewol er gleichwol desselbigen Tags/
vnangesehen seiner eigen vnnd der Aduocaten Appella-
tion/Protestation/welches Tags er auch das Sacra-
ment drey oder vier Stunden vorm todte hette empfan-
gen/vom Leben zum Todt gebracht ist worden/dz meins
erachtens den Türcken mehr als den Christen gemeß ist/
auch nimmer gehört bey den Christen/oder in Historien
gelesen/memoria non fallente, dieweil er auch begerete
selbst erstlich vom Rath/daß die Peen biß deß Mon-
tags vom Sonnabendt möchte verstreckt werden.

Dominus labia mea aperiat, & Spiritus sanctus illu-
2 minet intellectum. Et primo sine † omni dubio di-
cendum videbatur, eum iure puniendum esse pœna
capitali, eumque legitime punitum: nam manifesti
iuris est, Homicidam pœna capitali puniri debere,
etiamsi conatui euentus haud respondeat, *l.1. ff. ad leg.
Cornel. de Sica. ver. qui ne hominis. ver. sed vulnerauit, vt oc-
cidat, pro homicidia damnandum. §. Item lex Cornel. de Sicar.
Instit. de pub. iu.* l. is, qui cum telo, *& ibi Salic. Cod. ad leg.
Corn. de Sic.* vbi impera. notabi. ait: Is qui cum telo am-
bulauerit hominis necandi causa, sicut is qui homi-
nem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit com-
missum, legis Corneliæ de Sicariis pœna coercetur.
Rationem I.C. Calist. *in l. diuus, ff. eod. tit.* assignauit, in-
quiens: Diuus Adrianus in hæc verba rescripsit: In ma-
3 leficiis voluntas spectatur, & non exitus, vnde † regula
illa communis ac trita passim à Scriben. vtriusque iuris
traditur: Solum conatum & animum nocendi, si per-
4 uenerit ad actum † exteriorem, puniri, licet effectus
non secutus fuerit, *Ang. in tract. de malefic. in ver. & ex in-
5 teruallo, nu. 15. libri † mei, notabiliter Felin. iuris canonici præ-
stantissimus interpres, referente Catelliano Cotta in Memorab.
iuris, ver. de Iurisperitis, litera I. in tract. siue responsione Epi-
stolari, quando solus conatus sine effectu pœnam mereatur, &
6 in c. 1. de præsumpt. vbi & Abb. num. 3.* aiens: In † malefactis
præsumitur prima fronte malus animus, & dolus, *l. 1.
7 C. de Sicar.* Hinc dicit Innocent. quod † malum & da-
mnum illatum, semper præsumitur factum malo ani-
mo, nisi probetur contrarium, vel præualeat alia præ-
8 sumptio, *l. item si obstetrix. §. fina. & l. sequenti, & l. item
Mela. § primo response, & capitulo secundo de re. iur. &c. Alua.
in §. homicidium, numero 1. tit. de pa. iu. fir. in vsi feud. d. l. si
quis non dicam, Cod. de episc. & cleric. vbi & Bald. vbi & alia
9 communis regula tradi solet:* In † atrocissimis delictis pu-
niri delicta attentata, licet effectus non sequutus fue-
rit, *Deci. in l. 1. §. Hec autem numero 8. ff. quod quis iu. gl. in l.
præsenti, in ver. cogitatione, C. de his qui ad eccle. confu. Bart. in
l. penult. ff. Ad l. Pomp. de parricidiis, cum similibus, per Deci. &
alios adductos:* Quare cum Ioannes Schroder cum bom-
barda ambulauerit, aliumque ea læserit, non est du-
bium, eum pœna capitali teneri, licet mors sequuta
non fuerit, nam, vt ante diximus, in maleficiis volunta-
10 tem † spectari, & non exitum, *d. l. Diuus. & d. doctrinis
Dd. antea allegatorum, quas copiose prosequitur Felin. in tra-
ctat. antea adducto, & d. c. 1. ext. de præsumpt.* Et eo magis,
11 cum homicidium † inter grauiora, & horribiliora pec-
cata, quæ punienda sunt propter exempla, vt aliis ni-
mirum exemplo & terrori sint, *l. aut facta. §. final. ff.
de pœnis*, computetur, Abb. *in capitulo cum contingat, nu-
mero vigesimosecundo, ext. de fo. compet. & c. quæsitum, vbi
Abb. prosequitur, extr. de tempor. ordin.* & peccatum mor-
tale nominetur, quia est contra præceptum, Non oc-
cides, *Exod. 20. Ange. Claua. in sum. vulgo Angelica dicta, in
versic. homicidium, numero 1.* Et † plerunque volunta- 12
rium, quare Iudex licite occidit malefactores & homi-
cidas, quia beati qui faciunt † iudicium & iustitiam 13
in omni tempore, secundum Psalmographi senten-
tiam. *Hostiensis in sum. sua aurea, titul. de homicidio. versicul.
secund. quot species homicidii sint.* Cumque † præsens ho- 14
micidium in ecclesia perpetratum fuerit, quare & ec-
clesia polluta est, quæ variis modis pollui solet, refe-
rentibus Iuris canonici interpretibus, & canonibus
ita disponentibus, nimirum † si in ea excommunica- 15
tus sepeliatur, *cap. consuluisti, vbi Abb. de conse. ecc. vel alta.*
vel si coitus in ecclesia fiat, vel † ex seminis emissio- 16
ne, *Abb. in c. significasti, numero 2. ext. de Adul.* vel pollui-
tur Ecclesia effusione sanguinis, vt in † nostro casu. 17
*Abb. numer. 2. in c. tuarum, de priui. & excess. prin c. proposuii-
sti, vbi plene Abb. de consecra. eccle.* vnde & traditur homi-
cidium commissum in Ecclesia, ipsam Ecclesiam pol-
luere, adeo, vt ante reconciliationem non † possint 18
ibidem diuina celebrari, *c. fin. d. titu. de cons. eccle. vel alt.*
& per simplicem sacerdotem reconciliari non posse,
etiamsi aqua fuerit per Episcopum benedicta, *capitul.
aqua, vbi Abb. dicto titul.* Quæ quamuis ridicula sint, vel
alicui videri possent non satis consona puriori doctri-
næ, tamen magna ratione, & prudenti consilio à ma-
ioribus nostris recepta & instituta fuerunt, vt Eccle-
sia, quæ est domus orationis, *Luca 19.* & † Christi 19
sponsa, *gloss. in verbo, sponsus, in capit. sponsus, distinct. 56.*
indemnis conseruaretur, omniaque in ea decenter
agerentur, quasi Deo semper ibi præsente, vnde &
Christus ementes & vendentes in Ecclesia, ex ea eie-
cerat, *dicto cap. 19. Luc.* improbans, quod ex illa latro-
num speluncam fecissent. Ideoque † delinquentes in 20
Ecclesia grauius puniendi sunt, quam illi, qui extra
Ecclesiam facinora perpetrant, grauius quoque pec-
cant, Abb. *in cap. immunitatem, de immun. ecclesi. numer. 3.
per text. l. si quis in hoc genus, & l. conuenticulam, C. de episc.
& cleric. c. cum pro causa, de sent. excom. cap. frater, 17. quæ-
stio. 4.*

Quare † cum & prædictus Iohannes Schroder in 21
Ecclesia, cuius sunt multæ immunitates, *tot. titu. de im-
mun. eccles.* deliquerit, grauius puniri debet, quam si
deliquisset extra Ecclesiam, & quidem à magistratu
ciuili & politico, cum magistratus eum sui fori esse as-
serit, nam communior Scrib. est sententia: Crimina
per † laicos commissa in Ecclesia, per magistratus ci- 22
uiles punienda esse, *Bartol. in l. is cui, §. final ff. de accu.*
nec remissionem fieri debere ad Iudicem Ecclesia-
sticum, *alleget ille text. l. si quis in hoc, Cod. de episcop. &
cleric. & c. immunitatem, de immun. eccle. Abb. in cap. cum
sit generale, numer. 27. de for. compet. notabiliter in hunc
modum loquens: Ecclesia non habet territorium, nisi respe-
ctu clericorum, ideo non impedit se de delictis laicorum, etiam
in Ecclesia commissis.* Nec obstat gloss. in authentic. *Item
nulla communitas, C. de episcop. & cleric.* quæ dicit, quod
ratione delicti laicus est de foro Ecclesiæ, quia intelli-
go quando delinquit in ecclesia, puta ipsam collectan-
do, vt ibi dicitur vel aliter ipsius bona rapiendo: tum
enim punitur ratione priuilegii, vnde inuincibiliter
sequitur sæpe prænominatum Ioannem Schroder le-
gitime à magistratu punitum esse, eumque iure puniri
potuisse, cum commiserit homicidium, licet alterius

mors non sequuta fuerit: nam supra probatum est in
delictis conatum attendi, & peccata & facinora eo
23 grauiora esse, magisque † punienda, quando commis-
sa fuerint in loco sancto, prout in casu nostro: Quare
cum vtrumque in præsenti causa contigerit, quis asse-
reret eum non puniendum esse, aut illegitime puni-
24 tum? cumque ex ipso actu, & facti atrocitate † animus
iudicetur, *l. hi qui ff. de tuto. & cu. da. ab his, l. reprehenden-*
da, C. de institutio & substitutio. sub con. fac. Salic. in l. is
qui, numero 7. ad leg. Corne. de Sicar. videretur quoque
absurdum, & mali exempli, si delictum illud prædicti
25 Ioannis Schroder haud puniretur: nam † Reipublicæ
interest, delicta non manere impunita, *l. ita vulnera-*
tus, ff. ad legem Aquiliam versi. cum neque, eaque legitimis
pœnis puniri, *l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. cum*
similibus ibi per gloss. & Scrib. passim allegatis, ne inde ali-
quando consequentia aliorum sequeretur, *l. aut facta.*
§. nonnunquam. ff. de pœnis. Accedit quod semper in his
regionibus, vel iure Lubecano ita statuente. cuius dis-
positio attendenda, *l. omnes, cum ibi notatis Dd ff. de iust.*
& iur. l. cunctos. C. de summa Trinitate & fide Catholic. vel
26 consuetudine id approbante, cuius † diuturna obser-
uatio pro iure & lege merito seruatur, *l. diuturna. ff. de*
legibus, l. de quibus, eod. vbi Iulian. notabiliter ait: Inue-
27 terata † consuetudo pro lege non immerito custodi-
tur, & hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum:
nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant,
quam quod iudicio populi receptæ sunt, merito & ea
quidem, quæ sine vllo scripto populus probauit, te-
nebunt omnes, si obseruatū fuerit, quod delinquentes
28 in atrocioribus, licet dies à statuto vel lege † præfixi
obseruationum periculosarum, vulgo die Zahrtag/ vt
sic loquamur, non elapsi fuerint, secundum arbitrium
Iudicis, vel grauius, vel mitius puniantur, quod & le-
gibus videtur permissum, secundum sententiam Vl-
piani *in l. hodie ff. de pœnis.* Ibi, *sententiam ferre, vel gra-*
uiorem, vel leuiorem, in l. respiciendum. ff. eod. ibi, aut durius,
aut remissius. Porro extra dubitationem positum vi-
detur, iure & legitime Ioannem Schroder sæpius præ-
nominatum, punitum esse aut puniendum, cum &
29 animus occidendi alterum † colligatur ex genere in-
strumenti, quo percusserit, *gloss. in capitulo significasti.*
de homicidio vol. Angel. in § item lex Corne. Instit. de pub. ind.
30 Cumque & animus † & propositum distinguant ma-
leficia, & per consequens, si habuerit aliquis animum
interficiendi hominem, & peruenerit ad actum proxi-
mum, licet non interfecerit, *argu antea allegatis, & idem*
Angelus in d. §. non negari potest, bombardam & eius-
31 dem † ictus periculosa esse, quæ & teli appellatione
recte veniunt, *dicto §. item lex, vers. telum.* Et post bom-
bardæ emissionem amplius non esse in potestate ho-
minis, ne quis lædatur: quare & recte I. C. offenden-
32 di tela † atque instrumenta considerare solent. *Bartol.*
in l. primo. §. Dinus, numer 2 ff. ad legem Corne. de Sicar. l. 1.
vbi & Salicet. C. de emenda ser. l. omne delictum. §. 2 ff de re
mil. Angel. in tractat. de male. ver. f. uenter dolose, numer. 18.
33 & qui alium occidit, vel in † animo habet, virilis occi-
cidi debet, *Cas. in l. 3. numer. 2. C. ad legem Aquil.* quia o-
34 peram † dans rei illicitæ, nullo modo, nullaque ratio-
ne excusatur, *Abb. in cap tua nos. de homicid numer. 4.* &
35 eadem sunt, damnum † præstare, vel occasionem præ-
bere, *l. qui occidit. ff ad leg Aquil c. fin. de iniuriis.* vnde re-
fert Bald. *in l sed etsi quæ nuque § sed nunquid, ff. ad legem*
36 *Aquil.* Quod debeat † occidi Magister, qui discipulum
percusserit cum instrumento apto ad mortem, & per
istum textum dicit idem Bald. *in l. solam. C. de testib.* quod
sit bona ratio, quādo testis dixerit, percussionem fuis-
se factam animo occidendi, si addiderit ipsum percus-
sisse cum instrumento apto ad mortem. Cum igitur
prædictus Schroder & eo instrumento, quo pericu-
losius esse non potest, & aptius ad mortem inferen-
dam vsus fuerit, iure eum punitum esse quis non dixe-
rit? nam ex † qualitate instrumenti, vt & antea dixi- 37
mus, vulnus mortale, & animus percutientis cogno-
scuntur. *Fel. in c. significasti, numer. 12. de homicidio, l. 1 §.*
sed etsi † clam. ff. de sicar. cum aliis similibus. Et hæc suffi- 38
ciant pro priore parte.

Quod autem Senatus differre noluerit post conde-
mnationem supplicium, licet admonitus & rogatus
à consanguineis prædicti Schroderi, recte fecisse vide-
tur, quia in sententia criminali & corporali, conde-
mnato nulla est danda dilatio, nec ab † exsecutione pœ- 39
næ debet supersederi, *l. cum reus, C. de pœnis, l. si quis for-*
te. ff eo. gloss. & DD. in c. querentis, de offi. deleg. Spec. in titul.
de dilatio. §. 1. in ver. exsecutione, Ias. in l. debitoribus, nu. 15.
ff. de re iudic. Quare & reliquas exceptiones recte non
admisisse videtur, nimirum priuilegium fori & cleri-
catus: nam clericus solum dimittens habitum & ton-
suram, & non immiscendo se enormitatibus & deli-
ctis, non perdit priuilegium, *c. si vero, de sen. excom.* di-
misso † autem habitu & tonsura, seque immiscendo 40
enormitatibus, perdit priuilegium, vt in nostro casu
factum videtur, *Abb. in c. perpendimus, num. 6. eo. Idem in c.*
in audientia, eo. tit. idem in cap. at si clerici, num. 41. de iudi-
ciis, præsertim cum & negotiationes exercuerit. *Idem*
in c. si de vi. & ho. cle. eo. tit. ne cle. vel mon. se immisc. cum si-
milibus ibi adductis. Porro & appellationem † denegare 41
potuit Senatus, quia multi Doct. præsupponunt, statu-
ta non admittentia in criminalibus appellationem, va-
lere ratione huius argumenti: non est dubium per pa-
ctum renunciari posse appellationi, *vt in l fi. §. si. cum ibi*
nota. C. de tem. appell. l. 1. § sed hu. ff. quibus appella. non li. er-
go etiam per statutum, *l si non impossibile. & quod ibi no-*
tant Scrib. ff de pactis, l. fin. C. de fideiuss. Præterea multi sunt
casus, in quibus appellare non licebit, *tot. titul. C quo.*
appell. non reci & maxime leg. secund. inter quos & homi-
cidia numerantur, *Spec titulo de appell. lib. 2. part. 3. ver in*
quibus casibus, & quibus causis appellari possit, Papi. pract. in
fo. appell. in sentent. defi num 8. vers. coram vel u, cum simil.

His tamen & similibus haud obstantibus, quæ faci-
le per Doctorem & I. C. iuris gnarum & reuoluentem
Scrib. (huic enim consulenti eum chartarum reuolu-
tione in foro conscientiæ, salarium debetur, *glo. in cap.*
licet, 11 qu. 3. Iason. in §. sed iste. numer. 113. & non illis,
qui more Doctorellorum & Licentiatorum vno anno
studentium, mox † gradum petentium, & hi creantur 42
ritu Imperatorum & per ipsorum vnicum verbum,
Doctor esto, Ang. *in l. 1. C. de sen pas. Iacobi. de S. Geor. in §.*
sed an Princeps, numer. 7. in tract feuda. quare & non mul-
tum curandi. *Iason in l. quidam cum filium, nume. 38. ff. de*
verborum obligatione referuntur in catalogum legitimo-
rum Doctorum, deberet, de quibus iuste conqueritur
Franciscus Niconitius *in repetitione de testamen. in anti-*
quis, num. 319. ideo nimirum quod soleant decisiones
colligere ex repertoriis, quæ vtinam, inquiens, com-
burerentur, vt viderentur hominum ingenia, quæ &
qualia quisque sibi fabricaret auxilia) possunt congeri
& adduci non obstantibus contrariam sententiam de
iure veriorem, & æquiorem esse arbitramur, vt ex in-
fra scriptis liquebit. Et pro priore fundamento negari
haud potest, Ioannem Schroder eo tempore, quo de-
lictum committebatur, prorsus fuisse ebrium, & vino

picoum;

43 plenum, & vbi venter † mero æstuat, cibo spumat in li-
bidinem, vbi ebrietas, ibi libido dominatur & furor, *c.*
venter, distinct. 35. & mentis obliuio, *c. sane,* 15. *q.* 1. quare
44 recte † & cum summo iudicio Panorm. Iuris canonici
omnium præstantissimus interpres *in c. sicut nobis, nu.* 5.
45 *extr. de testibus,* voluit, delictum commissum † in ebrie-
46 tate puniendum quidem esse, sed † pœnam minuen-
47 dam, vnde pro homicidio in ebrietate † delinquens
non punitur pœna mortis, quod bene, inquiens, no-
tabis: rationes has commemorat, quia *in cap. inebriaue-*
runt, c. sane, 16 *q.* 1. probatur, quod nullo modo punien-
dus sit Loth, ibi, de incœstu, sed tantum de ebrietate,
48 quod † est veniale peccatum, *in c. vinum. 2. alias, 25. dist.*
& per notata in c. clerici, de vi. & ho. cle. & per Archi. in c. sexto
die, 35. distin. & per textum l. omne. §. per vinum: Per vinum,
inquiens I.C. Arrius, aut lasciuiam lapsis, pœna capitalis remit-
tenda est, ff. de re mi.

Non est quod quis mihi obiiciat eum textum re-
stringi debere solummodo ad milites, cum Rubrica
id indicet, verum etiam generaliter vt intelligatur ne-
cesse est, per tex. *leg. respiciendum. §. delinquunt,* vbi I. C.
49 Marcellus † gradus delinquentium assignat: Delin-
quunt, inquiens, aut proposito, aut impetu, aut casu:
impetu autem, cum per ebrietatem ad manus vel ad
ferrum venitur. *ff. de pœnis.* Ecce eum impetu dicat, in-
ferre voluit, mitius puniendum esse delictum com-
missum in ebrietate, quam illud quod dolo & propo-
sito perpetraretur, & iunctis duabus illis legibus nil
speciale in milite esse potest: nec me mouet quod ha-
betur apud Ang *in addi. in § scienter dolose. num. 17. in tra-*
ctat. de male. Quod textus allegatus in *d. l. omne delictum,*
nihil probet in præsenti materia, quia intelligitur cum
quis se propter vinum vulnerauerit, alia namque pœ-
na est illa quæ infertur delinquenti in seipsum, alia
pœna, quæ infertur delinquenti in personam alte-
rius, *vt in tit. ff. de bo eo. qui si. mortem conscis.* quia, pace il-
lius, non recte textum intellexisse videtur, cum in vers.
præcedenti dicat, *qui se vulner. auerit, vel alias mortem con-*
sciuerit, & eo modo intellexisse videtur Panorm. *in d. c,*
sicut, iuncto § delinquunt, licet postea in aliis exemplari-
bus repeterim, vel alias mortem sibi consciuerit, puto
tamen duobus illis textibus coniunctis non esse diffe-
rentiam, si vel sibi, vel alteri mortem intulerit, *d. c. sane,*
d. c. inebriauerunt, d. c. si quis insaniens, 15. *q.* 1. vnde recte in-
fert Clauasi. *in sum. vulgo Angelica dicta, in ver. ebriet. as, nu-*
50 *mer.* 3. Ebrietatem excusare † aliquem à peccato & à de-
licto, à tanto, sed nō à toto, quod hac ratione intelligi-
tur, quoad culpam excusat à toto, quod fecit in ebrie-
tate, ex quo est sine vsu totali rationis, *& facit quod no-*
tatur 15. qu. 1. sane, &c. si quis insaniens: quo vero ad pœ-
nam, tenendum est secundum sententiam Panorm. *in*
c. quia diuersitatem, de conces. prab. quod non imputatur,
nisi id quod ex culpa immediate procedit, non quod
mediate: Facit quod notatur *in textu & gloss. 23. quæst. 5.*
in capitulo de occidendis. & in cap. licet, de testibus, quia licet
quis excommunicetur propter suam culpam, non ta-
men imputatur postea ei, quod beneficium non con-
tulit infra tempus debitum, nisi fuerit in mora peten-
dæ absolutionis, quia culpa non est causa immediata,
sed excommunicatio. Sic in proposito, licet sumptio
potus superflui fuerat culpa & causa immediata pri-
uationis vsus rationis, non tamen est causa immedia-
ta homicidii, vel alterius, quod facit, *allegat ille textum*
cum gloss. in capitulo de cætero, de homicidio, & hanc opinio-
nem sibi placere inquit in dicto verbo, ebrietas. Et hanc sen-
tentiam Salic. non improbat *in l. 1. C. ad l. Corn. de Sicar.*
numer. 9. vbi inquit: Illud etiam nota, quod delictum
per ebrietatem commissum, non est ex toto impuni-
tum, *d. §. delinquunt, d. §. omne.* Rationem, inquiens, red-
dit Cato, hanc, quia non est † culpa vini, sed bibentis, 51
cum inquiat, non ex toto impunitum, oportet ex cau-
sa aliqua releuari, & haud puniri, l. vnica. *cum gloss. C. si*
quis Imperat. male. Si quis modestiæ, *inquit Imperator* ne-
scius, & pudoris ignatus, improbo petulantique ma-
ledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temu-
lentia turbulentus obtrectator temporũ nostrorum
fuerit, eum pœnæ nolumus subiugare, neque durum
aliquid, & asperum sustinere. Nota ibi † verbum *te-* 52
mulentia, gloss. recte exponit *ebrietate,* quamuis videri
posset eum textum restringendum ad delinquentem
verbaliter, & non realiter, in quorum pœnis magna
est differentia, *in l. aut facta, in l. milites. §. delinquunt, ff.*
de pœnis. & Cast. in l. ff. de custod. reo. à superiore sententia
& posteriore decisione non recedit, inquiens, nota,
quod non parcitur ebrietati, contra l. omne. *delictum. ff.*
de re mi. contra §. delinquunt, l. respi. ff. de pœnis. dic quod aut
fuit, in culpa aut non, si fuit imputatur, vt *in dicta l. mi-*
lites, alias non, *vt notatur in l. dolum, C. de dolo,* vel aliter
in contrariis imputatur, quia punitur alia pœna quam
capitali, & Bald. *in l. data opera. C. de accu.* voluit magnam
ebrietatem delictum attenuare, licet à toto non excu-
set. Cum igitur & noster † Ioannes Schroder prorsus 53
fuerit ebrius, quis non fateretur, magnam ebrietatem
eam appellandam esse, quæ delictum mitius puniri fa-
cit Ioan. Bertachi. *in suo repertorio, ver. ebrietas,* quæ quo-
que dolum excludit, *Abb. in dicto cap. sicut nob. ext. de te-*
stibus, ratione delictorum, quæ per iracundiam com-
mittuntur, quæ licet prorsus non excusentur, *l. si non*
conuitii, vbi Cyn. Cod. de iniuriis, mitius tamen puniri de-
bent, *l. 1. Cod. si quis impe. maled. l. sane. ff. ad legem Iul. ma.*
l. si adulterium. §. impera. ff. de adulteriis. Hinc tradunt DD.
quod † qui calore iracundiæ Deum, vel Virginem pu- 54
blice blasphemat, debet mitius puniri, nec habet tunc
locum pœna, *c. 2. de maledi. secundum Archi. in c. quid ergo,*
circa finem, 23. q. 5. Iason. num. 6. in l. si filiam, Cod. de testa-
ment. inoffic. & ratione illius delicti, quod per impru-
dentiam committi solet, *leg. fere in omnibus vbi Deci. ff. de*
regul. iuris. Item etiam † qui non dolo malo, sed per la- 55
sciuiam causam mortis præbet, non plectitur capite,
sed relegatur, *l. lege Corn. §. cum quidem. ff. de Sica.* Sic item
in nostro casu, in quo non proposito, sed impetu ho- 56
micidium perpetratum fuit, puta per ebrietatem, mi-
tius: & non pœna capitali delictum venit puniendum,
Frider. Schenck in Tom. 1. conclusionum iuridicarum concl. 21.

Secundo pro hac posteriore decisione, quæ & verior
est priore decisione principalioris partis, in hoc casu
præsenti non est dubium, delictum Ioannis Schroder
non esse dolo commissum, *dicto §. delinquunt, d. l. omne,*
dicto cap. inebriauerunt, c. sane, cum aliis antea allegatis: &
cum non ex dolo perpetratum fuerit, pœna capitali
puniri haud potest. *l. 1. C. de Sicar. vbi textus notabilis, &*
l. 1. §. diuus Adri. ff. eod. Abb. in cap. 1. numer. 8. de iniuriis,
Scrib. in l. 1. ff. de legibus, Bartol. in l. 1. ff. ad leg. Corn. de Sica,
etiamsi statutum generaliter loqueretur, *vt Ias. d. l. 1. nu-*
mer. 10. vnde per generalem † consuetudinem rigores 57
textuum, *d. l. is qui cum telo, cum simil.* restringuntur &
pœna expressa in statutis, nisi fuerint homicidia qua-
lificata exprimentiaque plane & ad literam, mortis
pœna non habet locum, *Deci. in capitulo prima, de constit.*
Iason in rubric. Institu. de actioni. Ioann. Berberius in viato-
rio iuris, titul. de homicidio, rationem ipse adferens, vt ibi.
Quare si statutum voluerit, quod † pro homicidio 58
quis

quis decapitetur, intelligitur quando dolo & ex proposito homicidium committitur, *Bald. in l. data opera, C. de accus.* Item si statutum, vt dixi præcise homicidam punit, alia est iuris dispositio, Bald. & Salicet. *in l. 2. C. de noxalibus,* Alexand. *in consil.* 140. *lib.* 2. Castren. *in l. etsi seuerior. C. ex quibus cau. infa. num.* 5. vbi inquit, Et ideo licet statutum dicat, quod qui aliquem occiderit, decapitetur, & quidem proiiciendo lapidem, & non credens aliquem occidere, occidit, non debet decapitari: & istum casum habui de facto, & quendam liberaui à pœna mortis, quia iudices dicebant verba sta-
59 tuti debere seruari ad vnguem, & non † debere fieri interpretationem, vltra quam patiantur verba, licet de iure commune sit certum, quod propter latam culpam sine dolo nemo debet puniri pœna capitali, *l. in lege ff. ad leg. Corne. de Sic.* ego allegaui dictum Bald. *in l. data opera. C. de bu qui at. non possunt,* & etiam hic hoc tangit, & si non habuissem auctoritatem Baldi, quia non inueniebam aliquem hoc dicentem, fecissent illum
60 decapitari: Tene menti, & quod lata culpa † de iure communi dolo non æquiparetur, satis est illud expressum in d. l. in lege *Corne. gloss. & Dd. in l. actionibus ff. de in litem iu. num.* 19. *& Bartol. in l. quod Nerua. ff. depositi,* licet ea regula aliquot habeat limitationes, quas ibi apud Decium videto, nec ad rem præsentem faciunt: Quare, cum (vti & antea diximus) prænominatus sæpe Iohannes Schrodet in dolo haud fuerit, punitum eum esse illegitime, & puniri haud posse, manifesti est iuris,
61 cum ea quæ † ex improuiso casu potius quam fraude accidunt, fato plerunque, non noxæ imputentur, *l. 1. Cod. de sicariis.* cumque & ebrietas vbi dominetur, & ibi furorem dominari manifestum est, *cap. venter. 35. di-*
62 *stinct.* Et vulgare est dictum: *Nox & amor, † vinumque nihil moderabile suadent,* vnde traditum est à Scrib. eum qui commisit homicidium, dum esset sanæ mentis, si postea efficiatur furiosus, non esse decapitandum pro tali homicidio, *Deci. in l. furiosum, numer. 31. C. qui test.*
63 *fa poss.* quia furiosus † pro absente habetur, *l. 1. §. furiosus, ff. de iu. codicill.* & naturalis ratio suadet, quod quis
64 non puniatur ad mortem, si non † habuerit animum occidendi. *Idem De. in l. si fugitiui, num.* 80. *C. de seruis fu.* Quæ conclusio etiam in statuto procederet, nisi statutum diceret de homicidio qualitercunque commisso, vt & antea attigimus, *Salic. in d. l. 2. C. de noxa. acti. & Alex. in d. l. etsi seuerior. C. de bu qui no. infa. Decius in ca. cognoscentes, nu.* 11. *de constit.* Similiter prædictus Ioannes Schroder licet alio tempore fuerit sanæ mentis, tamen eo tempore quo committeretur delictum, fuit furioso similis, cui d. c. venter, æquiparare videtur, ibi, vbi ebrie-
65 tas, ibi, libido dominatur & furor, † quemadmodum quoque infans non punitur, si hominem occiderit, sicuti furiosus, cum alterum innocentia consilii tuetur, alterum fati infelicitas excusat, *l. infans, ff. ad leg. Corne.* ita nec ebrius delinquens punitur pro leuitate, qua ad inebriationem deductus est, *Ludo. Roman. in l.* 1. *ff. de verb. obligatione. Additio ad Angel. in tract. de malefic. §. scienter*
66 *dolose.* Item de † dormiente asseritur, *Roman. in l. 1. §. adipiscitur ff. de acquirend. poss.* quod ille nimirum in aliquam pœnam non cadat, quia infanti & furioso æquiparari solet, *d. l. 1. Barto. in l. penultim. ff. ad leg. Pomp. de par.*
67 nam vitio † naturali parcendum est, l. fluminum, §. *vitium, ff. de damn. infect.* vbi notabilem Bartol. distinctionem refert, aut dormiens sciebat hoc euenire sibi, & tunc debet prouideri, vt iaceat solus, alias teneretur,
68 sicut † putator arboris, qui non admonuit transeuntes, *l. si non putator. ff. ad leg. Aquil.* Si vero hoc non sciebat sibi euenire, tunc ei parceretur. Eadem quoque ratione † in pupillo committente homicidium, potest 69 ratione æquitatis commutari pœna mortis in leuiorem, aut prorsus remitti, *Bald. in l. etsi seuerior, 3. C. de bu qui no. infa. Felin. in c. 1. de constit. num.* 51. *libri mei.*

Tertio pro illius defensione, & hoc multum facit, quod habuerit iustum † dolorem aduersus læsum, 70 quem articulum propter certas causas non extendo, & propter iustum dolorem pœna homicidii minuitur, nec capitis pœna imponenda venit, *Anton. de Butr. in c. olim, de restit. spoli. Alber. in l prim C. vnde vi. Angel. Aret. in consil.* 34. *Deci. in l. vt vim ff. de iust. & iu. Facit d. lex. si adulterium. §. imperatores.* quia difficillimum est, dolorem † iustum temperare. 71

Quarto, si pœna illi imponenda fuisset, necesse fuisset mortem illi sequutam fuisse, cum omnes leges & & statuta in pœna † homicidii casum verum, & non fi- 72 ctum considerant, *l. 3. §. hæc verba, & ibi Bartol. ff. de neg. gest.* Nec statuta, si contraria pars illis uti vellet, locum habere possent, cum ista omnia intelligantur, si mors vere sequuta fuerit, & dolus accesserit, vt & in priore secundo argumento dixi pro posteriore hac decisione *Dec. in consil.* 9. *prim. vol. vbi notabiliter idem in d. cap. 1. de consti. cum similibus aliis,* vnde Scrib. tradunt, illudque obseruandum, cum præsumi † ex vulnere discessisse, 73 si statim non moritur, sed quando moritur paucis diebus post, *Felin. notabiliter in capitulo presbyterum, cum aliis multis notatis ibi per eum textum de homicidio:* quare vbi læsus multo tempore post extinctus fuerit, non dicitur mori ex vulnere, etiamsi adhuc non fuisset vulnus consolidatum, *cap. 2. vbi Scrib. de cleric. percuss.* quod intelligit Abb. ibi, quando percussus visus est conualuisse, *Angel. in tract. malefic. §. ex interuallo,* secus si semper vlterius processisset, diceretur ex vulnere mortuus, & gloss. notabil *in l. vnica, in verbo, depulsa, Cod. de emen. seru.* voluit, quod si post vulnus vulneratus elapso triduo, ambulauerit pedibus suis, non dicitur vulnus mortale. Ideo mors sequens non imputatur offendenti vt homicidæ, sed vt bene vulneranti, quam glossam Bartolus improbare non videtur *in dicta l. vnica.* Qua ratione igitur noster sæpe nominatus Ioannes Schroder puniri potuit? cum de anima sit quæstio, & occisione punitioneque, sententia † non est præci- 74 pitanda, *Hostiens. in summa, titul. de homicidio, vers. quid sit homicidium,* dum læsus adhuc viuit, vnde si & ille discessisset ratione inordinatæ vitæ ab eo obseruatæ, lædens non teneretur, *Bald. in Addi. Specul. super rubric. de homicidio,* vel si non obediuisset medico, *Floria. in l. ait lex. §. prim. ff. ad legem Aquil.* vel si imperitus medicus adhibitus fuisset læso, sibi imputaretur, quemadmodum & imputaretur alicui, si causam suam imperito Aduocato committeret, *Bald. in l. fina. C. de hered. instit. Et hac Felin. in dicto capit. Presbyterum, notabiliter prosequitur.* Et cum in specie facti narratum fuerit, in vrbe Rostoch. consuetudinem esse, ac iure Lubecensi constitutũ, vt occidens aliquẽ, priusquam puniri non posset, nisi elapsi fuerint statuti dies quindecim, ni fallor, vel læsus fato functus fuerit, non est dubium id attendi debere, quia Iudex illud inprimis obseruare debet, ne aliter iudicet, quam † legibus aut constitutionibus, 75 aut moribus proditum est, qui pro legibus seruantur. *§. ex non scripto, Instit. de iur. natur. gen. & ciui. in principio, titulo de offic. indic. Instit.* Vnde sententia lata contra consuetudinem non valet, *Angelus ibidem, num.* 8. licet de iure ciuili & communi secus statui videatur, præsertim quando constiterit vulnus esse mortale, tunc non

non attenditur, quanto tempore vixerit, *l. si ex plagis. ff. ad leg. Aquil. Felin. in d. c. Presbyterum.*

Secundo principaliter pro hac posteriore decisio-
ne nullum est dubium, Ioan. Schroder illegitime à ma-
76 gistratu ciuili punitum esse, quia † persona ecclesiastica
etiam in minoribus ordinibus constituta, non potest
puniri à politico magistratu, cap. cum non ab homi-
ne, *extr. de iudic.* vbi Pontifex inquit: A nobis fuit ex
parte tua quæsitum, vtrum liceat regi, vel alicui secu-
lari personæ iudicare clericos cuiuscunque ordinis, si-
ue in furto, siue in homicidio, vel periurio, seu quibus-
cunque fuerint criminibus deprehensi, consultationi
tuæ taliter respondemus: Quod si clericus in quocun-
que ordine constitutus, in furto vel homicidio, vel
periurio, seu alio crimine fuerit deprehensus legiti-
me atque conuictus, ab ecclesiastico Iudice deponen-
dus est: qui si depositus incorrigibilis est, excommu-
nicari debet, deinde contumacia crescente, anathe-
matis mucrone feriri, postmodum vero si in profun-
dum malorum veniens contempserit, cum Ecclesia
non habeat vltra quod faciat, ne possit esse vltra per-
ditio plurimorum, per secularem comprimendus est
potestatem, ita, quod ei deputetur exilium, vel alia le-
gitima pœna Inferatur: Quare & ibi Panormit. notat
numero primo, laicis qualitercunque & quacun-
77 que fulgeant dignitate, non esse licitum † iudicare de
78 clericis, quia nulla dignitas † secularis similis est sacer-
dotio, *gloss. in capitulo duo sunt, 96. distinct. cap. sacerdoti-
bus, vndec. quæstio. 1.* Vnde clericus, etiamsi sit primæ
tonsuræ, *in alleg. cap. 18.* non potest conueniri coram
Iudice seculari, *Hostien. in c. cum contingat, de ata. & qua-
lit.* illudque extenditur etiam ad personas ecclesiasti-
cas, & familiam illarum, *argum. cap. fina. de offic. Archid.
Scrib. in c. cum venissent, de indi.* Quod quidē videtur valde
indignum, vt laicus pro homicidio puniatur, clericus
vero tantum deponatur, cum possit esse talis clericus,
qui nihil de tali depositione curabit. Huic obiectioni
respondet Abbas *in dicto capitulo, cum non ab homine,*
criminali pœna clericum quidem non puniendum es-
se, sed debet detrudi in Monasterium, vel detineri in
arcto carcere, vt notant Scribentes *in capitul. nouimus,
de verbor. significat. in capit. At si clerici, de iudic.* nam si in
atrocissimis delictis deprehensi fuerint, & nulla spes
melioris frugis speranda fuerit, & admoniti fuerint,
possunt tradi seculari magistratui, vt puniantur, *cap.
contingit, cap. in audientia, capit. perpendimus, de sentent.
excommun.* licet aliqui casus sint, in quibus dantur cle-
rici curiæ seculari, etiam non expectata melioris vitæ
fruge. *Abb. in cap. ad abolendam, de hæreticis:* sed cum
nos in illis casibus non versemur, omitto, quare & Iu-
dex ecclesiasticus suos repetere poterit subditos, *Abb.
79 in capit. dilectis, num. 4. de appell.* quia † delinquentibus
clericis non sortiuntur forum seculare, *Abb. in capitu.
quod clericis, numer. 22. de foro compet.* Idem *in cap. postu-
lasti, de for. compet.* etiamsi fuerint minimi. *Idem in cap.
nouit, de iudiciis*, vnde, etiamsi notorie criminosi fue-
rint, non statim suspenduntur. *Idem Abb. in capit. quæ-
situm, de cleric. coniug. numer. 3.* imo, etiamsi homicidæ
fuerint, non statim ipso facto priuantur suis priuile-
giis, & beneficiis, *Abb. in capitu. tanta, de excessibus præ-
lat.* Hinc quoque est, quod multi Doctores tradide-
runt, illudque pro notabili assignant, laicos post de-
lictum commissum clericos factos, à magistratu ciuili
puniri haud posse, *Cæpol. in tractat. cautelarum, nume. 8.*
quod tamen saniore Doctorum iudicio intelligitur,
si non in fraudem post accusationem clericus factus
fuerit, *Oldrad. consilio 4. & Cardin. in clem. 1. 9. quæstio. de
conf. cum similibus.* Sed cum noster sæpe prædictus Io-
hannes Schroder fere ante annos 10. priusquam illud
delictum ab eo committeretur, clericus fuerit, non est
dubium, eum à magistratu ciuili illegitime punitum,
capitu. Si iudex. de sen. excomm. in 6. Non refert, quod
non † statim literas clericatus exhibere potuerit, quæ 80
requiri videbantur, *Abb. in cap. quoniam, de probatio. nu-
mer. 20.* cum nulli poterit oriri suspicio, semper expri-
mendum esse, in impetrationibus beneficiorum, se
clericum esse, *cap. cum adeo, de rescriptis, vbi Abb. nume. 2.*
nam beneficium non potest conferri non clerico, quia
non est † capax iuris spiritualis, *vt in capitu. causam, de* 81
præscript. Et ideo, si quis mentiatur se esse clericum, &
non sit, non valet impetratio, *cap. ex literis, de transact.
Rebuffus in praxi beneficiorum, in forma signatura, verbo,
clericus.* Quare cum noster Ioannes Schroder admissus
fuerit ad vicariam, non est dubium, eum interroga-
tum fuisse per instituentem, de clericatu, quia sem-
per præsumitur pro legalitate istarum personarum,
*argumen. §. cum itaque l. continuus, ff. de verbor. obligat. No-
tant Scriben. in cap. quoniam, extr. de probat.* Cum & † in- 82
strumentum institutionis, pro quo semper præsum-
ptio est, hoc ipsum satis declarare videatur. Nec præ-
sumitur Archidiaconum † eo tempore in vrbe N. Pe- 83
trum Boie. vtriusque iuris Doctorem, non conside-
rasse, & intermisisse ea, cum beneficium ecclesiasti-
cum non possit sine canonica institutione obtineri,
cap. 1. de regul. iur. in sexto, & aliis solennitatibus, *tot. ti-
tul. de institut. vbi Scriben.* Ex quibus iam sequitur sup-
plicium illius: & pœnam pro delicto perpetrato ad
magistratum ciuilem haud pertinuisse, *cap. si iudex lai-
cus, de sent. excommun. lib. 6.* Nec est, quod quis mihi ob-
iiciat ex eodem textu, dum dicit: Non sic autem volu-
mus obseruari, si ante deprehensionem pro laico pu-
blice se gerebat, ac pro tali communiter habebatur,
quamuis deprehensionis tempore repertus fuerit in
habitu clericali, *s. multo fortius*: ergo inquit ibi gloss.
in verbo, clericali, si etiam deprehensus sit in habitu
laicali: tunc enim restituendus non est, quousque fi-
dem de titulo fecerit clericali, cuius eidem probatio-
nis onus incumbit propter præsumptionem, quæ ad-
uersus ipsum orta est ex delatione habitus laicalis præ-
cedente, quia quando præsumptio est, non sufficit
possessio, nisi fiat fides de titulo, *c. 1. de præscript.* nam in
fine eiusdem textus inquit Pontifex contra eum ta-
men interim quiuis processus Iudicis penitus con-
quiescat: Quare cum consanguinei prædicti Schrode-
ri se obtulerint de efficaciore clericatus probatione,
si præcedens non sufficiens reputaretur, magistratus
culpa haud vacat, nec defendi potest, quia † penden- 84
te probatione de titul. clericali, vlterius non est pro-
cedendum, *cap. vt inquisitionis. §. penult. de hæreticis, lib. 6.*
quia hoc est præiudiciale, de quo primitus cognosci
debet, vt sciatur, an vt clericus ab ecclesiastico, vel vt
laicus à laico puniri debeat, *argum. l. vlti. C. de ord. cogni.
gloss. in d. c. si laicus, ver. interim*, & ideo recte ab Aduoca-
to illius protestatio ad defensionem prædicti Ioannis
Schroder, quam & ipse postea repetiuit, proposita
fuit, nam quando protestatur, quod non intendit quis
consentire in Iudicem secularem, illius manus sunt
ligatæ, & licet litiget, per hoc nihil iurisdictionis ha-
bebit Iudex secularis, capitul. si diligenti, *de for. compet.*
Manifeste patet, inquit, textus, quod non solum in-
uiti, sed etiam voluntarii pacisci non possunt, vt secu-
laria iudicia subeant, cum non sit beneficium hoc per-
sonale,

sonale, cui renunciare valeat, sed potius toti collegio
ecclesiastico sit potius indultum publice, cui priuato-
rum pactio derogare non potest: lex enim declinat iu-
risdictionem ptu clerico etiam inuito, & pactum le-
gis non obligat eum ad pœnam, cum non sit in culpa,
*Bald. in l. ab administratione. C. de lega. Felin. notabil. in c. ec-
clesi S. Ma. num. 75. de constitut.* Et incidente præiudiciali
quæstiune coram seculari, quæ est fori ecclesiastici, si
85 ea non obstante, secularis ferat † sententiam, ipso iure
sententia erit nulla, cum contra ordinem iudiciorum
lata sit: non enim, proposita exceptione peremptoria,
debet ferri sententia super principali nō discussa prius
peremptoria, *cap. 1. de ord. cognit. l. cum prælatus. ff. de regul.
iur. c. cum Bartoldus, de sent. & re iud.* Et hæc videtur ipsa
veritas. secundum Panorm. *in c. tuam, penult. colum. ver-
sicul. 2. de ord. cognit. Frederic. Schenck. in conclus. 82. Tom. 1.*
86 Porru & appellatio † recte interposita fuit, licet actus
Iudicis non valuerit, quia sententia lata ab eo, qui non
habet iurisdictionem, atque incompetens est Iudex,
ipso iure est nulla, *l. penult. ff. de iudiciis, l. vltim ff. de inte-
dict. tot. titul. C. si anon compet. iu. Oldendor. in tract. de sen-
ten. & re iudic. versi. si à priuato, c. At si clerici, de iudic.* Qua-
re tradunt DD. & illam exceptionem incompetentis
Iudicis ac deficientis iurisdictionis, semper opponi
posse, *Alexand. in l. de pupillo § qui opus. ff. de ope. no. nun. De-
ci. numer. 5. in l. 1. in §. Hæc autem. ff. quod quis. iur.* tamen ad
maiorem cautionem non nocet id factum esse, quam-
uis allegauerint prædicti Senatores, se admittere non
solere in criminalibus appellationem, ratione vel
statuti, vel consuetudinis diuturnæ, quæ cum tollat ius
87 naturale, valere non potest, scilicet defensionem † cor-
poralem, quam licet qualitercunque redimere, *l. 1. ff.
de bonis dam. argu. clem. pastoralis, de re iudic.* quæ in contra-
riorum resulutione prosequemur.

Hinc ergo iam concludendum est: qua igitur pœna
puniri talis debeat. cū non possit pœna mortis puniri:
& dicendū videtur, licet mortis pœnam euadat, eum
puniendum esse tamen pro modo culpæ, *l. Cornelia. §.
88 cum quidam, de Sica.* vbi in exiliom missus † fuit quidam
per quinquennium, qui homicidium non dolo, sed
per lasciuiam perpetrauit. Eadem quoque ratione *in
l. 3 §. 1. vers. sed ex senatusconsulto. ff. de sica.* vbi mulier re-
legata fuit, quæ medicamentum, ex quo mors sequuta
est, dedit, non malo animo, sed ad conceptionem, sic
quod præter opinionem delinquentis sequitur, impu-
ne non committitur. Adde text. *in l. respiciendum. §. de-
linquunt. ff. de pœnis,* vbi delictum, quod impetu com-
mittitur, distinguitur ab eo quod euenit casu: licet er-
go homicidium, quod casu contingit, nullam pœ-
89 nam mereatur, *L. 1. C. de sica. c. lator. de homi.* non † ta-
men sic videtur dicendum de homicidio commisso
impetu, & ideo Doctores qui laborant ad proban-
dum, quod non puniatur pœna mortis ille, qui absque
dolo homicidium commisit, non negant, quin alia
pœna arbitraria puniatur propter culpam, *Bartol. in l.
Corne. ff. de sica. Alexand. in consil. 140. lib. 2.* Possunt &
similia adferri, sed hæc sufficiant, & à Decio sunt ad-
ducta *in consil. 9, num. 3 pri. volum.* Cumque nobis non
refragentur, non resoluemus, consulatur Decius, quia
nos iam versamur in clerico, cui alia pœna assignanda
erit, vt ex superioribus nostris argumentis videre li-
cet, *vt in d. c. perpendimus, c. contingit, c. in audientia, de sent.
excom, in d. c. nouimus, de verb. signif. in d. c. At si clerici, de iu-
dic. & similibus.* Et ad quid magistratus excessus causa, &
se ingerens rei ad alios magistratus pertinenti, *l. culpa,
de regul. iur. ff.* teneatur. Et primo non est dubium, quod
Iudex debeat semper pro criminis, quod obiicitur,
qualitate, vel propter honorem, vel propter amplissi-
mas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro
dignitate eius, qui accusatur, considerare, vtrum in
carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda,
aut fideiussoribus committenda. *l. 1 ff. de custo. reo. Idem
Frideric. Schenk. in conclus.* 98. Quare si Iudex † omissa 90
talium circumstantiarum consideratione, quem car-
ceri mancipauerit, quem non debet, potest iniuria-
rum agi contra talem Iudicem, *l. nec magistratibus, ff. de
iniur.* multo igitur fortius, si male iudicauerit ex im-
prudentia: tunc enim extra ordinem arbitrio boni vi-
ri, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis
videbitur, punitur, *l. si per imprudentiam. ff de euict. Bald.
in rubric. & in l. fin. Cod. de pœnis iudic. ma. iu. §. 1. Instit. de
oblig. ex quasi delict. vbi nota. Angel. qui videatur. Bartol. in
l. 1. quomodo, & quan. iu. Iaso. numer. 21. in l. sancimus, Cod.
de iudi.* Eadem ratiune & illius Assessores puniuntur,
*in l. fin. Cod. de assess. Specul. in titul. de assess. Bald. in dicta l.
fin* quod & vlterius & cum maiore pœna extendi de-
bet in Iudice, vt in nostro casu factum videtur, si per
dolum, & ex proposito sententiam tulerit iniquam, &
in consuetam, vt in nostru casu, *Bald. in ca. Iudices, de pa-
ten. & in. fir. in vsib. in feud. in l. filiusfam. vbi Bart. ff. de iu-
dic. Idem Bartol. in l. 2. C. de pœna iu. ma. iu.* Sed cum in il-
la vrbe, vbi sententia est lata, secundum consuetudi-
nem illius patriæ sententia ferri consueuerit ab vni-
uerso Senatu, existimarem in illos pœnam solummo-
do extendendam, quos culpabiles esse constiterit, *c.*
Romana, *in vers. vniuersitatem,* vbi inquit Ponti. In vni-
uersitatem vel collegium proferri excommunicatio-
nis sententiam, penitus prohibemus, volentes anima-
rum periculum euitare, quod exinde sequi posset, cum
contingeret sæpe innoxios huiusmodi sententia irreti-
ri, sed in illos duntaxat, qui de collegio vel vniuersita-
te, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur, nisi
tamen omnes in dolo essent, & sententiam probassent:
tunc enim omnes tenerentur in Syndicatu, *l. aut da-
mnum ff de pœnis, Ang. in tracta de malefi. § & tibi caput, nu.
29. & idem Insti. loco allegato, d. notatis in l. filiusfa. cum aliis
ibi adductis Kilia. Kunig in process. c. 3. prima partis, iū aliis
multis:* nec non, si male iudicet. plus perdit, quam pars,
quam inique condemnat, quia honorem perdit & ani-
mam, & ad damna, & interesse tenetur, *Neuiza. in Syl.
nup. c. quomodo iu. in du. num. 102. vbi & alia notabilia huic
rei seruientia cumulat, sed ob breuitatem non commemoro.*
Nec est dubium, ecclesiasticum magistratum regres-
sum ad ciuilem hunc, qui se intromisit, ad illius fun-
ctionem habere, arg. eorum quæ Bart. notat *in l. prouin-
cia, C. de numera. lib. 12. Bald. in l. repetita, C. de episc. & cler.
Andr. Sum. in consil. 45. col. 3. lib. 3.* Cum duæ sint distinctæ
functiones, *c. duo sunt, dist 96. c. nouit. de iudiciis, vbi Scrib.*
quæ cum manifesta sint, me propter longam enarra-
tionem præcedentium non extendo. Restat iam igi-
tur, vt † contraria resoluamus, quæ licet in posteriore 91
decisione ex maiore parte sint resoluta, tamen paucia
singulatim repetemus.

Et primo non obstant ea, quæ priore loco adducta
fuere, quia intelligenda sunt, si dolus adfuerit, quem
in † nostro casu ebrietas excludit, *Abb. in d. c. sicut nobis,* 92
*in dicto c. inebriauerunt, d. l. omne, d. l. respiciendum. § delin-
quunt, Salice. in d. l. 1. C ad l. Corn. de sicariis,* quæ quoque
non dicitur peccatum mortale, si non fuerit assidua,
Rochi. Cur. in c fin. c. 11 num. 4. nec quidem lata culpa ha-
betur in consideratione, *d. l. in lege, Decius in d. l. in actio-
nibus, & ibi Iaso. nu. 23.* quare hic secus statuendum, cum
ex im-

ex impetu delictum perpetratum fuerit, *dicto §. delinquunt. d. l. 1. C. ad l. Corn.* vnde & statuta conatum punientia, delicta consumata requirunt, nec habent locum, si simpliciter dicerent, quod homicida decapitetur, & aliquis per culpam sine dolo interfecit hominem, assessores ignorantes consueuerunt dicere, quod non debemos distinguere inter dolum & culpam, *Cas. in l. 1. numer 3. C. vbi sena. vel cla. con.* sed statut simpliciter verbis statuti, quia non inspicitur animus, sed factum, *l. Diuus. ff. ad leg. Corn. de Sica.* Baldus notabil, tenet contrarium *in l. data opera, C. qui ac. non possunt.* alias sequeretur, quod de homicidio casuali deberet quis decapitari, quod esset contra omnem æquitatem, & ita, *vt refert d. loco Castrens.* pluries consuluit, & aliquos à morte defendit *Alex. cons. 15. lib. 1. Deci. nu. 11. in d. §. hac verba, cum sim. antea adductis.*

Non obstat, quod delictum in ecclesia commissum fuerit: Fateor equidem ea delicta grauius puniri, *l. aut facta, argum. § locus. ff. de pœnis.* Inde non sequitur, huic imponi potuisse capitalem pœnam, cum dolus ad ho-
93 micidii † supplicium & pœnam requiratur, cumque
hic non foro seculari subiectus fuerit: si puniendus, vt est haud dubie, puniatur à suo competenti Iudice, *dicto capitul. si laicus, dicto cap. perpendi, d. c. nouimus, dicto c. at si clerici.*

Non obstat illud, quod de malo exemplo allegabatur, & quod Iudex mitius, vel grauius aliquem, pro delicti qualitate, punire possit. Idem intelligendum est in pœnis expressis, *vt prosequitur Angelus in tractat. de malefic. loco antea allegato:* nec ita seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, vt non statuatur propenso iudicio, prout quæque res expostulat, *vt notabil. Marcellus. I.C. in l. respiciendum, ratiocinatur.*

Non obstant, quod instrumento periculoso vsus
94 fuerit, & quod † ex genere instrumentorum animus
occidendi colligatur, *Bartolus in dicta l. prim. §. Diuus, Felin. in dicto capitulo significasti, numer 11. de homicidio:* id enim quoque, si dolo fiat, vt intelligatur necesse est, vel requiritur, vt culpa accesserit, argumen. eius quod Bart. *in l. penult. ff. ad l. Pomp.* tractauerit & eorum quoq; quæ antea de furioso, *l. Diuus ff. de offic. præsi. Cæpol. n. 7. in secunda cautela, in tract. caute.* & infante, *dicta l. infans,* adduximus. Non obstat, quod condemnato nulla sit
danda dilatio. id intelligitur de iuste damnato, & per
95 † suum Iudicem, vt ex superioribus posterioris decisionis satis liquet. Non obstat, quod diximus de clericis se immiscentibus enormitatibus, quod illi nimirum priuilegium perdant, id intelligi necesse est. vti & antea diximus, si melioris vitæ & frugis nulla sit spes relicta, & admoniti fuerint, *dicto capitulo perpendimus. d. c. contingit, d. c nouimus, d. c. at si clerici.* Non obstat, quod & antea diximus in priore decisione 1. partis, nostrum sæpius prænominatum Ioannem Schroder amisisse priuilegium clericatus, cum exercuerit negotiatio-
96 nem, actum † contrarium vitæ clericali, nam id intel-
ligendum est, quod in nostro casu non contigit, si tertio monitus fuerit à suo superiore, *c. ex literis, vbi Panor.*
97 *notabi. numer. 5. de vi. & ho. cle.* nam † quod fauore quo-
rundam constitutum est, non ad læsionem illorum intentum videri debet, *l. quod fauore, vbi Pau. Cast. C. de le-*
98 *gibus.* Nec sufficeret † vna peremptoria, quia vbicunq;
agitur ad pœnam incurrendam, & ius exigit tertiam citationem, nunquam vna citatio etiam peremptoria, habet vim trinæ citationis, *gloss. in cle. 2. eo. tit. in versicul. tertio. Ioan. Andr. in c. ex tua, de cleric. non resi. Panor. in cap. sacerdotibus, num. 7. ne cle. vel mo. se ne. sec. immi. c. in audientia, c. contingit, de sen. excom. cum similibus aliis.* Et ita illa obiectio senatus soluitur, & eadem ratione fere alia, nimirum quod miles fuerit, solui poterit, quia non
perdit † priuilegium, si non admonitus fuerit, & sæua 99
exercuerit: illud enim expresse requiritur, *vt Panor. in c. vt consultationi, de clo. coniu.* nam effectus miles, & non exercens sæua, sed honeste viuens, gaudet suo priuilegio. Et ibidem Panorm. *& idem in c. 1. de Apostatis.* vbi
inquit *nu. 8* Ex hoc nota, quod † licet clericus in mi- 100
noribus efficiatur miles, non per hoc perdit priuilegium clericale, *pro hoc allego textum, cum ibi nota. in c. fin. de cler. coniu.* Si vero seculariter viuit, exercêdo aliquam negociationem, tunc non perdit priuil. clericale, nisi præcedat trina admonitio, *d. c. in audientia, d. c. contingit.* Cum igitur noster sæua non exercuerit & per modicum temporis interuallum adfuerit bello, suum priuilegium amittere non potuit, vt DD. locis allegatis tra-
didere. In quibus autem † casibus clerici puniri pos- iôt
sint post degradationem & traditionem curiæ seculari, refert Ange. *in tractat. de malef. §. & tibi caput, num. 35.* cum illi ad nos non pertineant, omitto. Nec vltimum contrarium nobis refragatur, ratione statuti & consuetudinis appellationem non admitti debere, quia illa statuta nobis obstare non possunt, cum de personis ecclesiasticis intelligi haud possint, *vt Scrib. copiose tractarunt in c. Ecclesias S. Mari. de consti. in authent. nullus, & in l. omnu. C. de episc. & cler. cum aliis similib.* & multi Dd. in ea sententia sunt, statuta non admittentia appellationem in criminalibus, nullius esse valoris, *vt Angel in tractat. de malo §. præsento dic. Ga. numer. 25.* cum regulariter admittantur, *l. non tantum, l. constitutionis. ff. de appell.* & iuris naturalis sint remedia, sed quia non materia præsens requirit, cum noster ad alium forum pertineat, hic prætereo. Non obstat; quod ex Speculat. & ex tit. quando appell. non recipitur, antea adduximus, nimirum aliquot esse casus, in quibus appellare non liceret, inter quos & homicidia numerantur: id enim de homicida ex proposito & dolo occidente aliquem, intelligi necesse est, vt & antea attigimus. Nec obstat, quod mihi à docto quodam post consilii nostri confectionem obiectum fuerit, in arbitrio nimirum Iudicis esse, suum arbitrium extendere vsque ad mortem, *glo. verbo, pœna, §. in summa. Institu de iniuriis, l. sacrilegi. §. sunt quadam. ff. de v. s. & extraord. cognit. facit l. lex Iul. §. hod. r. ff. ad leg Iul. repet. Angel. in dicto §. in summa.* Quod cum eo temperamento intelligatur, necesse est, ex personarum conditione, rerum & facti qualitate, *l. Prdius, versic. & omnino. ff. de incen. & rui.* pensata & attenda *in gloss. in d. §. in summa*, & à Iudice competente, *d. c. at si clerici d. c. perpendimus, d. c. contingit.* Addit & Angel. Quod si facti qualitas non suadeat imponi pœnam mortis, & Iudex fuerit arbitratus, quod ab eius arbitrio poterit appellari, vel peti, quod reducatur ad arbitrium boni viri, *vt notatur in c. super his, ext. de accusat. glo. & Bartol. in l. si qua pœna. ff. de verb. signif.*

Sic ego L. K. I. V. D. iuris esse arbitror: alterius tamen saniori sententia semper salua.

IN L. SI VNQVAM, C. DE REuocandis donationibus, D. Laurentius Kirchoff, I. V. D.

ARGVMENTVM.

Intimationis huius occasio quæ sit, & quidem in l. si vnquam, C. de reuocandis donationi-

tionibus, summaria pleraque recenset, & vbi ea l. locum habeat.

CVm proximis mensibus à me duæ vtiles Leges, l. qui accusare, *C. de edendo.* & l. pactum quod dotali, *C. de pactis.* explicatæ sint, animus erat repetere intermissam explicationem libri a. Decretalium, in quo totius iuris processus explicatur, & omnia ad ordinem iudiciarium pertinentia ita enarrantur, vt perfectior traditio in vniuerso iuris corpore non habeatur. Sed cum conquerantur nonnulli, eam repetitionem non breui temporis spacio absolui, nec aliquas materias iuris in vsu quotidiano vtiles, & in foro frequentes, perfecte cognosci posse: Constitui enarrare die Lunę proximo (Deo annuente) l. si vnquam, *C. de reuocandis donationibus*: In cuius enarratione innumerabiles quæstiones vtiles, frequentes, quotidianæ, & magnam vtilitatem in hac vita ciuili habentes, explicabuntur. Videlicet, An d. l. si vnquam, non solum locum habeat in donatione facta liberis, sed etiam in donatione facta cuilibet extraneo. An dispositio d. l. si vnquam habeat locum, etiamsi donans iurauerit se nolle reuocare donationem. Item, quid si tertius promisisset, quod donans nunquam reuocare, sed perpetuo ratam habere velit donationem, sub pœna tantundem soluendi de propriis suis bonis. Item, an si donans repetierit donata propter superuenientiam filiorum, committatur stipulatio pœnalis. Item, si donans habeat filios superstites, quos falso rumore ductus crederet esse mortuos, an tum dispositio sæpe d. l. si vnquam. habeat locum. Item, quid si donans tempore donationis habuerit filios, & postea alii ei nascantur, an donatio reuocari possit. Item, an donatio cuiuslibet patris reuocetur natiuitate filiorum. Item, quid si pater non donauerit, sed vendiderit rem magni precii, & valoris, vili precio, an talis venditio omnino possit natiuitate posthumi retractari. Item, an dispositio l. si vnquam, habeat locum in donatione causa mortis, in renunciatione hereditatis nondum aditæ, & in renunciatione litis. Item an dispositio l. si vnquam, intelligi & procedi possit in donatione remuneratoria. Item, an assertio meritorum facta in Instrumento donationis, probet benemerita, ita, vt donatio dici debeat remuneratoria. Item, an dispositio dictæ legis, si vnquam, habeat locum in pacto de non petendo, & in legatis. Item in donatione facta in contractu Matrimonii. Item, an natiuitate filii legitimi, & naturalis, reuocetur legitimatio Spurii. Item, an adoptione, vel arrogatione filii, reuocetur donatio. Item, an donatio omnium bonorum facta à patre, reuocetur natiuitate spurii, saltem quantum ad alimenta, vel quantum ad dotem filiæ spuriæ. Item an natiuitate filii naturalis tantum reuocetur donatio. Item, quid iuris in legitimatis per rescriptum Imperatoris, in legitimatione spurii per oblationem Curiæ. Item, an per ingressum religionis reuocetur donatio. Item, an natiuitate nepotum reuocari possit donatio facta. Item, quid si aliquis donasset vni ex agnatis suis bona sua, eo pacto adiecto, quod post mortem donatarii deuoluerentur ad extraneum, an tale pactum possit reuocari, si ille agnatus donatarius liberos susceperit. Item, an mortuis filiis, patre donatore viuente, confirmari possit reuocata donatio. Item, an donatio reuocetur quandocunque nascantur filii, siue inter nouem menses, siue inter decem, vel alias quocunque tempore. Item an fructus medio tempore percepti, per donatarium debeant restitui. Item, an ipso iure fructus ad patrem redeant, siue patri restituantur, an ita demum, si pater post natiuitatem filii, eos sibi reddi petierit. Item si pater mortuus fuerit, nulla præcedente petitione, vel declaratione facta, an ad heredem transeat ius declarandi, & donata repetendi, secundum sententiam Baldi. Item, si donatarius post natiuitatem filii, possederit res donatas, vltra tempus præscriptionis legitimæ, an tum possit aduersus donatorem, vel eius heredes opponi exceptio præscriptionis. Item, an pater teneatur reseruare bona reuocata filiis natis post donationem. Item, an donator agere possit actione reali ad res donatas. Item, an aliqua condictione donator possit condicere possessionem rerum donatarum à donatario. Item, an donatio facta vni filio, reuocetur aliis filiis superuenientibus. Item, an donatio facta vxori, reuocetur, si illa postea liberos ex marito donante susceperit. Item, an donatio facta Ecclesiæ, natiuitate filii reuocetur. Item, an donator possit renunciare beneficio l. si vnquam. Item, an renuncians omni legum auxilio, censeatur renunciasse beneficio huius l. si vnquam. Item, an ex quacunque ingratitudinis causa possit reuocari donatio. Item, an propter impudicitiam donatoris vxori, vel filiæ per donatarium illatam, possit reuocari donatio. Item, quid iuris, si donatarius perhibuerit testimonium in causa criminali, contra donantem. Item, quid si iudicauerit in causa criminali; vel alia magna causa contra donantem, an debeat donatione priuari. Item, si donatarius cum donantis vxore adulterium commisisset. Item, si manus impias intulisset, aut conatus esset inferri, aut eleuasset manum. Item, si solummodo vestimenta lacerasset. Item, si donatarius detinere donantem in vinculis, vel carceribus, absque corporis tamen læsione. Item, si donatarius intulisset impias manus in vxorem donantis. Item, si donatarius se defendendo percusserit donantem. Item, si iocando, vel ludendo percusserit donantem. Item, si donator non proposito, sed aliquo casu percussus fuerit à donatario. Item, si donatarius bene potus intulerit manus violentas in donatorem, aut reali iniuria affecerit. Item, si donans, Principis, vel patriæ proditor vulneratus fuerit, an incidat in pœnam priuationis, de qua in l. si vnquam, agitur. Et prout ibi multi DD. concludunt. Item, quanta debeat esse substantiæ iactura, ad hoc, vt reuocatio alicui competat. Item, quid si donatarius non intulisset, sed solummodo grauem iniuriam inferre constituisset. Item, si donatarius præparauerit venenum, vt donantem veneno necaret, an dicatur adeo intulisse periculum vitæ, vt merito donationem amittat. Item, an donatio, quæ solet reuocari propter non seruatam promissionem, dicatur reuocari ex causa ingratitudinis. Item, quid si conuentiones fuerint nudæ, an propter conuentionem pacti nudi, reuocari possit donatio. Item, quid si donatarius fuerit impeditus legitimo impedimento, quo minus promissio perficeretur. Item, si donatarius, qui promissionem non seruauerit, possit purgare moram. Quid si donatarius promiserit pacta seruare, sub promissione omnium damnorum, interesse & expensarum, semper manente donatione, an donatio non possit reuocari, si promissa non seruata fuerint. Item, quid si donatarius in initio statim, seu incontinenti (vt appellant) post donationem aliquid dare, vel facere promiserit, & promissa non seruauerit, an tum liceat donatori retractare donationē. Item,

qua actione repeti debeant donata, quando donatarius nõ seruauerit promissionem. Item an ex aliis causis ingratitudinis non expressis in hac l. si vnquam, donatio possit reuocari. Item, an donatio remuneratoria reuocari possit propter ingratitudinem. Item, an propter ingratitudinem etiam reuocentur legata. Item, an adimatur heredis institutio sicut legatum. Item, quid in successione alicui ab intestato delata. Item, an ab ingrato beneficium Ecclesiasticum collatum auferri possit. Item, an dos tradita mulieri, possit repeti propter ingratitudinem ipsius mulieris. An propter ingratitudinem Prælati simili ratione donatio facta ecclesiæ, possint reuocari. Item, an ingratitudo patris contra donatorem nocere possit filio donatario. Item, an de iure subsistere possit pactum, quod donatio non possit reuocari propter ingratitudinem commissam. Item in hac causa reuocationis donationis quis probare tenebitur, an donator ingratitudinem, an donatarius se fuisse gratum. Item, an sufficiat probatio, si parti extra iudicium fiat. Item, an ad probandam ingratitudinem sit deferendum iuramentum in supplementum. Item, an ad probandam ingratitudinem sufficiant duo testes. Item, an probatio, facta contra ingratum in causa criminali, probet ingratitudinem in causa ciuili. Item an donator debeat probare locum & tempus commissæ ingratitudinis. Item, an ius reuocandi donationem propter ingratitudinem transmittatur ad heredes. Item, si donator extra iudicium reuocauerit donationem, an heres possit actionem in iudicio instituere, & repetere ab ingrato bona donata. Item, an ius reuocandi donationem quæ reuocatur, ex ea ingratitudinis causa, qua promissa à donatario non sunt seruata, transeat ad heredem, etiamsi de ea re donator nullam fecerit querimoniam. Item, an condictio ex hac l. si vnquam, detur in heredem donatarii ingrati, qui ante querelam factam mortuus fuerat. Item, an reuocata donatio propter ingratitudinem donatarii, bona donata pertinere debeant ad donatorem, an ad substitutum in donatione. Item an donatarius ingratus teneatur restituere fructus ex rebus donatis perceptos. Item, quid si donatarium pœniteat ingratitudinis, & petierit veniam, quid in eo casu iuris sit statuendum. Item an futore donatarii aboleatur vitium ingratitudinis. Item, an conditio ex hac lege à donatario præscribi possit. Item, vtrum propter feloniam patris filius possit priuari feudo. Sed quis potest omnes quæstiones, quæ cum ab Andrea Tiraquello, tum Ioanne Francisco de Ripa, doctissimis iuris interpretibus, præter veteres, in hac l. si vnquam, & in l. Titia. § Imperator. ff. de leg. 2. referuntur & explicantur, enumerare? Quare studiosos iuris, & præsertim eos, qui animum applicarunt ad iuris cognitionem, & doctrinam, quique nomina iuris studio dederunt, sedulo atque diligenter hortor, vt singulas partes doctrinæ iuris magna sedulitate cognoscant, & explicationes difficilium legum & materiarum iuris non aspernentur. Et memores sint præclaræ sententiæ Ciceronis: Ius non facile percipi posse sine interprete: quamuis ille de omni arte loquatur, *epist. 119. 7. lib. Epist. famil.* Zasius tamen noster *in l. 2. ff. de orig. iuris*, hoc maxime ad iuris studium referendum esse, arbitratur. Ea ratione fiet, vt ciuilis philosophiæ fructus, vt Reipubl. prodesse, exhibere iustitiam, condere leges, ex Plutarchi sententia consequantur, vel, vt Imperator noster prudenter inquit: toto legitimo opere perfecto, Respublic. gubernanda illis committi possit: Ac Christum Saluatorem & Redemptorem generis humani tota mente & animo precemur, vt nos & nostra studia regat, ad perpetuam sui nominis gloriam, Ecclesiarum, Scholæ, & Reipub. nostræ salutem & incolumitatem.

Laurentius Kirchoff, V. I. D.

INTERPRETATIO L. QVI accusare, C. de edendo, per Laurentium Kirchoff, I. V. D.

SVMMARIA.

1 *Probatio quid sit eius definitio, distinctio, explicatio.*
2 *Probatio semiplena quæ dicatur. & eius diuisio.*
3 *In criminalibus non defertur iuramentum in defectum probationis.*
4 *Actore non probante, Reus etiamsi nihil præstet, &c. quomodo intelligendum.*
5 *Indebite solutum, regulariter probari debet.*
6 *Crimen falsi vtriusque partis testes admittit. & num. 7.*
8 *Damnum & interesse solo iuramento probantur.*

QVid in Iure dicatur Probatio, explicant gloss. & DD. C. *& in Decret. de probat. vbi & Azo & Hostiensis in summa, eodem titu.* sed nos recentiorum definitionem solummodo propter faciliorem rei explicationem referemus. Probatio est † demonstratio quædam, 1
factorum dictorumque in causis apud Iudicem controuersis. Sunt autem duo capita probationis, vnum plene & iuste, alterum semiplene. Species probationis referuntur ab Hostiensi *in summa sua, tit. de probat. nu. 6.* Nos vero sex species plenæ probationis retinebimus, tanquam magis frequentes.

Prima est, quæ fit per duos, aut plures testes, omni exceptione maiores.

Secunda species est per instrumenta, id est, per scripturas fide dignas.

Tertia species constat ex confessione, facta in iure.

Quarta species consistit in euidentia facti.

Quinta species producitur ex iureiurando.

Sexta species colligitur ex legitima præsumptione, seu coniectura.

Semiplena probatio dicitur, per † quam rerum ge- 2
starum fides aliqua fit Iudici, non tamen tanta, vt iure possit mouere eum, ad ferendam sententiam: sunt autem semiplenæ probationis quatuor species.

Prima, cum vnus testis est pro Actore, vel Reo.

Secunda ex literarum comparatione producitur.

Tertia species constat ex scripturis priuatis.

Quarta species ex præsumptionibus illis, quæ indubitatam fidem non habent.

Textus noster habet in summa, quod non teneantur Reus edere Actori ad fundandam intentionem instrumenta propria: imo Actore non probante, Reus, etiamsi nihil præstiterit, absolui debet. *Alexan. Curt. hic in princip.*

Primo notatur ex hoc textu nostro, quod Actor debeat habere probationes in promptu. *Ias. hic numer. 1.* & probationes de sui natura ad Actorem pertinere dicuntur. *Deci. hic num. 1.* Propterea quando Reus probare aliquid debebit, dicitur fungi partibus Actoris: nam Reus in exceptione, dicente Vlpiano, Actor est. *l. 1. ff. de exceptionibus.*

Secundo, notatur, quod Reus non teneatur edere Actori propria instrumenta ad probandam intentionem eius, & hoc non solum de iure procedi, verum etiam

iam de æquitate, vt hic in text. nostro: nimis enim graue est, Imperatore constituente, quod velitis vrgere aduersam partem ad exhibitionem eorum, per quos sibi negocium fiat: vnde intelligitis, quod intentionis vestræ proprias adferre debetis probationes, non aduersus se ab aduersariis adduci. *l. nimis graue, C. de testibus.* Quod adeo generale est, vt procedat quod ille, qui occultat proprium instrumentum, non dicatur esse in dolo, etiamsi veritas alias probari non posset. *Deci. hic num.* 4. secus tamen in alienis, vel communibus instrumentis, *Alexand. & Iaso. hic num.* 3. quia tunc pœna falsi teneretur. *l. Paulus, ff. ad l. Corn. de falsis*: vnde inferunt, quod notarius celans protocollum, & negans se in instrumento esse rogatum, teneatur pœna falsi. *Deci. hic numer. 6. Iason numer. 4. Alexand.* 3. Illud tamen restringitur, si diuturnitas temporis præcesserit, & Notarius fuerit bonæ existimationis & famæ, quia præsumitur obliuio ea lapsu tanti temporis, neq; falsum committitur sine dolo.

Tertio notatur, quod Reus Actore non probante absoluatur. *c. fin. ext. de iureiur, cum similibus, per Doctores ibi allegatos.* & hæc regula extenditur etiam in persona valde legali & honesta, etiamsi Reus esset malæ conditionis & famæ: nam vbi agitur de præiudicio tertii, non solum attenditur præsumptio quantitatis & legalitatis, nec propter qualitatem personæ receditur à regula iuris communis. *Deci. hic num.* 12.

Secundo, vt habeat locum non solum in ciuilibus causis, sed etiam in criminalibus. *gloss. hic in verbo, actore. Iason hic numer. 5. Deci. hic num.* 13, quod extenditur in
3 causa criminali † etiam ciuiliter mota, quia nô defertur ei iuramentum in defectum probationis, etiamsi Actor pro se haberet præsumptionem, sed Actore non probante, Reus absoluendus est. *glo. in c. tam literis, in verb. probata, de testibus.*

Tertio extenditur vt procedat, etiamsi constaret Reum nullum ius habere penitus, quia solum ius Actoris consideratur. *l. fin. infra de rei vendicat.*

Quarto hæc regula locum habet, etiamsi Reus onus probandi in se assumpsisset, aut se astrinxisset ad aliquid probandum. *gloss. in l. circa, vbi Bartol. numer. 2. ff. de probat. Ias. hic numer. 5. Deci. numer.* 15. Ex hac extensione siue ampliatione sequitur, quod Bartoli doctrina, volentis, quod quando aliquis se adstrinxerit ad aliquid probandum, & non probet, perdit causam, *Bartol. in l. 1. §. item quæsitum. ff de aq. quotid. & æstiua.* dextre intelligi debeat, quia illa regula solummodo in Actore, & non Reo procedere traditur. *Ias. hic num. 5. Bart. in l. Diuus. ff de re iudicata.*

Quarto extenditur, etiamsi probationes ab vtraque parte essent pares, quia in dubio pro Reo solet pronunciari, *cap. ex literis. de probat.* sed quomodo hoc procedat, latius explicat Decius *in allegato capitulo*, ad quem studiosos remitto. *Deci. ibi, num. 5. 6. & 7.*

Vltimo extenditur, quod Reus definitiue debeat absolui. *gloss. in verbo, locum, in fin. in authent. qui semel, C. quomodo & quando iudex sent. fer. deb. præsent. partibus, vel vna parte præsente*, datis tamen dilationibus legitimis ad probandum, alias secus. *Decius hic numer.* 17. *Bartol. & Alexand. in l. properandum. §. siquidem, Cod. de iudiciis.*

Post ampliationum siue extensionum explicationem solent limitationes explicari: Doctores autem nonnulli quasdam fallentias hic referunt. *Butrig. Bald. & Salycetus hic.* Sed magis perfecte illæ tum à Speculatore *in tit. de probat. §. probare. vers. nunc ad propositum, li. 2. par. 2. num. 9. cum sequentib.* tum à glossa, *in c. 1. vt eccles. benefic. sine diminut. conferantur.* referuntur.

Primum Actore non probante, Reus, † etiamsi nihil præstet, &c. etiam non procedit in exceptione. 4
Exempli gratia: Si à te decem petam, tu exciperes, quod soluisti: vel petam fundum, quem probo meum, tu excipias de præscriptione vel transactione, vel alia exceptione, illam exceptionem Reus probare tenebitur: Nam Reus in exceptionibus Actoris partibus fungitur, vt supra quoque diximus, quod tamen dextre est intelligendû, quia tunc procedit, quando Reus excipiendo aliquid asseuerare solet, secus si excipiendo neget, vt in exceptione numeratæ pecuniæ, quia ea à Reo allegata, Actor debebit numerationem, & Reus non exceptionem probare. *l. si ex cautione, C. de non numerata pecunia.*

Secundo, quando est præsumptio pro Actore: si enim frater à fratre suo petierit partem prædii, quod fuit commune, licet autem Reus negaret illam partem pertinere ad Actorem, tamen probare tenebitur, cur ad se solummodo pertineat, *l. siue possidetis, C. de probat.* alias succumbere debet. Hinc communis, & certa illa regula traditur: Vbicunque ius commune pro aliquo facit, etiam pro eo præsumit. Talis præsumptio iuris transfert onus probandi in Reum. *c. is qui, vbi DD. extr. de sponsalibus.*

Tertio in spontanea probationis assumptione. *l. circa. ff. de probationibus.*

Quarto in iuramenti delatione, nam si Iudex detulerit Reo iuramentum, suscipere debet, quia illud probationis loco habetur. *c. si. ext. de iureiurando.*

Quinto, si quis repetierit aliquid tanquam indebitum, quod iam soluit, † regulariter debebit probare 5
indebitum, tamen si repetens sit priuilegiata persona, pupillus, vel minor, vel miles, vel agricola, aut rerum forensium expers, vel alia simplicitate gaudens, & desidiæ deditus, Reus debet probare se indebitum recepisse. *l. cum indebito. ff. de probationibus.*

Sexto, nam si Reus, à quo indebite solutum repetitur, negauerit se ab Actore pecuniam recepisse, certe Actore probante solutioné, Reum oportebit probare se indebitum recepisse. *c. fin. extr. de solutionibus.* quia qui repetit indebitum solutum, illud probare debet. Item qui negat solutionem sibi factam, siue hoc conuincatur, in eum transfertur onus probandi, quod debitam pecuniam receperit. *c. fin. ext. de solutionibus.*

Septimo, in communibus iudiciis familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, vtriusque partis probationes admitti solent. *l. secunda. §. in famili. ff. famili. hercisc. l. iudici. ff. finium regundorum. l. 2. §. 2. ff. commu. diuidun.* Cum vterque litigatorum, Actor & Reus sentiatur, prius tamen probatio fieri debet ab eo, qui ad iudicium prouocasset. *l. in tribus istu. ff. de iudiciis.*

Octauo, cum vterque asserit se possidere, vterque probet, *cap. licet, extr. de probationib. Laurent. Silua. in consil.* 18.

Nono, In crimine falsi † vtriusque partis testes admittuntur. *l. vbi. ff. ad l. Cornel. de falsis.* Exempli causa, si 6
quis petierit duo milia à Semptonio, quæ illi debebat, ipse negat debitum, producitur instrumentum ad probandum, excipitur contra instrumentum de falso: nunc quæstionis est, quis eorum probare debeat. Respondendum est, aut ciuiliter, aut criminaliter agitur de falso. Si ciuiliter, aut instrumentum illud est primo intuitu suspectum, vel cancellatum, vel corrasum,

sum, vel in aliqua sua parte abolitum, vel tabellio consueuetit falsas conficere scripturas: Tunc ille qui producit instrumentum, ptobare tenebitur. *l. iubemus*, C. *de probationibus*. Aut non est suspectum, & tunc excipiens debet illud probare falsum esse, *vt hic in lege nostra*. Si autem criminaliter de falso ageretur, tunc vterque debet probare, primo tamen excipiens, & postea producens. *d. l. vbi*.

Decimo, in crimine læsæ maiestatis, aut proditæ patriæ, aut peculatus, aut sacramenti militaris deserti, vtriusque partis testes admittuntur. *l. fin. circ. fi. C. de abolitio*.

Vndecimo in negatiua, quæ habet in se affirmatiuam implicitam, quia illa à Reo probanda est, vt si dicam, nō sponte renunciaui alicui beneficio: iam enim implicite affirmo, siue inficiando assero me vi aut metu renunciasse, & hoc probandum est. *cap. super hoc. circa fin. ext. de renunciat.* Item si nego testatorem fuisse sanæ mentis, quia negando implico eum fuisse alienum à sana mente, & ideo id debeo probare. *l. si idem codicilli*.
7 *C. de codicillis*. Scio autem, quod Oldendorpius† plures limitationes, siue potius declarationes retulerit, sed si quis exactam traditionem illarum regularum, & explicationem, qualiter negatiua sit probanda, cognoscere voluerit, legat Oldendorpium *in tractat. de probationibus dictorum factorumque apud iudicem præstandis, in 5. volum. tractat. aut in variarum lectionum libris, &c.* & Martinum de Fano *in tractat. qualiter negatiua probetur, in eodem 5. volum. tractat.* Item Fridericum Schenck ibidem.

Porro cum Imperator in hoc textu nostro dicat, neque iuris, neque æquitatis rationem permittere, vt alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat, vt hic in l. nost. eius materiæ faciendæ quoque nonnullæ limitationes, quo facilius discentes materiam intelligant. Alexander de Imola octodecim retulit fallentias *in l. fina. hoc tit. nost. numer. 5. cum sequentibus*, cuius ordinem nos sequemur, licet non ignorem alios aliter explicare solitos. *Decius ibidem Zas. in l. prima. § editiones. num. 12. cum seq. Bartholo. Soci. in tractat. fallent. fallent. 112.*

Primo non procedit in legatario agente contra heredem ad legatum, & petierit per heredem exhiberi testamentum, quia illud heres exhibere tenebitur, *tot. titul. ff. de tabul. exhibendis.* Qua ratione, & cum quo temperamento hoc intelligi debeat, explicatur à Zasio nostro *in dicto §. editio, numer. 21. & in l. sequent. si legatum, numer. 4. cum sequentibus.* Et obseruetur textus *in l. 3. dicto titul. ff. de tabul. exhibendis.* vbi I.C. Vlpianus inquit in §. 10. Solent autem exhibere tabulas desiderare omnes omnino, qui quid in testamento adscriptum habent.

Secundo non habet locum, vbi actor peteret à Reo, vt exhiberetur illi instrumentum ipsius Actoris proprium, ratione dominii, vel commune. *l. si qua. ff. famil. herciscundæ.* Dicuntur autem instrumenta communia, quia quilibet habet principaliter causam dominii. *Zasius in dicto §. edit. numer. 19.* Illud tamen non intelligendum est, si ratione vtilitatis solum instrumenta essent communia, tum ille non cogeretur, qui redemit instrumentum à Notario, alteri edere, cum suum sit proprium. *Alexand. in l. procurator. hic nost. titu. numer. 2.*

Tertio non procedit, vbi agens habet causam à Reo, quia tunc ratione illius causæ petenda est editio. *l. Titius. 2. l. creditor. ff. de act. empt.*

Quarto, vbi ab Actore eius intentio semiplene probata esset. *Bald. in l. fin. hoc nostro tit. num. 6. Alexan. ibidem num. 10.*

Quinto non procedit in iis omnibus, quæ in iudicio solent produci. *l. 1. §. edenda, ff. de edendo.*

Sexto in argentariis, hoc est numulariis, & similibus, qui mandato partis ex officio scripturas conficere solebant, illi edere coguntur Actori, vt fundet actionem suam. *l. argentarius ff. de edendo.*

Septimo, vbi contractus fuerit celebratus, de cuius natura tenebatur Reus facere rationes, vel similes scripturas. *l. quadam. ff. eodem.*

Octauo, si Reus, mandante Actore, illas scripturas conscripsisset. *d. l. argentarius in princip. ff. eodem.*

Nono in fisco, cui agenti Reus edere tenetur. *l. 3. ff. de edendo, l. 2. §. Diui fratres. ff. de iure fisci. Deci. in d. l. fin. numer. 14.* Quæ limitatio rursus restringitur, vt non procedat in causis criminalibus & habentibus causam à fisco, vt sunt gabellarum conductores, nec in fisco contra fiscum, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum. Item in fisco contra Ecclesiam. *Add. ad Alex. in d. l. fin. versicul. in fisco agente, DD. & maxime Deci. in d. c. 1. de probationibus.*

Decimo in causa matrimoniali, quia illud fauore matrimonii recipitur. *Decius in l. fin. num. 14. Alexan. numer. 16.* & quidem hoc competit illis solum, qui matrimonium defendunt, & non aliis qui impugnarent matrimonium, alias quod in fauorem introductum esset, retorqueretur in ipsius odium, *l. quod fauore, C. de legibus.* Illud tamen restringitur, nisi allegaretur perpetuum impedimentum ad matrimonium dissoluendum, quia tum ageretur de fauore animæ, vt periculum animæ euitaretur: nam in eo casu editio fieri debebat impugnantibus matrimonium, cum non sit minus fauorabile matrimonium contractum dissoluere, quam alias legitime contractum conseruare. *Decius in c. 1. de probationibus, num 16.*

Vndecimo in vsurario conuento. *§. cæterum, in c. vnico, in Clement. de vsuris, quod Decius latius explicat in d. c. 1. num. 20. cum sequentibus.*

Duodecimo in publicano, nauta, caupone, stabulario, quorum genus est improbum, ideo ad similitudinem vsurarii edere tenentur. *Alexan. in l. 1. hoc tit. numer. 3.* Quia in ista materia editionis à similibus ad similia proceditur, quod latius explicatur à Decio, *in d. c. 1. numer. 25.* Hinc quæri solet, an mercatores nostri temporis ad similitudinem argentariorum, rationum suarum codices exhibere teneantur: licet enim de hac sint diuersæ & discrepantes Doctorum sententiæ: *Decius in dicto c. 1. numer. 27.* Tamen communiori suffragio Doctorum receptū est, quod exhiberi debeant. *Iacob. Butrig. Bartol. Ange. & Salic. in l. 1. C. de edend. Abbas in cap. 1. de probat.* Quam communem doctrinam Decius restringit, & nonnullas limitationes retulit *in dicto c. 1. numer. 28.*

Decimotertio inquit Alexander, hoc non procedere, vbi ageretur pro alimentis, vel pro dotibus, vel legatis ad pias causas, vel libertatibus, seu pro ecclesiis, vel hospitalibus, & similibus multum priuilegiatis, quorum causæ videntur æquiparari causis fiscalibus. *Alexan. l. fin. num. 19. Decius in dicto c. 1. numer. 17. cum sequentibus.*

Decimoquarto hæc nostra conclusio secunda non procedit, quando ex aliquo facto, inter Sempronium & Titium instrumentum esset inutile apud Sempronium Reum, & sic Titius Actor petierit illud edi, quia

illi vtile esse posset, edi oportere *tradit Alexander in dictа l. final. numer.* 20. Exempla allegantur tum *in capit. 2. vt lite non contest.* tum *in l. dissoluta, C. de condict. ex lege.*

Decimoquinto tradit Alexander hanc conclusionem nostram non procedere *in dicta l. final. numer.* 21. vbi ratione peccati, de quo quis argueretur ex retentione instrumenti, quispiam procederet, & aliqua præsumptio & fides fieri posset, quod Reus haberet instrumentum, quia tunc officio Iudicis, vel saltem per denunciationem Euangelicam edere compelleretur. *argu. c. nouit. ext. de iudiciis.*

Decimosexto, vbi Iudex ex officio, existente aliqua causa, cogeret Reum ad edenda instrumenta Actori, vt si Actori copia probandi, sine eius tamen culpa, periisset. *Alexan. in d. l. final. numer.* 22. *Dd. in d. c. 2. & ibi Decius numer.* 31.

Decimoseptimo in duplicibus iudiciis, in quibus quilibet edere aduersario tenetur, cum quilibet dicatur Actor & Reus. *l. inter heredes. §. qui familiæ. ff. famil. hercisc.*

Decimooctauo & vltimo, in actis iudicialibus, scilicet *l. 2. hic nost. tit.*

Glossæ per relatas ampliationes & limitationes sunt declaratæ, & non difficiles.

Scio autem quod plures materiæ atque quæstiones hic tradi possent, videlicet, an in casibus, in quibus quis tenetur edere propria instrumenta Actori, is debeat contribuere ad expensas instrumentorum. *Alexander in dicta l. final. numer.* 24. *Bald. in l. fin. C. de condict. ex lege.* Item quando actio, vel quando accusatio dicatur instituta. *Alexander in hac lege nostra, numer. sexto, gloss. t. Instit. de public. iudiciis.* Item si notarius conui-
8 ctus † fuerit de dolo, an teneatur de damno & interesse, quæ solo iuramento probabuntur, *Alexander hic numer.* 8. Vltimo, quando lex mentionem facit de probatione, an intelligatur de plena nec ne. *Decius & Iason. hic circa finem*, atque eius generis aliæ doctrinæ vtiles & in praxi frequentes: sed illæ alibi perfecte, *in capit. prim. ext. de probat. vbi dicemus, & tot. titul. ff. & C. de edendo*, traduntur & tractantur: quare ne metas & limites videamur egredi, hæc pro declaratione legis nostræ sufficiant.

IN L. PACTVM QVOD DOtali. C. de pactis, D. Laurentius Kirchoff, V. I. D.

SVMMARIA.

1 *Pactum, quod liberam potestatem testandi aufert, non valet.*
2 *Dos multa habet priuilegia.*
3 *Per Epistolam declaratur voluntas.*
4 *Reciproca donatio inter coniuges valet.*

INterpretaturi l. pactum quod dotali, *C. de pact.* retinebimus summarium Alexandri, tanquam magis perfectum, quam reliquorum: Pactum, per quod instrumento dotali promisit filiam suam æqualiter insti-
1 tuere cum fratre, non † valere: quia Alexand. *hic num.* 1. aufert liberam testandi facultatem.

Hinc infertur communi DD. voce & approbatione, non valere pactum per quod libera testandi facultas impediretur, *Bartol. & Alexand. numer. 2. Curt. & Deci. num.* 1.

Propterea decipitur ille, qui contemplatione talis pacti duxit vxorem alicuius filiam. *Ias. hic numer. 1. post Bald. & Salycetum*, etiamsi iuramento tale pactum esset confirmatum. *Bartol. & Decius hic numer.* 2. quia non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, *cap. obligatorium. ff. de regul. iur. in 6.* & hoc propter duas. *Iason hic numer.* 1. vel potius tres. *Curt. hic. numer.* 1. rationes: quarum vna est, quod illud pactum dicatur esse contra bonos mores. *l. ex eo. Cod. de inutilibus stipulat.* Altera, quod per istud pactum affirmatiuum de succedendo inducatur votum captandæ mortis. *cap. 2. & 3. de concess. præbendæ in 6.* Tertia, quod per talia pacta & iuramenta auferatur parentibus & paciscentibus libera testandi facultas, *l. stipulatio ista. ff. de verborum obligatio. vbi I. C. Iulianus inquit: Stipulatio hoc modo concepta, si heredem me non feceris, tantum dare spondes, inutilis est, quia contra bonos mores est hæc stipulatio.*

Propter hanc doctrinam reprehenditur D. Baldus, qui voluit pactum illud valere, quando iuramentum interueniret. *Bald. in capit. 1. §. moribus, in titul. si de feud. fuer. cont. int. dom. & agnat.* communis tamen Dd. sententia contrariam opinionem approbat. *Alexan. & Iason hic numer. 2. Deci & Curt. numer.* 3. Quod adeo generale est, vt non solum in pacto simplici, sed etiam stipulatione interueniente procedat. *dicta l. stipulatio ista, & d. l. ex eo.*

Porro tertio extenditur, vt non valeat etiam cum filia, quæ ab intestato erat successura. *Decius hic numero quarto.*

Quarto extenditur, vt ista libera facultas per partem tolli non possit. *l. si fratres, §. idem respondit. ff. pro socio.* Papiniano I. C. dicente: Idem respondit, societatem non posse vltra mortem porrigi, & ideo nec libertatem de supremis iudiciis constringere quis poterit, vel cognatum vlteriorem proximioribus præferre.

Quinto extenditur etiam in contractu dotis, quia licet dos multa † priuilegia habeat. *l. 1. vbi DD. ff. soluto matrimonio*, hereditas tamen non potest dari per 2
pactum etiam in causa dotis, *Imperat. Diocletiano & Maximiano volentibus.* Hereditas extraneis testamento datur: cum igitur affirmes dotali instrumento pactum interpositum esse vice testamenti, vt post mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quæ dotis titulo tibi non sunt obligata, intelligis nulla te actione posse conuenire heredes, vel successores eius, vt tibi restituantur quæ nullo modo debentur. *l. hereditas, Cod. de pactis conuentis.* nam magis fauorabilis causa liberi arbitrii in testatore quam causa dotis. *Iason hic numero 6.*

Sexto extenditur, vt non subsistat tale pactum, etiam per indirectum & per modum condictionis. *dicta l. stipulatio. Decius hic num.* 7. quia cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, *c. cum quid, de regul. iuris in 6*, & quod prohibitum est pure etiam videtur prohiberi sub conditione. *l. Seius & Agerius, vbi DD. ff. ad l. Falcidiam.*

Septimo extenditur, vt etiam ex tali pacto oriri non possit naturalis obligatio, vt hic, quia quando lex prohibet, & resistit huic pacto, non potest oriri naturalis obligatio. *Deci. in leg. pacta quæ contra, sup. hoc titul. nostro, numer.* 3.

Octauo extenditur, vt etiam per viam Laudi, hoc est, arbitri sententiam, & facultatem arbitrio datam, & compromissi, talis facultas & libertas impediri non possit. *Deci. hic nu. 7. & in cons. 11. in 1. parte.*

Nono

Nono extenditur, vt non procedat de Auantagrando filios masculos vltra fœminas, hoc est, vt locum noo habeat parentum contentio de æqualitate seruanda inter liberos vtriusque generis, quia est pactum de succedendo ratione fœminarum, *Decius numero 7.* Eo tamen modo valere tradit Decius per multa optima iuris fundamenta, si ad modum dispositionis ioter viuos factum fuerit, ita tamen, vt iotegra parentibus remaneat testandi facultas, *Dec. in consil. 184. in prima par. consiliorum.*

Vltimo, extenditur secundum Baldum, vt tale pactum locum non habeat, vbi Sempronius dolo aliquem induxerit ad accipiendam filiam eius io matrimonium, sub spe pacti, vt illi succedere debeat, licet postea motauerit suam voluntatem, & promissionem factam, tamen de eo actio institui oon potest, *Bald. in l. cum Arthemidoram, infra, vt in possess. leg.*

Porro, quamuis Decius sententiam Baldi, volentis pactum illud à statuto & coosuetudine approbari posse, defeodere cooetur. *Decius hic num.* 10. Tamen Alesandri de Inola, & aliorum sententia contraria verior est. *Alexand. hic num. 4. Curtius num. 5. & 6.* quia illud, quod non potest fieri pacto iuramenti firmato, eo, quod sit contra bonos mores, nec statuto, nec consuetudine iotrodnci potest, *Bar. in l. omnes populi. num. 26. ff. de iust. & iur.*

Quare Bartoli sententia, & iura per eum allegata, suot restringenda ad pactum oegatiuum de non sueededoo, quod bene non solum iuramentum firmari solet. *cap. quamuis de pactis. in 6.* sed etiam consuetudine vel statuto, quia tale pactum de non succedendo, non inducit votum mortis alienæ, oec tollit liberam testandi facultatem, *Alex. in consi. 28. in 3. lib Hiero. Schurpff. in consi. 96 num. 20. in prima centur. & in consi. 95. n. 5. in 3. centur.*

Et hac ratione textus noster in pacto negatino non iotelligitur, multo minus procedit in pacto negatiuo, vbi iuramentum accesserit, vel consuetudo vel statutum extiterit.

Secundo, Decius putat legis nostræ conclusionem nō iotelligi oportere in pacto facto de quibusdā bonis, vti de aliquo castro vel domo, quia illud pactum valere posset, nec tali casū ageretur de successione vniuersali, oec de hereditate, nec de quota hereditatis. *Decius in consil. 225. numero 4. in 2. part. consil. Dec. hic. num. 10. vers. 2. limitatur.*

Alexander voluit in casu legis nostræ, & hæc potest esse tertia limitatio (quam Ias. hic numero 3. primam statuit) quod si pactum factum cum filia, pater ab intestato, nullo testamento condito, decesserit, & statutum extiterit, extantibus filiis fœminæ patri decedenti, non succederent: tum eo casu filiam ratione illius pacti, non refragrante seoteotia Pauli de Castro, qui contrariam doctrinam veriorem esse putat, versiculo *sed pone, cum fratribus succedere. Alexand. hic. num. 5.* quia pa-
3 ter quocuoque modo per epistulam † vel aliter potest declarare voluntatem suam, qua ratione liberi inter se succedere debeant, *l. fin. C. fami. hercisc.* nam illis non minus fauendum erat (diceote Decio) quam militibus: secus vero in aliis extraneis, licet ipse videatur sequi Castrensis sententiam. *Dec. hic ver. tertio limitatur.*

Adde, licet quod illud pactum non valeat inter liberos, quantum ad auferendam & tollendam patri liberam testandi facultatem attinet, tamen alio postea testamento non eoodito, valere potest in vim vltimi iudicii, *d. l. fin. C. fam. hercisc.*

Quinto, restringitur textus noster in pacto de succedendo, pertinente ad faoorem piæ causæ, *Alexander hic numero 4.* Noo obstante eo quod Ludouicus Romanus de iore dioersum responderit in *authent. similiter, infra ad legem falcidiam.* quia sicuti non procedit in milite, qui non cogitur obseruare dispositionem iuris communis, eadem ratioo e io dispositione ad pias causas, non seruantur ea, quæ per ius ciuile statuuntur, *c. cum esset relatum. c. de testa. & per ea qua nota. in l. 1. supra de sacrosanct. eccles.* Quamuis Decius & Alexaod. hanc sententiam impugnant, *Decius hic in l. licet, inf. hoc titul. nostro, num. 4.* tamen Alexandri sententiam, excepta filiorum legitima, sequor, quam Curtius etiam non improbat, *numero 11.* hic, quia anima cunctis rebus est præferenda. *l. sancimus. supra de sacrosanct. eccles.* licet Hieronymus Burigella alias responderit, *dict. l. stipulatio hoc modo, numero 15. 16. ff. de verborum obligationibus. in 6. volum. repetit.*

Vltimo, etsi liberum sit vnicuique contrahere, vel non contrahere, *l. sicut. C. de actio. & obligat.* tameo si aliquis se astringat ad contrahendum sub pœna iam cogitur contrahere, aot soluere pœoam. *l. si pœnam. ff. de verbor. oblig.* Et hoc procedit in vltima voluntate, qoia nemo potest se restriogere sub pœna, vt iostituat heredem Paulum, vel alium quempiam, *DD. in l. si pœnam in dicta leg. stipulatio Decius hic circa finem.* Sicut etiam in matrimooio nemo potest se astringere sub pœna ad contraheodum cum aliqua persona matrimonium, quia libera debent esse matrimonia, *l. Titia. ff. de verbor. obligationibus cap. gemma, de sponsalibus.* In glossis nulla est difficultas, sed dubitatur, cum quo illud pactum, de qoo facit lex nostra mentionem, initum fuerit: licet glossæ & nonnulli Doctores existiment textum nostrum esse intelligendum in pacto facto inter patrem & filiam. *Cynus circa finem*, & non inter generum & socerum: ego tamen Curtii sententiam sequor, existimantis, textum intelligi posse, tam in genero paciscente, quam in filia, *Curt. hic. num. 14.* quam & Baldus non improbat *in d. l. Arthemidoram.* quia etsi nemo posset alteri, vt maritus vxori, stipulari & acquirere, *l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligatione. §. alteri Instit. de inutilibus stipulat.* Illud tamen restringitur, quaodo stipularetur dari tertio, secus si stipolaretur sibi dari alterius vice & nomine, *gloss. & Doctores in l. huiusmodi, vbi Iason nu. 17. ff. de legat. 1.*

Porro possent hic nonnullæ quæstiones vtiles tractari, legi nostræ tamen non conuenientes: licet enim pactum, per quod impediretur testandi libertas, de iure non subsistat, tamen pactum, quod certæ res non deuoluantur ad certum genus personarum, de iure est efficax & validum, *l. codicillis. §. matre. de legat. 2. Ioannes Campeius in tractat. de dote. in §. septuag. quaro. num. 1. in 6. volu. tractat.*

Item, an donatio reciproca facta inter coniuges, quod constaote matrimonio si contingat alterū præmori, superstes habeat bona, valeat, Respondit Iason post Cynum, & reliquos DD. eam valere, *in l. si pater puella, nu. 2. C. de inoff. test.*

Item, si filia, viueotibus fratribus, iurauerit † patri, 4
quod erit dote contenta, nec ei succedere velit, iuxta *not. in c. quāmuis de pact. in 6.* Quod si post fratres moreretur, oon obstante iuramēto præstito, succedere poterit. *Lud. Rom. in l. pactum quod dotali, infra de collat. & in l. qui superstites. ff. de aequ. hered. authent. Bauerius in tract. de virt. iuramenti, nu. 127. in 5. volu. tract.*

D. Laurentius Cœmeterus (vulgo Kirchoff.)

CONSILIVM

Dn. Ioannis Rudelii, Doctoris & Syndici Reip. Lubecensis.

ARGVMENTVM.

Argumentum & species facti in causa matrimoniali quadam, hoc consilio narratur: & concludit dominus consulens, vt inibi cernitur, nempe secundum Canones & iura statuendum esse.

57 negotio † præsens sit, sed qui in eodem territorio vel
ciuitate est præsens, *iuxta Bar. in l.2.§. vbi duo rei.ff. de duo.
reu.* Vnnd solt billich die Mutter innerhalb Jaresfrist
58 hierinnen jhr Gemüth erklärt haben / nam si † annum
labi patiatur, prout lapsus est, tacite consensisse cense-
tur, *d.c. Titius filios.fi de feud.cont.*

Zu dem ist nit vonnöthen gewest / dz man dem Otho-
ni diesen Kauff selber denuncijren vnd verkündet müs-
59 sen. Cum (vt supra dictum est) minor fuerit, & † nul-
lum consensum habuerit, & in 25. annum adolescentes
60 curatorum auxilio regantur, nec suæ rei † administra-
tio eis committi debeat, quamuis bene rem suam ge-
rant, *l.1.circa fin.ff de min. 25.an.* Darumb er dann hierzu
weder ja oder nein sagen kondte / citra curatorum cõsen-
sum vnd hat Herr Johan nit warten müssen / biß Otho
zu seinem Alter keme / maxime, quod periculosissima
rum essent tempora, darumb gnugsam gewesen / dz sol-
cher Kauff / wie Otho selber gestehet / seine Brüdern vor
sie vnd als Vormündern Othonis sey angebotten wor-
61 den / Denuntiatio † enim eiusmodi amicis vel vicinis
saltem facta, sufficit, *secundum Matth. de Afflict. in §. vt inf.
triginta.numero 33. de iure protomiseos. vna cum dicto Vlpia-
ni in l. aut qui aliter. §. primo. ff. quod vi aut clam.* Et si for-
te (inquit) non sit, cui denuntiet, neque dolo malo
factum sit, ne sit amicis, denique aut procuratori, aut
ad domum denuntiandum est, & sufficit vnica denun-
tiatio tantum, vt in nostro casu, *secundum gl. in l. mora.ff.
de vsuris.l. Titio.§. Seio.§. vsuras.ff. de legat.2. l.procurator. §.1.
ff de oper. noui nun.*

Dz aber Otho meynet / seiner Brüder Consenß künd-
te jm nicht nachtheilig seyn / dieweil jrer keiner derhalben
kein special Mandat gehabt hab / ist leichtlich zu widerle-
gen / denn nach dem auß dem vorigen erscheinet / daß die
Brüder tutores gewesen / auch dafür zu achten seyn / tu-
62 tela † ipsa mandati locu erit, nec constitutum est, tuto-
res pupillorum mandatis astringi, verum pupillos tu-
63 torum † autoritatem sequi æquum est, *vulgatis iuribus.*
ii enim absq; omni mandato pupillorum causas agunt,
64 quæ † potestas non à pupillo, sed iure ciuili proficisci-
tur, vti ex definitione apparet.

Nun wirfft Otho in seinem sechsten Fundament für /
wie er der zeit vnder seinen jaren gewesen / vnd derhalben
durch diesen Kauff mercklich lædirt / darumb billich vnd
von Rechtswegẽ widerum̃ restituirt werden sol / welches
Fundament ob es schon einen Schein hat / helt es doch
auffs lest in diesem fall sich nicht / sondern felt sam̃t dem
andern / vnd das auß folgenden gegründten Vrsachen:

Primo enim, vt iam demonstratum est, minori sine
65 pupillo † contra factum tutoris vel curatoris legiti-
mum iura non succurrunt, nec patrocinantur, vt hoc
latius infra persequemur.

Secundo, non succurrunt, vbi per restitutionem
lucrum quæritur, Paul. *in l. sciendum. ff. ex quibus causis.*
Sciendum est (inquit) quod in his casibus restitutio-
nis auxilium damus, in quibus rei duntaxat persequen-
dæ gratia quæruntur, non cum & lucri faciendi ex al-
terius pœna vel damno, auxilium sibi impartiri deside-
rant. Addit postmodum *in l. sciendum. eodem titulo.* sic-
ut enim Prætor eos damno affici non vult, ita lucrum
66 facere non patitur, cum † aliena enim iactura nemi-
nem locupletari constitutum est, *vulg. regul. cum mul-
tis similibus.*

Daß aber nun Otho Gewinn sucht / ligt am tage / die-
weil er vnd seine curatores im anfang deß Kauffs / vnd
in gefährlicher zeit die Schöneweidt zu kauffen abge-
schlagẽ: Jetzo aber / nach dem besserung eingefallen / auch
Herr Juon dz Gut widerumb auffbracht / vnd in guten
baw gestellet hat / an sich zu bringẽ / vnd zu lösen begeren.

Tertio, restituuntur minores, si † læsi fuerint, *iuxta* 67
*Bart. in l. Polla. C. de his quibus vt indig. & toto titul. de in in-
tegrum restitu. minor.* & nulla † restitutione opus est, vbi 68
non apparet læsio.

Nun hat aber Otho weder in erster noch anderer In-
stanz jhe einige Læsion anbracht / oder bewiesen / daß er
durch Vnterlassung deß Kauffs ärmer vnd lædirt wor-
den sey.

Cum igitur pauperiorem se factum non probauit,
certe etiam locupletior factus præsumitur. *Bar post gl in
l.3. §. Imperatores.ff. mandat.* nec quod minor est, statim se
circumscriptum docuit, *l. minoribus C. de minorib. l. nam
postea §. si minor. ff. de iureiur.* Darzu hat Otho gemeldte
Schönewеidt nie eingehabt oder besessen.

Zum vierdten kan auch Otho nit restituirt werden /
auß Vrsachen / dieweil er keinen dolum vnd Betrug jhe
angezeigt oder bewiesen hat / Vnde, nisi † aut euidẽs do- 69
lus, aut enormis læsio probabitur, cõtractus semel ini-
tus facile rescindi non debet: minoribus enim ita &
simpliciter non subuenitur, nisi causa cognita probe
decepti esse probentur, *l. in causæ cognitione. ff. de minorib.*
quem dolum minor probabit, *l. verum. §. sciendum. ff. de
minor.* Vnde Paul. Iurisconf. *in l. quod si minor. §. non sem-
per. ff. de minoribus.* inquit: Non semper ea, quæ mino-
rum causa geruntur, rescindenda, sed ad bonum & æ-
quum redigẽda sunt. Itaq; nisi aut † manifesta circum- 70
scriptio, aut quod negligenter in ea re versati sunt, præ-
tor interponere se non debet.

Zum fünfften / sol Otho nicht restituirt werden / quia
iam contractus dudum legitime est perfectus, & res
non est integra, *argum. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de min.*
Si quis Scæuola (inquit) iuuenili leuitate ductus, omi-
serit † vel repudiauerit hereditatem, vel bonorum pos- 71
sessionem, siquidem omnia integra sunt, omni modo
audiendus est: Si vero iam distracta hereditate, & ne-
gotiis finitis ad paratam pecuniam laboribus substitu-
ti veniat, repellendus est. Quanto igitur magis nostro
casu Otho repellitur, vbi negotia cum tutoribus antea
rite finita sunt.

Sexto, cum Otho iusta de causa non, sed voluntaria
absentia abfuerit, † restitutionis auxilium non conse- 72
quetur, secundum Bald. *in l. non ab eo. C. quomo. & quand.*
vbi voluntariæ absentię patrocinium restitutionis non
attributum esse dicit. Voluntaria † autem eius absen- 73
tia inde apparet, quod necessario se abfuisse Otho non
probauit, & licet de restitutione maiorum hæc dican-
tur, nostro tamen casu propter identitatem rationis
etiam locum habebit.

Septimo cessat restitutio, vbi æquitas cessat: Atqui
nostro casu æquitatem cessare manifestum est, nimi-
rum † contractum rite perfectum rescindi, *l. nec vtilem.* 74
vbi Bar. ff. ex quib. caus. maior.

Octauo apparet, Othonem dolo eo vsque tacuis-
se, quod Belprati bona tum temporis sterilia & incul-
ta videret, nam & dolum † tacendo committi consti- 75
tutum est, *l. tenetur. §. vltimo. ff. de action. empt.* Merito
ergo nunc Othoni nocere debebit, quod in aliorum
deceptionem tacuerit, *gloss. in l. prima. §. sed etsi qui do-
mini. C. de Latin. libert. tollen. quã allegat l. si fine. C. ad Sena-
tusconsult. Vellerian.*

Auß diesem allem nun endlich zu schliessen / dz Othoni
sein vermeynte Angeben / der Restitution halben / nit kan
oder

oder mag fürträglich seyn / doch meynet vnnd gedencket
Otho sich auch hierinn zu behelffen/nemlich/ dieweil kein
decretum iudicis zu diesem letzten Kauff / oder bey Ab-
schlagung desselbigen/komen/ oder interponirt worden/
sol jhm derhalben die Hülff der Restitution noch vnbe-
nommen seyn/welchs jhm doch nicht vorträgt. Cum de-
76 cretum iudicis tunc interuenire debet, cum † res, quæ
iam pupilli sunt, alienantur, non vbi de nouo, & sic de
lucro captando agitur, vel prædia emuntur.

Wie nun diß Othonis fürbringen mit nicht bestehen
kan / also mögen jhn auch seine zwey letzte Fundament
nicht helffen / welcher gleichsfals keines bewiesen wor-
den / dann / wie gesagt / Otho jhme selber darinnen zu-
wider/ in dem er in Actis gesteht / dieser letzte Kauff sey
seinen Brüdern angebotten worden/vnnd sie haben jhn
nit annemen wöllen: Anderswo aber wendet er für / sie
haben demselbigen beygesprochen/ so baldt sie jhn erfah-
ren haben/welche zumal einander zuwider seynd.

Also hat auch Otho nit bewiesen einige hinderlegung
deß Kauffgelts / wie sich denn von Rechtswegen eignet
vnd gebürt hat/wo er Otho den Kauff rechtmessig retra-
ctieren oder widertreiben hette wöllen / vnd ist bey diesen
Puncten Otho in den Actis jme gantz zuwider/darumb er
denn von dem Richter derhalben nit gehöret werden sol.

Erstlich gibt er in seinen exceptionibus contra gra-
uamina für/es sey das Gelt oder pretium långst vnd zu-
vor/ehe die Brüder die Action instituirt/hinderlegt wor-
den/welches jhe diesem zuwider/da sie vorgeben/dz Gelt
sey hinderlegt worden / so baldt sie in Erfahrung deß
Kauffs kommen.

Wo nun das Gelt vor dem Kauff erlegt worden/ se-
77 quitur, depositionem † factam, non huius contractus
gratia, sed propter aliud, fortassis custodiæ causa, gieng
also derhalben diese vnsere sache gar nicht an/ necesse e-
78 nim † fuit causam, id est, venditionem præcessisse de-
positionem.

Wo aber nach beschehenem Kauff die Deposition
geschehen / welches Herr Iuo nicht gestehet / so ist doch
solche Deposition durch Othonem nit beybracht oder be-
wiesen worden / Auch ob sie schon geschehen / were es
schon zu spâth gewesen/ quia post lapsum annum.

Item / so sol das pretium, præsertim in contractu
emptionis, an bahrem Gelt erlegt werden/welchs auch
nicht geschehen / denn Otho selber gestehet / es sey Gelt/
oder Gelts werth/als Brieff/erlegt worden. Verum au-
tem nunc est, in contractu emptionis pretium & pe-
79 cuniam numeratam † interuenire debere, non res a-
lias, nam tunc non emptio, sed permutatio, vel alius
contractus existimaretur. Igitur necesse est contra
consuetudinem, & contractus naturam, pecuniam (si
qua tamen deposita est) fuisse depositam: Deposi-
tionem propterea nullius momenti esse, & non va-
lere.

So ist auch zum dritten Landtbräuchlich vñ statuirt/
80 vt pecunia deposita in euitum litis † relinquatur, nec
eximatur, alias censeri eximentem ius suum reliquis-
se, & ab eo destitisse. Dann es bekennet Otho selber/ dz
solch Gelt/so viel dessen in der Truhen gewesen/der Kö-
niglichen Wür. zu Dennemarck sey geben worden/ auff
81 Pension / per quod † liti renunciatum, item & causæ.
Vnd ligt nichts daran/ daß Otho sagen vñ fürwenden
wil/ Königliche Wirde hab es selber genomen/dann sol-
82 ches ist vermuthlich / quod Rex vi & autoritate † pro-
pria ita alienum contrectet. So hat auch zum zweyten
83 solches Otho nicht bewiesen / & tertio videtur † ratum
habuisse, quia annuum inde censum acceperit.

Zum vierdten / sol die Hinderlegung † geschehen an 84
dem Orth/da der Contract ergangen/ aut vbi bona liti-
giosa sunt, quod etiam neglectum est.

Vber das nun alles haben Caspar vñ Melchior eben
diese Rechtfertigung vnder sich vnd Othonem vormals
auch angefangen/wie das Otho in seinen Exceptionib.
selber/so er replicas nennet/bekennet/aber doch widerumb
in ansehen/daß sie nichts darmit erhalten mögen/fallen
vnd ersitzen lassen/ quare actio semel † sopita, nunc am- 85
plius resuscitari non potest, *l. Mauius. §. duobus. & ibi
Bartolus. ff. de legatis secundo.* Sonderlich aber / dieweil
gemeldte Brüder / wie oben angezeiget / einmal diesen
Kauff pure & simpliciter abgeschlagen / vnnd nicht
thun wöllen. Si igitur semel illis placuit, amplius dis-
plicere non potest, & satis absurdum est, redire ad
hoc, cui semel renuntiandum putauerint, cum despe-
rauerint ad alia conuolare. Quas iniquitates Iudices
ferre non debent, & Imperator indignum iudicat, vt
quod quisque sua voce dilucide protestatus est, id in
eundé casum infirmare, testimonioq; proprio resiste-
re, *l. generaliter. C. de non num. pecun.*

Cum igitur ex supra dictis omnibus appareat, ven-
ditionem hanc secundam fratribus Othonis, vt agna-
tis & tutoribus minoris, etiam oblatam & denuntia-
tam fuisse, eosdem vero ob iustas causas, bella scili-
cet tum temporis, nec sibi, nec fratribus, vt pupil-
lo emere voluisse, idque sine dolo malo à tutori-
bus factum, quod pupillarem scilicet pecuniam ia-
ctare nollent, vel non possent; eá in alia prædia
collocata. Item, & matrem, etsi tutrix fuisset, sal-
tem tacite contractui huic consensisse: præterea &
tempus, infra quod alienatio reuocari debuerat, la-
psum, supradictamque denuntiationem fratribus O-
thonis factam sufficere, neminemque alium ex agna-
tis fuisse, qui hæc bona Belprati sibi emenda puta-
ret. Sequitur, Iuonem iuste, rite & legitime ad hunc
contractum venisse, eundemque modo minime re-
scindi, aut retractari debere, maxime, quod à Regé
Daniæ etiam inuestitus & infeudatus sit, quod bo-
na vltra tempus iuris & consuetudinis quiete posse-
derit, bona fide, iusto titulo, Iudicisque partes esse,
quantum ego ex diligenti Actorum lectione percepi,
in absoluendo Iuonem † ob causas, quod nihil suæ in- 86
tentionis Otho probauerit, nec læsionem, nec æta-
tem minorem, nec culpam, aut dolum, sed lucrum
magis quærat, & maxime, quod antehac ab eodem iu-
dicio destiterit, pecuniam, vt moris est, non deposue-
rit, aut, si deposita fuerit, ante tempus exemerit, nec
tandem promptam habuerit, prout hæc omnia ordi-
ne superius deducta sunt.

Et ita, vt supra scriptum est, verum esse dico ego
Laurentius Wilhelm. LL. Doctor, Cameræ
Imperialis Aduocatus, & Procurator: alterius
tamen sententia & iudicio semper saluo, doctio-
tis nimirum, & melius iudicantis.

CONSILIVM

D. Bernardi Doringk, V. I. D.

ARGVMENTVM.

Informatio super immuratione libelli.

CVm lex & quæstio debeant poni in casu dubitabi-
li, alias de nihilo seruiet nobis, neque talis quæstio
in medium sit adferenda, *l. quod Labeo. ff. de Carbonian.*

edicto. cap. cum in iure peritus. de elect. & cap. cum in iure peritus. de offic. delegat. facit cap. sacro. de sententia excommunicationis. Ideo dicit And. Barb. *cap. inrauit. de probat. & cap. cum contingat. de rescript. collat.* 14. *ibi plenius.* quod per illa iura pacui pendunntur Doctores & Scholares repetentes, cum apponunt conclusiones indubitabiles, quasi verecundum sit docto viro ignorare ius, In quo versatur, *ff. de origin. iur. &c. facit cap. thitor nimis doctam.* 50. *dist. facit valde bene cap. 37. distinct.* imperitus Matheseos visus patebit, istis iuribus in vtraq; censura habetur, quod docto viro male quærenti eum reprehensione datur responsio.

Nunc in causa nostra emendationis libelli, & seu mutationis in certo passu factæ, illique instantiæ per emendant. renuntiato expens. in caus. fact. solut. vel soluend. indubitatum fuit, hoc fieri non potuisse, vbi prima fronte apparuit, nobis adesse ignorantiam crassam & supinam, vel potius fingere velle dubitamus. Et ita ex figmento procedere niti, quod etiam iure vetitum, *dict. cap. cum contingat. de rescript. ibidem Barb.* Cupiui describi motiua iuris, vt remederi possem, & saucium vulnus releuare, pro illo motiuo iuris portatur saccus iniuriarum, quamuis petiissem abstineri, non quidem mei ob prætextum, seu quod me angat talis inuectiua, sed propter extremam peritiam, & seu maioritatem in hac causa scribentium, etiam vitantium partium expens. vt omnium hoc iura volunt, & frustra partes vexari detestantur, *c. finem litib. &c. de appell. & c. vt debitus honor.* Illi immorari amplius non oportet, sed satisfaciemus inaniter dubitanti.

Primum videnda sunt illa, quæ per Scribentes in iure reputantur puerilia, *l. edi. C. de edend.* ita loquitur: Edita actio speciem futuræ litis demonstrat, quam emendari vel mutari licet, prout edicti perpetui monet authoritas, vel ius reddendum decernit æquitas, *verb. text. g. in verbo, actio remittit, &c.* quando possit specificari & emendari, g. perpetui, in fine vult talem emendationem fieri posse, saluo iure Rei, &c. & expens. super verificatione lucidiori & ampliori. Adeamus primo illustrem principem legum Bartol. circa hunc passum, & l. editas, cuius dictis semper inest clausula veritatis, vt dicit Ioan. Baptist. de sancto Seu. & secundum cuius scripta in opinionibus Doctorum semper fiet iuris decisio, *l. quidam cum filium ff. de verborum obligation.* & ibidem Baldus eundem Bartol. appellat eximium & summum Doctorem, & suum præceptorem illustrem & præclarum. Angel. ibidem dicit, eum esse iuris ciuilis speculum & lucernam. Item Petrus de Anch. dicit Bart. lumen iuris. Ludou. Roman. dicit eundem iuris nostri virturem, & dicit *consil.* 469. quod quicquid alias tenuerit, tamen consulendo non recedat ab opinione Bart. in qua solet esse substantia veritatis. Franc. de Aret. dicit, eum fuisse patrem iuris, & omnium Legistarum magistrum. Caueat ergo quisque prudens à vituperio istius herbæ, quia dicitur: Herba, noli me tangere, ad propositum nostrū redituri, & ne ex ignotis procedere videamur, operæ pretium est, sequi Iurisconsultos. & vt dubitans congruum recipiat responsum, inseremus pacti exemplum, super quo dubium vertitur, & hoc succincte.

Figuratio casus.

Quidam Actores primo libello inepto ex mala instructione parato, petierunt cuiusdam matronæ defunctæ, & eius coniunctæ medietatem hereditatis, mobilium & immobilium, tanquam ex vltimæ eiusdem voluntatis ordinatione, reliqua medietate penes Reos & conuentos remansura. Iam ille libellus contra rei veritatem editus est, nam dictæ matronæ defunctæ iuxta præfatam vltimam ordinationem bona mobilia & immobilia, debebant diuidi æqualiter in capita, & viriles portiones: itaque, vt quisque tantum recipiat, sicut alter, & æquali modo, & æqua lance inter partes agentes, & Reos, ideoque fuit dicti prioris libelli necessaria mutatio, quia multum agentium interfuit, & Reis libellus ille dulcis fuisset, &c. Iam vult dicere Aduocatus partis aduersæ, quod dicta motatio, seu emendatio dicti libelli fieri cum expensarum refusione Reis facienda, post litem contestatam cum inchoatione noui processus non potuisset, & in isto tam graui & arduo negotio hic vertimur, quod tyro iuris Canonici biennalis ex g. vnica. cap. significa. facile resoluisset, quamuis etiam dubitemus, minime dictum Aduocatum melius intelligere, quam nos ipsum: sed gaudebit figmento, quod in scribendo grauiter vitabimus, resoluturi lucidius aggredimur Bartol. principem, ei honorem præ aliis concessuri, dicit *dicta l. edita. in 2. col.* post certam oppositionem & resolutionem casuum in g. debet, in versiculo, pro declaratione huiusmodi passus, de emendatione libelli. Primo est videndum, quid sit emendare, g. dicit, cum primo minus petebam, nunc plus, vt in casu nostro, vel è conuerso, & vlterius *C. de emend. Iustin. Cod. &c.* ex quibus colligitur, quod emendare est corrigere, resecare superflua, mutare, sententia remanente, addere vel detrahere obscura, eo præmisso, quærit, quando hoc fieri possit in emendatione libelli. Hic volumus sistere, quia diuertit ad causam criminalem, in qua non sumus, sed veniendo ad *3. col. ad ver quandoque.* qui est in casu nostro, dicit: Quisque volo emendare libellum, addendo vel minuendo circa rem petitam, hic enim sumus in vtroque, quia addimus agentibus, & minuimus Reis, quia aut volo hoc facere ante litem contestatam, & possum, vt hic in g. intelligendo, quando volo addere vel minuere circa eandem rem, vel summam petitam, nam aliam rem addendo non possem, si non clauderetur super prima petitione, & actione proposita, alias secus: hic enim sumus in eadem petitione & actione, aut post litem contestatam, & tunc aut volo detrahere, & possum, &c. Sicut enim possum toti liti renuntiare, *l. postquam liti. C. de pactis.* ita etiam parti, &c. si vero nec actionis, nec facti contingeret mutatio, sed augetur vel minuitur condemnatio ex virtute actionis propositæ, tunc ista emendatio est licita vsque ad sententiam, *l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus actionibus. & ibi hoc voluit Baldus & Albericus.* & tantum etiam est in mutatione libelli. Si ergo libello in iudicio exhibito pars Actricis velit differre & desistere, hoc nullo modo posset fieri, *iuxta remedium authentic. qui semel. C. quomodo & quando Iudex.* Si autem vult desistere ab illa instantia, remanente sibi salua actione & causa, & tunc non potest parte inuita, *per dictam authenticam.* quia cogitur persistere in finem, *hoc verum dicit Bartolus,* nisi Iudex viderit, quod de necessitate deberet sequi absolutio ab instantia, forte propter malam conceptionem libelli, vel propter aliud, tunc enim deberet admitti Actor renuntians illi propositæ instantiæ. Hæc est mens Bartol. Bald. *dicta l. edita.* de libello inepto, an emendari possit, post multa ibidem latius videndum dicit in proposito nostro, aut non continet ineptitudinis vitium, sed aliud vitium, quia forte non continet veritatem in aliqua particula, vel in aliqua qualitate, tunc si fit ante litem

contesta-

contestatam, in criminali potest emēdari, sed non impune, quia tenetur in expensas, aut post litem contestatam, tunc non potest emendari, nec licet, quia iam fundatum est iudicium, & hoc super fundantibus iudicium: sed super aliis, quæ non sunt de esse libellorū, potest libellus emendari vsque ad conclusionem, *vt d. § si detracta.* cum refusione expensarum, *hoc dicit tol.* 1. alia videat diligens *ibidem.* Ita etiam in ista procellosa materia concludit Iason *latius in colum* 7. *& tenet & se conformat. glo. l. Pompon. §. ratihabitio. ff. de procura.* Et inter multa concludit dictam emendationem fieri posse post litis contest. maxime si in continenti, vti profuse in casu nostro, quia post lit. contest. superuenit error expressissimus ipsius primi libelli, &c. Allegat vulgatum, quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, *l. lecta. ff. si certum petatur. glo. & DD. l. petens. C. de pactis.* Ad idem pulchre dicit Paul. de Castr. *in glo. ibi, in singularibus, vsq; ad litis contestationem,* tu dic, quod si emendatio fit detrahendo de summa vel re petita, & renunciando et quod detrahitur, potest fieri etiam post litis contestationem, quia super illo finitur lis, & posset Actor renunciando recedere à toto. *l. postquam liti. C. de pactis.* ergo multo fortius & aperte. Non tamen per hoc euitabit Actor pœnam expensarum, & aliorum plus petentium, *Institut. de action. § plus.* Sed si detraheretur, & non renunciaret, sed negotium differret, tunc nō posset, non solum post litis contestationem, sed nec etiam ante, *& hoc per Authentic. qui semel. Cod. quomodo & quando iudex.*

Sed si fiat emendatio addendo ad summam petitā, tunc post litem contestatam, ideo non potest fieri, quia super illo addito lis non fuit contestata, nec ista additio trahitur retro, vt fingatur contestata. & sic super ea non posset ferri sententia, *per l. non potest videri. ff. de iudic.* sed intentio Actoria in emendatis est, & possit consequi sententia super eo, quod emendando addidit ante lit. contestat. ideo potest fieri, quia contestatio quæ postea fiet, concernet etiam summam additā, & sic poterit habere intentum. Procedit autem dicta distinctio, quando Actor vellet emendare, remanente eodem libello, absque eo quod det libellum de nouo, quia oporteret soluere nouas sportulas, in locis, in quibus soluuntur, & oporteret Reum iterum facere citari. Ipse autem vult, quod procedatur super eodem libello, & quod non habeat iterum citare, & quod Reus respondeat ad libellum sic reformatum absque alia citatione vel termino dando. Ad idem est plenissime Alexand. de Imol. *in 4. coll.* qui dicit Actorem libello inepto peccantem contra veritatem posse renūciare, quia etiam post sententiam Actor posset iuri suo renunciare, *l. iurisgentium, §. si paciscar. ff. de pact.* ergo & ante quandocunque, quia nihil aliud quærit Prætor, quam partes esse concordes *l. 1. §. & post operis. ff. de noui oper. nunc. & l. postquam liti. C. de pact.* & similiter quæ incontinenti fiunt inesse videntur, dubitans legat hic vberrime, quia habet latum campum. Cynus hic explicat mentem suam bellissime in hoc passu.

Nunc redeamus ad quæstionem præambulantem, scilicet vsque ad quod tempus posset emendatio fieri, sententia gloss. est. quod aut quæritur de emendatione circa substantiam libelli, & tunc refert inter actiones singulares ex vna parte, & actiones vniuersales, vel generales ex altera, vt supra dixit. Aut quæritur de emendatione circa qualitatem extrinsecam, & tunc licet vsque ad sententiam, *vt in §. si detracta.* Vel prædicta distinctio inter singulares & vniuersales actiones non placet, vt supra vidistis. Quid dicemus? dico secundum Pet. distinguendum esse, aut quæritur de propria emendatione, vt quando libellus est defectiuus essentiali, aut quæritur de impropria emendatione, quæ nō respicit defectum formæ prædictæ, primo casu semper ante lit. contesta. & post licita est emendatio: Ratio est, quia Reus non potest absolui à causa, sed ab instantia, & ideo libellum defectiuum accipiet Actor, & Reus absoluetur ab instantia, & iterum potest perfecte formare, *vt d. l. libellorum. & d. l. 1. si mensor fal. mo.* & hoc potest quandocunque, prout edicti perpetui monet authoritas, & ius dicendi, &c. vt in hac l. hoc est dictum, saluo interesse partis aduersæ. Secundo casu, quando quæritur de impropria emendatione, quæ nō fit circa formam essentialem libelli, sed circa alia minuendo vel augendo, de qua intelligit gloss. Tunc refert aut vult emendatio talis fieri circa qualitatem extrinsecam libelli, & tunc potest vsque ad sententiam, *vt dicit §. & si detracta, ac l. quod in heredi. §. eligere.* aut circa substantiam libelli mutando vel augendo rem ipsam, & tunc aut fit emendatio talis circa rem principaliter petitam, aut circa accessorium. Sed circa rem principaliter petitam non potest nisi ad illa tempora, vsquequo licet actionem mutare, & hoc est verum, vt illud emendatum concludatur sub prioribus actis. Sed oportet nouum processum fieri, Reo absoluto ab instantia iudicii, quia talis emendatio non potest fieri vsque ad tempora, vsque ad quæ potest fieri mutatio, *vt ff de iudi. l. non potest. & l. de qua re.* Si circa accessoria, vt fructus, dicunt quidam, quod potest vsque ad sententiam emendari, *vt l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict.* Sed contra istos videtur expresse. *ff. de except. rei iudic. l. si cum testamento. § si fundum.* Et tu secundum Pet. subdistingue in hoc articulo. Aut sunt accessoria, quę emerserunt ante litem cōtestatam, & tunc de talibus accessoriis facienda est mētio in libello, nec de his licet minuere aut augere, vt contineatur sub primo processu, nisi vsque ad tempus, ad quod potest actio mutari, *argumen. dict. §. si fundum, & per dict. l. ædiles. §. item sciendum. &c.*

Iam viso sensu istorum magnificorum Iurisconsultorum, qui omnes præclare sentiunt in casu nostro libellum emendatum saluis expensis, nouoque processu inchoando admittendum, & admitti debere: Non potuimus in hoc eodē casu permittere subtilem nostrum Doctorem Ioan. Fabri, quem in hoc passu iuxta nostram designationem ante 30. annos fluxus bene notauimus amicum nobis grādi amicitia, etiam inter quoscunque tales dilectiorem, qui etiam rem altius cæteris exorditur. *§. sin minus. Institut. de actio.* & dicit, emendare est, quando aliquid corrigitur absque mutatione substantiæ materialis: sed mutatio, quando ipsa materia mutatur, eam alterando, alias his verbis quasi promiscue vtitur. Nunc quæramus, dicit; vsque ad quod tempus liceat emendare, gloss. dicit vsque ad contest. lit. post non, nisi in vniuersalibus & generalibus, in quibus versamur casu nostro, & hoc non satis. *l. edita, in fin. gl. & his.* Veniens ad solutionem quæst. distinguit. Aut sunt emendata verba Actorum, & fieri potest vsq; ad sententiam, *l. actorum verba. ff. de re iudi.* aut vult emendare in alio. Tunc, si sit talis emendatio, ex qua non mutatur materia, quia eadem causa agendi, & eadem actio, credo quod possit emendari: ita intelligitur *l. edita,* & ita exemplificat is, tandem ponit regulam, emendationem fieri posse in aliis multis quæ occurrunt, vbi non mutatur causa agendi, nec res

petita, nec actio, quia sic potest fieri emẽdatio seu declaratio in articulis, *not. Spec. de testam. §. nunc videndum, verb. hoc etiam, plene ibi in addit.* in mutatione ergo aliud est. Ita nos agimus in causa nostra, sola qualitas emendatur, cæteris omnibus saluis remanentibus. Et sic iuxta conclusionem ipsius, quam hic subtilissime facit, potest fieri talis emendatio absque nouo processu, nec etiam opus sit noua litis contestatione, saluis tamen expensis prioribus. Sed quia hic iuste sine calumnia Actorum fuit erratum in libelli conceptione, ergo etiam potest fieri saluatio non soluendarum expensarum, vt est mens subtilis Ioan. Fabri, quia expensę nunquam soluuntur, nisi propter calumniam, *in authent. de iudicib. § oportet.* & non calumniatur, qui iustam causam habuit erroris. *ff. de bon. liber. l. in seruitutem. §. 1. iunge ver. videtur etiam. Instit. de pœna teme litig.* tamen his non obstantis, expensas solui mandauimus, & creditum fuit per Actoris procuratorem, M. Wendelinum debite fecisse libellum, quod aberrauit, forsan etiam errore sine aliqua calumnia infurmaodo. Ita etiam omnino sequitur Angel. de Aret. *in d. §.* quos videre in pluribus vtilibus ibidem foret iucundum dubitanti, spargere plures Margaritas non est expediens. Sumus expediti in sacris legibus, & nobilissimorum virorum sententias excepimus, conuertamus ad benignissimos Canonum consultores. &, vt breuiores simus, (quia tædet animam nostram ita laborare in re scholastica) videamus Felin. *cap. significasti, coll. 10.* vbi concludemus partes Iudicis, in verb. datur noua limitatio, quando emendatio fieret incontinenti post litis contestationem, vti in casu nostro, *gloss. reputa singula l. Pomponius. § rati, in versicu. contestatione ff. de procur. quam sequitur Iac. Butr. & not. Innocent. cap. Pastoralis, de exceptio. Imol. l. 2. §. prim. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. plenius l. consensu. §. cum qui. 25. coll. Ita sequitur vt præscriptum Hostiens. capitu. ignarus. de libelli oblatione. colla. 2. est omnino sensus suus, quam latius declarare foret tædiosum.* Ita sequitur Abb. in ista procellosa materia, & præsertim Innocen. c. 1. proximo, quod in casu nostro possit addi & detrahi vsque ad sententiam, vti ibidem latius videri potest. Ad idem sequitur Hostiens. in summa latius euagari & consumere tempus inutiliter: nemo erit qui necesse putabit: satis ergo sit pro ista vice dubitanti inseruiuisse, in futurum prospiciat ipse sibi, & non dubitet ita profuse, quoniam in his nun debemus mutuo grauari, doleo partum vexari expensis & laboribus, quod vetatur omni iure. *capitulo primo, de libel. oblat. ibi Hostiens.* taceo de reliquis, vt debitus Iudicibus honor, &c.

Ideo in casu nostro inhæremus Apostolis per nos datis refutatoriis, quia appellationi contra ius interpositæ deferre non debemus. *cap. consuluit 3. de appellatio. ibi text. & Philip. Franc.* ita etiam sequitur pulcherrime Andr. Barb. *cap. significasti. in vltima sua colum. & penult.* cuius verba hic inculcare non esset aliud, quam aerem verberare. videat igitur dubitans, lucidabitur ad satietatem, quamuis vobis prius satisfecissem allegando capita, vbi potuissetis saturari, tamen tenuistis, iam credo satisfactum, cum quasi omnia sint tacta ad hanc causam faciendam, amplius non fiet, quia in iudiciis debemus esse verecundi, & non lacessere extra materiam, & verecundia in iudiciis, & alibi semper est commendata. *ff. de alien. iu. mut. cau. fac. l. item si res. § 1. &c.* Siquidem si non est dubitanti sufficienter adiutum, etiam certum est, quod omnis sufficientia nostra ex Deo est, nihilque in nobis, neque in iure perfectum: tum ipsi æternaliter nos committimus vbi gloria, honor, & veritas, & omne dubium resolutum, omnisque sufficientia nostra ex Deo procedit.

Laus Deo Optimo Maximo.

Cætera iudicia inprimis oblatæ materiæ, finimus in suo statu, tanquam causis & iudiciis minus deseruientia, & omnino exorbitantia, ideoque non aduertendum, & in despectum, vt signum ad sagittam positum, & his & similibus apprehendemur.

Ita apparet mihi Bernardo Dorinck, inter Iuris Doctores minimo, vt propria manu mea attestor.

CONSILIVM D. CONRADI *Longicampiani.* V. I. D.

PRO causa rationabili & legitima, quare in causa, inter quosdam, Dominum Petrum Buschoff, Vicarium perpetuum in Ecclesia collegiata S. Albani extra muros ciuitatis Moguntinensis, ac Henricum Buschoff, Antonium Buschoff, necnon Margaretham & Euam Buschoffs fratres & sorores atque litis consortes, respectiue agentes, ex vna: & honestam & ingenuam Walburgim vxorem legitimam prouidi viri Antonii zum Kessel/Scabini in Lyns/Ream, partibus ex alia, pridem coram vobis venerabili & egregio viro domino Officiali curiæ Confluentinensis, Treuirensis diœcesis, vt prætenditur introducta, & in qua iamdudum prætensus libellus pro parte eorundem agentium fuit & est oblatus atque exhibitus, & illi pro parte dictæ Reæ fuit & est responsum. Ac deinde desuper pro parte eiusdem Reæ concludi & pronunciari petitum fuerit & sit, de & super prætenso libello huiusmodi (non obstante prætensa renunciatione litis & instantiæ, sed non causæ & iuris, per assertum procuratorem dictorum agentium, vt prætenditur, facta) ad sententiam diffinitiuam in causa ferendam vsque, per vos Dominum Officialem præfatum procedendum, ipsumque agentem ad persistendum in dicta sua actione proposita compellendi, & ad priorem actionem priorem, siue libellum mutandum siue emendandum, modo & forma, quibus illum siue emendare prætendunt, minime admittendi. Et propterea prætensus mutatorius siue emendatorius, & ceu nouus libellus, postea in causa huiusmodi pro parte eorundem agentium, vt prætenditur oblatus non fuit, neque erat, nec est recipiendus, neque admittendus, & idcirco grauamen, quod ad dicti prætensi secundi libelli prætensam receptionem, & admissionem, per vos venerabilem Dominum Officialem præfatum, dictæ Reæ forsan inconsiderate illatum atque factum, tolli & reuocari debeat, Procurator & eo nomine præfatæ Walburgis principalis partis suæ, non tamen recedendo neque resiliendo propterea ab appellatione legitima pro parte sua præmissorum occasione interposita & interiecta, quin imo illi inhærendo & insistendo, prout inhæret & insistit, de quo protestatur solenniter & expresse, ad finem & effectum docendi de dicto grauamine, sibi, vt præmittitur, illato, illudque reuocandum siue reuocari faciendum, & non alias aliter nec alio modo dicit & conqueritur, ac dat, facit & exhibet infra scripta, cum petitione, oblatione, & protestatione solita.

Inprimis itaque repetit hic, & pro repetitis habere vult

vult & intendit acta & actitata in causa huiusmodi coram vobis Domino Officiali præfato habita, & facta ac dicta, gesta & qoomodolibet procurata, in quantum tamen pro se parteque sua faciant, & non alias, &c.

Ex quibusdam sic repetitis inter alia constat de testamento siue vltima voluntate, quondam Catharinæ Buschoffs viduæ dum viueret incolæ oppidi Lynß / de quo in Actis. *folio nono & sequent.* quodqoe in eodem testamento siue vltima voluntate inter alia clausula sequens continetur, atque fuit & est inserta, videlicet, Fort hat sie præfatam Catharinam testatricem designiert / vnd war jhr Wille / daß nach jhrem Tode alle vberige Haab vnd Güter / gereidt vnd vngereidt / nichts außgeschiden / wie sie die hinderlassen wirdt / zu zweyen gleichmessigen Stimmen / nemblich / das halbe Theil Walpurg zum Kessel / Amelcyen jrer Schwester Tochter / vnd das ander halbe Theil Herr Peter Buschoff / Heinrich Buschoff / Margarethen Buschoffs / Euen Buschoffs / Johan Buschoffs / vnnd Thomas Buschoffs Gebrüdern vnnd Schwestern Jacobs Buschoffs jhres Bruders Kinder zufallen sollen / daß sie solche Güter dermassen theilen vnnd behalten sollen. Et quod propterea iuxta & secundum diuisionem in stirpes faciendam medietas dictorum bonorum ad dictam Ream, reliqua vero medietas ad ipsos sex agentes spectare & pertinere dignoscitur, prout spectat & pertinet de præsenti.

Item qood similiter constat de prætenso libello pro parte dictorum agentium in causa oblato, de quo in Actis, *fol. 6. cum sequentib.* Quodque in eodem prætenso libello inter alia fuit & est deductum ac conclusum, atque petitum, bona hoiusmodi in stirpes modo quo supra, fuisse & esse diuidenda.

Pariformiter constat, quod dicto prætenso libello fuit & est pro parte dictæ Reæ responsum, & diuisiooe huiusmodi in stirpes facienda pro parte dictæ Reæ acceptata super reliqois lis oegatiue contestata: Et deinde desuper pro parte eiusdem Reæ petitum in causa concludi & pronunciari.

Item quod propterea dicti agentes prætensum libellum prædictum mutare, siue, circa rem petitam emendare, de iure non potuerunt.

Item similiter constat, quod præmissis non attentis, assertus Procurator dictorum agentium, sub prætextu quasi renunciauerit liti & instaotię, sed non causæ & iuri: quodque ad soluendum siue refundendum expēsas in hac causa pro parte d. Reæ factas, postquam illæ taxatæ forent, sese paratum obtulerit, prætensum nouum libellum, in quo inter alia deducit & concludit bona prædicta non in stirpes, sed in capita diuidenda. Et propterea dicti prætensi prioris libelli immutatorium in iudicio obtulisse & exhibuisse dicitur, quodque in eodem prætenso immutatorio libello inter alia deducitur, quod dicta Catharina testatrix dictam clausulam de & super diuisione bonorum huiusmodi in stirpes facieoda alterasse siue motasse dicitur, ac voluisse bona ipsa inter supra nominatos agentes, & Ream, non in stirpes, sed in capita diuidi. Ac de asserta pragmatica sanctiooe de & super diuisione bonorum ioter filios fratrum & sororum, quoad hereditatem patrui siue amitæ seruanda, nuper in Comitiis Spiræ habitis, vt prętēditur, promulgata, & quampluribus aliis.

Item, quod similiter constat, quod licet pro parte dictæ Reæ fuerit & sit exceptum dictum prætensum mutatorium libellum minime admittendum, ex & pro eo quod priori prætenso libello sic vt prætenditur oblato, pro parte dictæ Reæ fuit & est responsum, ac desuper lis contestata, & ob id dictos agentes dictū prætensum priorem libellum mutare, aut circa rem petitam emendare non potuisse neque posse: quinimo in priori prætenso libello prædicto & prætensa actione tuoe proposita vsque ad sententiam diffinitiuam persistendum. Nihilominus vos Domioe Officialis, præmissis & aliis in hoc considerandis, vti præsomitur mature trutinatis, desuper taliter qualiter interloquendo, dictum prætensum mutatorium libellum tam ad respondendum, quam ad probandum admisisse dicimini, licet vestris honore & reuerentia saluis, nulliter & de facto ac cessante nullitate indebite & iniuste, ideoque propterea pro parte dictæ Reæ fuit & est rite & legitime prouocatum & appellatum, proot in Actis. *fol. 59.*

Modo fuit & est verum, propter id & absque eo, quod ex præmissis ac actis & actitatis in causa huiosmodi coram vobis sic, vt præmittitur, habitis & factis debite & mature & diligenter perlustratum ac attentius, iure inferi possit, dictum prætensum mutatoriom libellum, modo & forma, quibus per illum prętensus prior libellus mutatus siue emendatus prætenditur, in causa huiusmodi fuisse & esse admittendum. Quinimo ex præmissis sequitur & infertur, dictum prætensum mutatorium libellom in caosa huiusmodi actis & actitatis attentius consideratis minime admittendum, ex & pro eo actum: Primo, qoia dicto prætenso priori libello pro parte dictæ Reæ fuit & est responsum, & desuper lis contestata. Et propterea minime licuit dictis agentibus post litem contestatam huiusmodi priorem libellum mutare siue emendare modó & forma, quibus ille mutatus, siue circa rem petitam emendatus prætenditųr, & desuper Procurator prædictus, quo supra nomine se refert ad dicta Bartoli, Baldi, Pauli de Castro, Alexander de Imola, & Iasonis, & aliorum *in l. edita, Cod. de edend.* ac Abba. Panormitan. ac Bartholomæi Socini, & aliorum *in capitulo significantibus, de libell. oblat.* dum vtrobique quærunt, an, & quando libellus datus possit mutari: & distinguunt hoc modo; quantum ad casum præsentem, sufficit, si Actor volt in totum desistere renunciando actioni & causæ, qood tunc id indistincte potest, *per l. postquam liti, C. de pactis.*

Si vero Actor vult desistere solum ab instantia sioe lite, remanente sibi salua actione & causa, prout in casu præseoti supradicti agentes se renunciasse & destitisse prætendunt, tunc alia parte inuicta hoc non potest, *per authentic. qui semel, Cod. quomodo & quando Iudex.* vbi dicitur, quod Actor cogitur persistere in causa vsque ad finem, vnde quia dicta Rea dictæ mutationi se opponit, idcirco ipsi agentes dictam mutationem facere non possuot: nam in hoc casu dici potest non solom mutatam esse caosam, eo, quod dicti agentes in primo libello egerunt ex causa, quia bona iuxtá clausulam testamenti diuidenda erant in stirpes: & in secundo agunt ex causa, quia prætendunt dictam clausulam alteratam siue mutatam, & dispositum, vt bona in nō stirpes, sed in capita diuiderentur, verum etiam rem petitam mutatam: nam vbi primo dicti agentes sex numero, peteba[illegible] dictorom bonorum medietatem duntaxat, nunc petunt dicta bona in septem partes diuidi, & sibi sex partes ex septem distribui & assignari.

Nec

petita, nec actio, quia sic potest fieri emēdatio seu declaratio in articulis, *not. Spec. de testam. §. nunc videndum, verb. hoc etiam, plene ibi in addit.* in mutatione ergo aliud est. Ita nos agimus in causa nostra, sola qualitas emendatur, cæteris omnibus saluis remanentibus. Et sic iuxta conclusionem ipsius, quam hic subtilissime facit, potest fieri talis emendatio absque nouo processu, nec etiam opus sit noua litis contestatione, saluis tamen expensis prioribus. Sed quia hic iuste sine calumnia Actorum fuit erratum in libelli conceptione, ergo etiam potest fieri saluatio non soluendarum expensarum, vt est mens subtilis Ioan. Fabri, quia expensę nunquam soluuntur, nisi propter calumniam, *in authent. de iudicib. § oportet.* & non calumniatur, qui iustam causam habuit erroris. *ff. de bon. liber. l. in seruitutem. §. 1. iunge ver. videtur etiam. Instit. de pœna teme litig.* tamen bis non attentis, expensas solui mandauimus, & creditum fuit per Actoris procuratorem, M. Wendalinum debite fecisse libellum, quo aberrauit, forsan etiam errore sine aliqua calumnia informando. Ita etiam omnino sequitur Angel. de Aret. *in d. §.* quos videre in pluribus vtilibus ibidem foret iucundum dubitanti, spargere plures Margaritas non est expediens. Sumus expediti in sacris legibus, & nobilissimorum virorum sententias excepimus, conuertamus ad benignissimos Canonum consultores. &, vt breuiores simus, (quia tædet animam nostram ita laborare in re scholastica) videamus Felin. *cap. significasti, coll. 10.* vbi concludemus partes Iudicis, in verb. datur noua limitatio, quando emendatio fieret incontinenti post litis contestationem, vti in casu nostro, *gloss. reputa singula l. Pomponius. § rati, in versicu. contestatione ff. de procur. quam sequitur Iac. Butr. & not. Innocent. cap. Pastoralis, de exceptio Imol. l. 2. §. prim. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. plenius l. consensu. §. cum qui. 25. coll. Ita sequitur vt præscriptum Hostiens. capitu. ignarus. de libelli oblatione. colla. 2. eit omnino sensus suus, quam latius declarare foret tadiosum.* Ita sequitur Abb. in ista procellosa materia, & præsertim Innocen. c. 1. proximo, quod in casu nostro possit addi & detrahi vsque ad sententiam, vti ibidem latius videri potest. Ad idem sequitur Hostiens. in summa latius euagari & consumere tempus inutiliter: nemo erit qui necesse putabit: satis ergo sit pro ista vice dubitanti inseruiuisse, in futurum prospiciat ipse sibi, & non dubitet ita profuse, quoniam in his non debemus mutuo grauari, doleo partem vexari expensis & laboribus. quod vetatur omni iure. *capitulo primo, de libel. oblat. ibi Hostiens.* taceo de reliquis, vt debitus Iudicibus honor, &c.

Ideo in casu nostro inhæremus Apostolis per nos datis refutatoriis, quia appellationi contra ius interpositæ deferre non debemus. *cap. consuluit 5. de appellatio. ibi text. & Philip. Franc.* ita etiam sequitur pulcherrime Andr. Barb. *cap. significasti. in vltim. & sua colum. & penult.* cuius verba hic inculcare non esset abud, quam aerem verberare, videat igitur dubitans, lucidabitur ad satietatem, quamuis vobis prius satisfecissem allegando capita, vbi potuissetis saturari, tamen renuistis, iam credo satisfactum, cum quasi omnia sint tacta ad hanc causam facie odam, amplius non fier, quia in iudiciis debemus esse verecundi, & non lacessere extra materiam, & verecundia in iudiciis, & alibi semper est commendata. *ff. de alien. in mut. cau. fac. l. item si res. § 1. &c.* Siquidem si non est dubitanti sufficienter adiutum, etiam certum est, quod omnis sufficientia nostra ex Deo est, nihilque in nobis, neque in iure perfectum: tum ipsi æternaliter nos committimus, vbi gloria, honor, & veritas, & omne dubium resolutum, omnisque sufficie ntia nostra ex Deo procedit.

Laus Deo Optimo Maximo.

Cætera iudicia inprimis oblatæ materiæ, finimus in suo statu, tanquam causis & iudiciis minus deferentia, & omnino exorbitantia, ideoque non aduertendum, & in despectum, vt signum ad sagittam positum, & his & similibus apprehendemur.

Ita apparet mihi Bernardo Dorinck, inter Iuris Doctores minimo, vt propria manu mea attestor.

CONSILIVM D. CONRADI *Longicampiani. V. I. D.*

PRO causa rationabili & legitima, quare in causa, inter quosdam, Dominum Petrum Buschoff, Vicarium perpetuum in Ecclesia collegiata S. Albani extra muros ciuitatis Moguntinensis, ac Henricum Buschoff, Antonium Buschoff, necnon Margaretham & Euam Buschoffs fratres & sorores atque litis consortes, respectiue agentes, ex vna: & honestam & ingenuam Walburgim vxorem legitimam prouidi viri Antonii zum Kessel/Scabini in Lyns/Ream, partibus ex alia, pridem coram vobis venerabili & egregio viro domino Officiali curiæ Confluentinensis, Treuirensis diœcesis, vt prætenditur introducta, & in qua iamdudum prætensus libellus pro parte eorundem agentium fuit & est oblatus atque exhibitus, & illi pro parte dictæ Reæ fuit & est responsum. Ac deinde desuper pro parte eiusdem Reæ concludi & pronunciari petitum fuerit & sit, de & super prætenso libello huiusmodi (non obstante prætensa renunciatione litis & instantiæ, sed non causæ & iuris, per assertum procuratorem dictorum agentium, vt prætenditur, facta) ad sententiam diffinitiuam in causa ferendam vsque, per vos Dominum Officialem præfatum procedendum, ipsumque agentem ad persistendum in dicta sua actione proposita compellendi, & ad priorem actionem priorem, siue libellum mutandum siue emendandum, modo & forma, quibus illum siue emendare prætendunt, minime admittendi. Et propterea prætensus mutatorius siue emendatorius, & een nouus libellus, postea in causa huiusmodi pro parte eorundem agentium, vt prætenditur oblatus non fuit, neque erat, nec est recipiendus, neque admittendus, & idcirco grauamen, quod ad dicti prætensi secundi libelli prætensam receptionem, & admissionem, per vos venerabilem Dominum Officialem præfatum, dictæ Reæ forsan inconsiderate illatum atque factum, tolli & reuocari debeat, Procurator & eo nomine præfatæ Walburgis principalis partis suæ, non tamen recedendo neque resiliendo propterea ab appellatione legitima pro parte sua præmissorum occasione interposita & interiecta, quin imo illi inhærendo & insistendo, prout inhæret & insistit, de quo protestatur solenniter & expresse, ad finem & effectum docendi de dicto grauamine, sibi, vt præmittitur, illato, illudque reuocandum siue reuocari faciendum, & non al as aliter nec alio modo dicit & conqueritur, ac dat, facit & exhibet infra scripta, cum petitione, oblatione, & protestatione solita.

Inprimis itaque repetit hic, & pro repetitis habere vult

vult & intendit acta & actitata in causa huiusmodi coram vobis Domino Officiali præfato habita, & facta ac dicta, gesta & quomodolibet procurata, in quantum tamen pro se parteque sua faciant, & non alias, &c.

Ex quibusdam sic repetitis inter alia constat de testamento siue vltima voluntate, quondam Catharinæ Buschoffs viduæ dum viueret incolæ oppidi Lynß/ de quo in Actis. *folio nono & sequent.* quodque in eodem testamento siue vltima voluntate inter alia clausula sequens continetur, atque fuit & est inserta, videlicet, Fort hat sie præfatam Catharinam testatricem designiert/ vnd war jhr Wille/ daß nach jhrem Tode alle vberige Haab vnd Güter/ gereidt vnd vngereidt/nichts außgescheiden/ wie sie die hinderlassen wirdt/zu zweyen gleichmessigen Stimmen/ nemblich/ das halbe Theil Walpurg zum Kessel/ Amelcyen jrer Schwester Tochter/ vnd das ander halbe Theil Herr Peter Buschoff/ Heinrich Buschoff/ Margarethen Buschoffs/ Eiten Buschoffs/ Johan Buschoffs/ vnnd Thomas Buschoffs Gebrüdern vnnd Schwestern Jacobs Buschoffs jhres Bruders Kinder zufallen sollen/ daß sie solche Güter dermassen theilen vnnd behalten sollen. Et quod propterea iuxta & secundum diuisionem in stirpes faciendam medietas dictorum bonorum ad dictam Ream, reliqua vero medietas ad ipsos sex agentes spectare & pertinere dignoscitur, prout spectat & pertinet de præsenti.

Item quod similiter constat de prætenso libello pro parte dictorum agentium in causa oblato, de quo in Actis, *fol. 6. cum sequentib.* Quodque in eodem prætenso libello inter alia fuit & est deductum ac conclusum, atque petitum, bona huiusmodi in stirpes modo quo supra, fuisse & esse diuidenda.

Pariformiter constat, quod dicto prætenso libello fuit & est pro parte dictæ Reæ responsum, & diuisione huiusmodi in stirpes facienda pro parte dictæ Reæ acceptata super reliquis lis negatiue contestata: Et deinde desuper pro parte eiusdem Reæ petitum in causa concludi & pronunciari.

Item quod propterea dicti agentes prætensum libellum prædictum mutare, siue, circa rem petitam emendare, de iure non potuerunt.

ICH habe die vbergesandte Copey deß Testaments Herrn Arndt Hasselbecks seligen ersehen/ vnd dieweil dieselbige Sache hierauff stehet/ daß der Testamentsstiffter auff seiner vor jhme verstorben Tochter Elisabeth / Drenes Kinder/ vnd seine drey Enckel/ die zu der zeit vnmündig gewesen/ diese Bestellung thut / mit vnd mit den Worten/ daß sie nach seiner Frawen Todt mit seiner Tochter Margreten Krons zu gleicher theilung gehen sollen/ doch also/daß sie gehen in jrer verstorbnen Mutter statt. Vnd weiter angehengt/Doch also/daß er jhnen so gibt vnd zueignet/ daß solches mag sterben/ vnd fallen von dem einem auff das ander. Dieweil nun eins von seinen dreyen Enckeln/vnd seiner verstorbene Tochter kinder mit Todt verfallen/vnd ein Kindt von jhr vnd jrem Ehemann Balthazar Schmit nach jhr verlassen/ so läßt sich Hans Drenes/der zuvor verstorbnen/vnd deß Testamentsstiffters Tochter Son (& sic nepos ex filia præmortua) bedüncken / dieweil sein Schwester / die Balthasar Schmidts/Meike Drenes verstorben/ daß das Anpart das ir von jrem Großvatter im Testament gegeben/an jhn allein gefallen sey/vnangesehen/daß sie ein vnmündige Tochter hinder jrem Lebin verlassen/ die er denn vermeynt darvon außzuschliessen/ vermöge deß Großvätterlichen Testaments/vnd seins Buchstaben/ deß innhalts/ Doch also / daß ich jnen so gebe/daß solches mag sterben vnd fallen von dem einen auff den andern/Vnd behilfft sich also mit dem Buchstaben derselbigẽ Clausuln/daß ď Testator das so klärlich anzeucht/ daß ers also seinen Enckeln vnd Tochter Kindern gebe/ daß es von einem auff dẽ andern sterben vnd fallen sol. Dieweil nun sein Schwester verstorben/vnd von jhren Kindern in dem Testament nit wirdt gedacht/so meynt er/daß es nun allein/vermöge deß Buchstabens/ an in gefallen/vnd nit auff seiner Schwester Kinder/vnd daß es auch seins Großvatters deß Testamẽtmachers Meynung sey so gewesen/sollen die Wort/Doch also/ dz ich einem so geb/etc. erklären vnd anzeigen. Vnnd möchte weiter von jm gesagt werdẽ/ob wol die Rechte solch Vätterlich vnd Großvätterlich Testament vnd Bestellung also erklären/deuten/verstehen vnd interpretiren/wann jemandt der absteigenden Linien von den Eltern etwas im Testament gegeben wirdt/vnd daß solches nach seinẽ Todt an andere kommen sol/so ferrn er keine Kinder nach jm verleßt/würde er aber ein oder mehr Kinder nach jm verlassen/so keme dz an das Kindt / vnd die Rechte verstehen/erklären/vnd interpretirn solche Testament also/ auß dem vermuthlichen Willen vnd Meynung deß Testamentmachers/So reden doch die Rechte von einem andern/vnd nicht von diesem Fall / da der Großvatter ein Theil seines Guts den Enckeln vnd Tochters Kindern gibt/mit dem bescheidt/daß solches von dem einen auff den andern fallen sol/ vnd begreifft sie also mitemander/doch deß alles vnangesehen/acht ich / daß in diesem Fall deß offtgedachten Hans Drenes verstorben Schwester Erblicher bescheidner Antheil/ nit an jhren Bruder Hans Drenes/ sondern auff ire Kinder gefallen/auß diser Vrsach/daß die Rechte solche Bestellung im Testament also verstehen/deuten/erklärn/vnd interpretirn/auß dem vermuthlichen geneigten Willen vnd Meynung deß Großvatters vnd Testamentstiffters/ auch in ansehung der Großvätterlichen angeborn Gütigkeit/vnd daß es deß Großvatters Wille vnnd Meynung gewesen/daß seines Enckels Kinde oder Kinder/ so hernacher von seinẽ Enckel geborn/ vorgezogen werden/vnd solche Erklärung deß Großvätterlichen vnnd geneigten Willens/wird in den Rechten hoch gepreiset/ gelobt/vnd also geurtheilt. Vnd dieweil dann die Rechte der Clausuln im Testament/ oď der Disposition derselben solchen verstandt geben/setzen vnd verordnen/ so muß je ein jeder Richter dem folgen/vnd nit klüger seyn dann das Recht/Er kan auch nichts bessers thun/dann daß er den Rechten in der deutung vnd erklärung deß Großvätterlichen Willens vnd Testaments/ vnd nicht seinem Haupt/Verstande oder Affection folge / wie er denn das auch zuthun schuldig/ vnnd verbunden/dem Rechten zugehorsamen vnd zu folgen. Vnd daß solch Großvätterlich Testament/Disposition vnd Beschaffung auff solche vorberührte Testament Clausul / im Rechten also gedeut/verstanden/interpretirt/ vñ erklärt wirdt/daß wirt hernacher mit beständigem Grunde der Rechten bewehret/vnd klärlich angezeigt.

In hoc casu non fuit dubitatum de viribus Testamenti, & Testamentum fuit approbatum: ergo solum hic tractatur de vigore clausulæ Testamenti, in qua auus Testator videtur reciproce substituere ex filia sua præmortua nepotem & neptes, in his verbis testamẽti: Doch also/das ich jhnen so gebe / daß solches mag sterben vnd fallen von dem einen auff den andern. An
ita sit fideicommissaria † substitutio reciproce facta, 1
& sic, an sit fideicommissum vniuersale io quota parte factum & relictum à nepote & neptibus post mortem suam. Et videndum est, quæ sit iuridica in hoc casu conclusio, ac dicendum videtur, quod sit fideicommissaria substitutio, inducta per ista verba, moriatur,
cadat, seu labatur. Verbum enim moriatur, † est du- 2
bium, directum, & obliquum, secundum subiectam materiam, & potius est commune verbum, secundum Angel. *in l. Centurio ff. de vulgar. & pupill. subst.* & *eundem in l. precibus.* & Oldrad. Lauden. *in consil. 126. alias 136 incip. in proposito.* Idem videntur velle Flor. & Ioan. de Imola *in cap. cum tibi, de testamentis.* & licet gloss. *in capitulo si pater, de testamentis, in 6.* dicat, quod est verbum directum, tamen secundum Bart. *in d. l. Centurio*, non est verbum directum ciuile, quod non videtur multum differre à communi, Sed etiam ista verba, cadat, seu labatur, communia sunt & directa, secundum Angel. & Imol. *in d. l. Centurio, & per Angel. in l. precibus, in fin. C. de impub. & aliis substit.* Et hæc duo verba maxime secundum communem vulgarem intelligentiam videntur indicare factum seu ministerium alterius, ita quod ad fideicommissariam substitutionem magis adoptentur. Videtur enim hæc reciproca substitutio continere fideicommissariam, vt infra dicetur. Sed de fideicommissaria substitutione, seu de fideicommisso vniuersali relicto à nepote & nepotibus sunt clara iura, quod à iure subintelligatur, si sine liberis decesserint, & ita Papinianus summus I. C. *in l. cum auus ff. de condition. & demonstrat.* interpretatur illam substitutio-
nem ex coniecturata † mente & voluntate testatoris, 3
& allegatur per Papinian. esse coniecturam pietatis, & ista coniectura pietatis causatur ex coniecturata men-
te patris, aui, vel alterius † descendentis, cuius volun- 4
tas videtur esse, quod hereditas sua in descendentes transmit-

infirmatur, *l. scripto, ff. vnde liberi.* & ita Imperator il-
la interpretationem Papinia. plurimum commen-
dat, & extendit *in l. generaliter. § cum autem, C. de substitut.*
& substitut. & in l. cum acutissimi, C. de fideicom. & vult,
quod pietatis intuitu causata conditio habeatur pro
5 apposita, & † illa legis interpretatio, quæ fundata est
super intuitu pietatis, & causata ex coniectura mente
& voluntate testatoris, est pro iusta, & multum lau-
data, & apposita ab Imperat. in *d. § cum autem, in dict. l.*
cum acutissimi. Si enim auus in hoc casu cogitasset de
pronepte, non fecisset talem substitutionem. Vnde
ex sua coniecturata mente excluditur nepos substitu-
tus à pronepte, & sic descendente neptis. Et sic talis
substitutio intelligitur esse facta cum illa conditione,
si sine liberis neptis decesserit, & sic filia ab ea postea
suscepta & nata, facit cessare & euanescere talem sub-
stitutionem fideicommissariam ex præsumpta volun-
6 tate testatoris. Voluntas enim testatoris in † dubio,
censetur conformis iuris dispositioni, *l. si duo. cum gl. &*
ibi Bald. ff. de acquir. hered. Et per Bald. in d. l. precib. Et faciunt
notata per Barto. & DD. in l. heredes mei. § cum ita. ff. ad Tre-
7 *bellian.* Et cum à iure in † hoc casu præsumatur hæc
conditio apposita, scilicet, si sine liberis decesserint, li-
cet illa conditio scripta non reperiatur, & sic interpre-
tatio legis est certa, quod non opposita conditione
subintelligatur, tamen, si discesserint sine liberis: & id-
eo expressa à testatore intelligi debet, secundum iuris
dispositionem, *argum. l. 2. ff. de admi. re. ad ciui. pertin. & l.*
si debitor. § fin. ff. quib. mod. pign. &c. Et ideo etiam decisio
& hæc interpretatio legis ampliatur, & etiam proce-
dit, nedum quando filius, nepos, vel descendens insti-
tutus, vel grauatus ab ascendēte restituere portionem
suam post mortem suam alicui extraneo, sed etiamsi
esset grauatus restituere alteri filio testatoris, quam-
uis ibi videatur paritas fauoris, tamen etiam in isto ca-
su filii postea à grauato suscepti faciunt deficere hoc
fideicommissum, & substitutum alium filium testato-
ris excludunt, secundum Bald. *in d. l. cum acutissi. in ver.*
8 *quæro si pater, & Salic. ibi.* nam quam qualitatem † cha-
ritatis habuit testator ad filium vel nepotem suum in-
stitutum & grauatum, eandem continuatam habuisse
censetur ad descendentes ex dicto filio, & nepote, &c.
Paul. de Castr. *in d. l. cum acutiss.* dicit de hoc esse casum
in d. l. cum auus. nam ibi erat institutus & grauatus ne-
pos ex filio præmortuo, & erat ei substitutus alter fi-
lius testatoris, & tamen habet locum hæc interpreta-
tio, vt descendens ex nepote excludat substitutum fi-
lium testatoris, & de hoc videtur esse gloss. *in l. 3. C. de*
dona. cau. mor. quam pro singulari allegant Imo. & Ludou. Ro.
in l. si cui. ff. de donat. caus. mort. Hanc etiam opinionem
approbant Rapha. Cuma. & Paul. de Castr. *in d. l. cum*
auus. Et dicit Cuma. quod non cessat hic voluntas con-
iecturata, causata ex pietate auita; nec creditur pa-
trem voluisse alium suum filium liberis suæ neptis vel
9 nepotis in portione patris præferre. & hoc dictat † ra-
tio naturalis, & naturalis affectus. Hoc idem voluit
Angel. *in l. ex facto § si quis rogatus, ff. ad Trebellia.* Idem
voluit Iason. *in l. 3. C. de inoffic. testament. allegando dict. l.*
cum acutissim. vbi hoc refert D. Barbat. & dicit hoc ibi
probari, si recte ponderetur, ibi text. dum dicit: Ne vi-
deatur alienas successiones propriis anteponere, &
refert se ad proprias successiones instituti & grauati;
Et posito; quod dicta verba etiam referantur ad testa-
torem; & quod in filio testatoris substitutio non vi-
deatur aliena successio, tamen videtur aliena respe-
ctu alterius filii testatoris: nam cum aliter filius testa-
toris substitutus partem suam habuerit, si ad partem
fratris grauati exclusis suis filiis admitteretur, satis vi-
deretur venire ad alienam successionem. Et hāc com-
munem sententiam sequuntur D. Alexand. de Imol. &
D. Iason *in d. § cum autem.* Et cum de hoc sit text. in *d.*
l. cum auus. non est de hoc vlterius dubitandum. Et
sic in hoc casu † substitutus nepos testatoris excludi- 10
tur per filiam neptis. Posset autem opponi, quod in
hoc casu nepos & neptis videantur in vna oratione re-
ciproce substituti, & quod propter istam mutuam sub-
stitutionem nepos solum admitteretur ad portionem
suæ defunctæ sororis. Sicut etiam econtra portio ne-
potis, si prædefunctus fuisset, peruenisset ad sororem
suam, & quod iste sit alius casus, scilicet substitutionis
reciprocæ seu breuiloquæ, & quod illa simpliciter fa-
cta contineat directas substitutiones solum, & non fi-
deicommissarias. Et licet † dispositio testatoris facta 11
in vno casu, ad alium porrigatur ex verisimili mente
testatoris, *l. fin. C. de institut. & substit. l. Titius. § Lucius. ff.*
de liber. & posthum. tamen non debet fieri extensio de
persona ad personam, etiam ex tacita & verisimili
mente testatoris, *l. si quis ita. § penult. ff. de testam. tute. &*
gloss. in l. Titius, in princ. ff. de liber. & posthum. Et quod i-
ta in casu nepos (Hans Dreues) reciproce suis soro-
ribus substitutus præferatur vigore mutuæ substitu-
tionis filiæ suæ sororis, & pronepti testatoris, & quod
satis sit, quod illa vltima fuit volūtas testatoris, & quod
mea allegata *in l. cum auus, in l. generaliter. § cum autem;*
in l. cum acutissimi, loquuntur de alio casu, scilicet de fi-
deicommisso vniuersali, seu fideicommissaria substi-
tutione, vbi filius, nepos, vel alius descendens à patre
vel auo est grauatus, post mortem suam restituere bo-
na seu partem bonorum, quæ ipsi ex hereditate patria
vel aui obuenerunt, alteri restituere: vel quando pa-
rens filio, nepoti, vel alteri suo descēdenti simpliciter
substituit alium, quod tunc, † subintelligatur illa 12
conditio (si sine liberis decesserit) quia verbum *resti-*
tuat, † importat fideicommissum *l. restituta, cum simi-* 13
libus. ff. ad Trebell. Bart. & DD. in d. l. Centurio. Et hoc vi-
detur velle gloss. *in d. § cum autem, in verb. substitut. quia*
exponit, scilicet, per fideicommissum. Ergo prædictæ le-
ges loquuntur de fideicommisso, & non debent ex-
tendi ad directam, reciprocam, & mutuam substitu-
tionem.

Istis non obstantibus, puto decisionem supra alle-
gatam in hoc casu esse veram & fundatam, quod sit in
hoc casu mutuo facta fideicommissaria substitutio in-
ter nepotem & neptes testatoris, sicut etiā fideicom-
missum mutuum potest filiis & filiabus iniungi à pa-
tre, salua legitima, *l. si pater puellæ. C. de inoffic. testam.* &
propter verba substitutionis, moriatur, cadat, labatur,
siue deuoluatur † de vno ad alium, inducitur fideicom- 14
missum, & ita in tali substitutione fideicommissaria
subintelligitur à iure illa conditio, si sine liberis disces-
serit, & quod postea filia suscepta ex nepte excludat
substitutum nepotem Hans Dreues / ratione auitæ
pietatis & coniecturatæ suæ voluntatis: & sic in hoc
casu apparet de fideicommisso relicto à nepote & ne-
ptibus post mortem suam, & fideicommissum, etiam
ex † tacita voluntate testatoris & ex coniecturis indu- 15
citur, *l. cum proponebatur. in fin. l. qui solidum, § 1. de legat. 2.*
l. licet Imperator. & ibi Bartolus, de legat. 1. & d. l. cum a-
uus. d. § cum autem. & d. l. cum acutissimi. Et in fideicom-
missis potius † voluntas inspicitur quam verba, *l. cum* 16
virum. C. de fidei. com. & notatur in l. fin. C. de impub. & aliis
substit. Et in hoc casu ius talem interpretatur substi-

HH tutio-

tutionem ex tacita, præsumpta & coniecturata mente
& voluntate testatoris, quod filia prædefunctæ neptis
faciat desirere tale fideicommissum, & substitutum
nepotem Hans Dreues excludit. Et cũ ita à lege dis-
ponatur, Iudex non debet hoc disputare, sed secun-
dum eam iudicare, *4. distinct. cap. in istis.* Et non obstat,
17 quod † reciproca substitutio ooo contineat sub se fi-
deicommissariam, *l. nam hoc iure. ff. de vulgar. & pupillar.*
18 tamen ratione † annexæ compeodiosæ substitutionis
cootinet fideicommissariam, secundum Bartol. & o-
mnes DD. *in l. Lucius, ff. de vulgar. & pupil.* Compen-
diosa enim substitutio secundum Bart. & omnes DD.
in d. l. Centurio, in l. precibus. per adiectionem temporis,
per verbum distributiuum (quandocunque decesse-
19 rit) continet fideicommissariam, † & idem, si non est
apposita dictio, quandocunque, sed alia dictio, quę de
natura sui temporis tractum importat, vt, si decesserit
sine liberis, licet non dicat testator, quaodocunque:
Quod tunc requirit tractum temporis, vt appareat, v-
trum decedat sine liberis, *vt plene per Bart. ibi.* Imo et-
iam quando fit mentio mortis, scilicet, post mortem,
etiam quod non est dictum, quandocunque, vel sine
liberis, tamen ista verba important tractum tempo-
ris, & per consequeos fideicommissariam inducunt,
*vt secundum Alexand. in consil. 22. in 3. volum. & Socin. in
consil.* 113. Sed in hoc casu testator non substituit sim-
pliciter reciproce, & inuicem nepotem & neptes, sed
per talia verba, quæ important tractum temporis, &
inducunt fideicommissariam: & sic in hoc casu locum
habeot iura supra allegata. Quod licet in scriptura te-
stamenti non reperiatur facta mentio de filiis nascitu-
ris à nepote & neptibus, & conditio non reperiatur
scripta (si sine liberis decesserint) tamen à iure ipso
subaudita & pro apposita habetur.

20 Et sic in hoc † casu filia neptis præmortuæ excludit
ab hoc fideicommisso nepotem Hans Dreues / ex
præsumpta iuris & testatoris voluntate, vt supra de-
ductum est.

Auff die fürgebrachte Klage/Exception/vnd Repli-
cen/muß zu Recht erkandt werden / daß / vnangesehen
der fürgewandti Exception/ Hans Dreues in der Kla-
ge muß antworten/vnd den Krieg befestigen/dañ Bal-
thasar Schmidt ist im Rechten seines Kindes Vor-
21 münder / tutor, & † legitimos administrator in bo-
nis maternis, *l. 1. C. de bonis mat.* & non tenetur confi-
cere inuentarium, neque reddere rationes, quod est
speciale in patre, *l. cum oportet. §. non autem, & ibi DD. no-
tant, C. de bon. quæ liber.* Et pater administrator filiæ non
22 esse † desinit, propter transitum ad secundas nuptias,
l. generaliter, in princ. C de secundis nuptiis. Darumb so kan
die fürgebrachte Exception wider den Vatter kein statt
haben.

Ita ego Leuinus de Embden, I. V. Do-
ctor, ad casum propositum ex iure re-
spõdeo: iudicio saniori semper salno,
quod hac manu mea attestor, & sigil-
lum meum apposui.

ALIVD CONSILIUM IN EOdem Casu, *Doctoris Christophori Hegendorffini, Syndici Lunæburgensis.*

ARGVMENTVM.

Argumentum, seu thema huius consilii idem est quod & prioris, nimirum, quod infantulà proneptis ipsius testatoris, licet eius in proaui sui testamento nulla sit facta mentio, tamen ex præsumpta iuris, & testatoris coniecturata voluntate ab hereditate proaui sui repelli non possit, nec debeat.

SVMMARIA.

1 *A verbis testatoris recedendum non esse.*
2 *Voluntas non verbis expressa, sed in mente retenta, nihil operatur.*
3 *Verba testamenti efficacia esse debent.*
4 *Voluntatem testatoris potius quam verba considerari.*
5 *Auus testator & neptibus & proneptibus ex æquo consulere voluisse præsumitur, coniectura & præsumptione naturæ.*
6 *Verba testamentorum ciuiliter intelligenda esse.*
7 *Verba secundum præsumptam testatoris voluntatem benigne & ciuiliter intelligenda esse.*
8 *Voluntatis testatorum vestigia semper sunt sequenda.*
9 *Conditio tacita* (si sine liberis aut filius, aut nepos, &c. moriatur) *quomodo intelligenda.*
10 *Substitutio est, autore Azone, secundus gradus, vel omniũ eorum qui in locum institutorum desinentium vel non adeuntium instituuntur. & num. 11.*
12 *Concludit pro infante & filiola pronepte, quod proauo suo succedat & admittatur.*
13 *Æquitas cum omnibus in rebus, tum in iudiciis maxime spectanda est.*
14 *Prouerbium, circa Maleam nauigare.*

IN Nomine Iesu Christi, Amen. Thema, quod ad me in scriptis missum est, sic intelligo: Fuit Consul quidam Rostochianus, cui nomen Arnoldus, & cognomen Hasselbeck, is habuit duas filias, alteram nomine Tilchen, alteram nomine Margaretham. Tilche nupsit, ni fallor, Henrico Dreues, ciui Rostochiano. Margaretha nupsit Domino Bernardo Kron, Consuli Rostochiano. Tilche moritur ante patrem, & relinquit post se duos filios, opinor Hẽricum & Ioannem, ac filiam. Deinde condito in vita sua testamento, mortem obiit pater, & relinquit post se vxorẽ suam, Margaretham filiã vxorem Consulis Krons, nepotes duos ex filia præmortua Tilche, & neptem Dreues, quæ elocatur Balthasari Schmit, ex qua Barthasar filiolã sustulit. Iam Ioannes Dreues, nepos testatoris, ex Tilche filia præmortua, quando soror eius mortem obiit, fretus verbis testamenti, quod Dn. Hasselb. felicis memo. auus eius condidit, à Dn. Bernardo Kron, Consul. Rostoch. dimidiam partem omnium bonorum postulat, non habita ratione filiolæ, quam soror eius ex Balthasaro genitam post se reliquit, cuius infantis & proneptis ipsius testatoris nomine pater Balthasar Schmit quartam partem totius, hereditatem & portionem hereditariam matris etiam postulat. Quare in controuersiam venit, an non ad filiolam sororis Ioannis Dreues portio hereditaria matris iure transmissionis deriuata sit, an vero Ioannes Dreues exclusa pronepte testatoris, ex verbis testamenti dimidiam partem omnium bonorum accipere debeat. Sic, vt dixi, intelligo thema, & hunc statum totius controuersiæ inter Ioan. Dreu. & Balth. Schmit ortæ esse arbitror. Priusquam autem ad quæstiones, super quib. interrogatus sum, respondeã, pauca quædam argumenta, quæ pro Ioan. Dreues facere videntur, producam. Et primum omnium

omnium pro Ioan. Dreu. nepote testatoris sic colligi
1 posse videtur. A verbis † testatoris recedendum non
est, *l.non aliter.ff.de leg.3.* Sed verba in testamento pro-
ducto collocata directe velle videntur, quod portio
defunctæ sororis Ioan. Dreu. non ad filiolam sororis,
& proneptem testatoris, sed ad ipsum Ioan. Dreu. de-
noluatur. Sic enim in testamento constitutum est:
Vnd wann sie nach dem Willen Gottes/ rc. verba in
testamento possunt inspici. Ergo Ioan. Dreu. optimo
iure portionem suæ sororis, exclusa eius filia (cuius in
testamento nulla sit mentio) sibi vendicat. Secundo
pro Ioanne Dreues sic colligi posse videtur: Voluntas,
2 quæ non † verbis exprimitur, sed in mente retinetur,
ne hilum quidem operatur, *de sententia Bart. Socin. cons.
131. & Francisc. Aret. in l. Titia. §. idem respondet. ff. de verbo-
rum obligation. In l. pro heredi. ff. de acquirend. hered.* Ergo,
vt maxime verisimile esse queat, testatorem voluisse
quoque proneptem, si quæ extaret, includi, tamen
cum eam voluntatem nullis verbis expresserit, volun-
tas illa nullius momenti erit. Et per consequens Ioan.
Dreues, exclusa infante & filiola sororis, adhuc iure
mortuæ sororis portionem postulat. Tertio pro Ioan.
Dreues facere videtur etiam hoc: Verba testamenti
3 efficacia † esse debent, *l. si quando. ff. de lega. 1. Bald. in Rub.
C. de contra. empt.* Quare nõ est, quod verbis testamen-
ti prætermissis ad voluntatem testatoris inuestigan-
dum confugiamus. Ex quo tandem efficitur, quod
Ioan. Dreues verbis testamenti adiutus infantem &
filiolam sororis non iniuria à testamento repellat. His
argumentis probabilibus non obstantibus, inspectis,
venio iam ad quæstiones, super quibus consultus
sum, pro mea virili dissoluendas, quarum prima est.

Posito hoc, sed prorsus non concesso, quod infans
& filiola sororis descendens, nec possit nec debeat in
testamento includi, attamen spes sit, ex præsumpta vo-
luntate testatoris, & pietatis coniectura, eam non o-
mnino exclusam esse.

Secunda quæstio. Tunc in quæstionem vocatur;
anne illa infantula & descendens beneficio & fauore
liberorum & æquitate legis vnicæ, *C. de his qui an. apert.*
&c. (cum mater illius infantulæ Ioan. Dreues soror,
Iura sua, dum viueret, & suam portionem iure trans-
missionis in hanc infantulam deriuarit, & eam here-
dem fecerit) merito heres transmissa appellari possit.

Ad primam quæstionem paucis respondeo, filio-
lam & infantulam sororis Ioan. Dreues non omnino
à testamento exclusam videri, id quod duobus argu-
mentis confirmo, quorum vnum est: Voluntatem po-
4 tius testatoris † quã verba considerare oportet, *l. pater.
ff. de condit. & demonst. l. in conditionibus, eod. tit.* Sed haud
dubie voluntas testatoris fuit, vt proneptis, si quæ ex-
taret, à testamento non repelleretur: nam quis dubi-
tare potest, quin testator hoc animu erga proneptem,
si quæ nasceretur, fuerit, quo erga neptem suam fuit
in testamento. Ex quo efficitur, quod vt testator ne-
ptem includi voluerit, ita etiã proneptem à testamen-
to non omnino repulsam voluerit. Facit huc conie-
ctura & præsumptio naturæ, qua testator præsumitur
& neptibus & proneptibus ex equo cõsulere voluisse.
5 Alterum argumentum, infantem † non omnino à te-
stamento exclusum esse, est hoc: Verba testamentorũ
6 ciuiliter † intelligenda sunt, *l. cum antiquitas, C. de vsufr.
& inibi Bald. in Rubr. C. si cert. petat.* Idcirco & hæc verba
testamenti intelliguntur, vt proneptis testatoris ab eo
non prorsus excludatur. Consequentia clarior est,
quam vt multis sit probanda.

Ad quæstionem secundam respondeo, quod hoc
casu mater infantis suam portionem hereditariam ad
filiã suam infantulam iure transmissionis propagarit:
& hoc ipsum cum propter fauorem, quo iura comple-
ctuntur liberos, tum propter æquitatem legis vnicæ,
C. de his qui ante ap. tab. Quæ lex vel vna (vt mea fert sen-
tentia) infantulæ patrocinari poterit, ne omnino à te-
stamento repelli queat. Nititur autem lex illa æquo
& bono. Nam an non æquum & bonum est, vt vel ne-
potes vel neptes, pronepotes vel proneptes in por-
tione hereditaria, ex iure transmissionis ipsis acceden-
te, habeant solatium tristitiæ suę, qua ex morte paren-
tum afficiuntur, *vt & Imperat. in d. l. vnic. C. tum eleganter,
tum prudenter disserit.*

Tertia quæstio est, an hæc verba testamenti: Vnd
was ich einem so gebe/ das mag sterben/ vnd fallen von
dem einen auff das ander/ secundum æquitatem &
moderationem, iuxta iura scripta, & per subauditio-
nem intelligenda sint, & non pro eo atque præ se fe-
runt, sed secundum mentem & præsumptam testato-
ris voluntatem, hoc modo, daß es von dem einen auff
den andern falle/ si scilicet & quatenus sine liberis dis-
cesserit: Et si aliquis de nepotibus vel aliqua de nepti-
bus cum heredibus ex suis corporibus descenden-
tibus moreretur, veluti est in casu nostro, vt tunc non
ad alterum nepotem, sed ad hunc nepotem descen-
dentem moreretur.

Ad hanc tertiam quæstionem respondeo quoque
paucis, & hæc verba quæ paulu ante recensui, non pro
eo atque sonant, sed secundum præsumptam volun-
tatem testatoris benigne & ciuiliter intelligenda esse,
vt † proneptis heres descendens non exclusa à testa-
mento videatur: Tum quod, vt Imperat. *in l. quidam,
C. de necess. ser. hered. instit. vel substit.* ait, semper vestigia 7
voluntatis sequimur testatorum, tum quod hæc † vo-
luntas testatoris cum æquo & bono sit coniuncta.
Porro voluntatem testatoris fuisse, vt heres descen- 8
dens, à testamento non omnino submoueretur, cum
ex aliis coniecturis, ex quibus voluntas testatoris pro-
batur, *per l. licet in initio. ff. de leg. 1.* tum ex hoc probari
potest, quod nemo non conicere possit, testatorem
nunquam voluisse, vt heredibus quidem in testamen-
to expressis consuleretur, sed his qui ab illis descẽde-
rent, quamuis expressi non essent, minime consultum
non esset: nam quid hoc aliud esset, quam alios liberos
locupletari, alios vero ad extremam inopiam redige-
re velle? quæ Scythica immanitas in testatore præsu-
menda non est. Nec vero nouum est in iure, multa
non pro eo atque verba simpliciter præ se ferunt, sed
secundum equitatem & voluntatem præsumptam te-
statorum intelligi. Exemplum est *in l. quidam, §. cum i-
gitur, C. de necess. ser. hered. instit. & in l. si quis filium, C. de lib.
pret. &c.* vbi Imperat. & grauiter & eleganter ait: Cum
manifestissimus est sensus testatoris, verborum inter-
pretatio nunquam tantum valeat vt melior sensu exi-
stat. Hæc ille. Sic in præsenti hypothesi, cum sensus
testatoris satis appareat manifestus, heredes in linea
descendenti, si qui essent, non omnino à testamento
submotos esse debere, quæ (malum) iniquitas est, ver-
ba magis quam sensum testatoris mordicus tenere?

Quarta quæstio est, an, quando testator in testa-
mento vsus est verbo, mori, sterben/ quo substitutio-
nem indicare videtur, & sic Ioannes Dreues per sub-
stitutionem suæ sororis & non infantula, ratione trãs-
missionis, solus heres esset, excluso descendẽte, videri
potest, hoc in casu minime animaduerso hoc, quod

institutio sub conditione liberorum nascendorum fa-
9 cta est, nihilominus hæc † conditio, si sine liberis aut filius aut nepos, & sic deinceps institutus moriatur, tacite subintelligenda sit.

Ad hanc quartam quæstionem respondeo, quod si
10 verba † testatoris (das mag sterben) ad viuum excutere velimus, videantur quandam substitutionem redolere: nam substitutio est, authore Azon. *in summ. C. de instit. & substit.* secundus gradus vel omnium eorum qui in locum institutorum desicientium, vel non adeuntium instituuntur. Iam hæc verba testatoris in testamento, das mag sterben/ vnd fallen von dem einen auff den andern/ aliud velle videntur nihil, quam vt hereditas vel pars hereditatis ab vno ad alium deriuetur, & secundus succedat primo. Sed vt maxime hæc subtilis substitutio ex verbis testatoris peti possit, & sine conditione liberorum nascendorum facta sit, tamẽ nihilominus vis negari posse existimo, quin conditio (si sine liberis, &c.) quoq; subintelligi debeat, id quod probari potest argumento *l. cum acutissimi. C. de fideicommis.* vbi Imper. inquit Papin. in suis statuit respon-
11 sis, si quis filiam suam heredẽ instituit, † & restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc videri disposuisse, nisi cum filius eius sine sobole vitam suam reliquerit, nos huius sensum merito mirati, plenissimum ei donamus euentum, vt si quis hæc disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem vel neptem, &c. non aliter hoc sensisse videatur, nisi hi, qui restitutione onerati sunt sine filiis vel filiabus, vel nepotibus vel pronepotibus, vel neptibus vel proneptibus fuerint defuncti. Hanc l. propterea verbatim pene inserere volui, quod ex ea argumentum ad probandam nostram hypothesin, valde luculentum sumi potest. Et huc facit argum. *l. generaliter.* Quod etiam Dominus M. Takel in recitatione thematis prudenter produxit. *§. cum autem, C.*
12 *de instit. & substit.* Ex his quæstionibus iam à me (quantum per aduersam valetudinem facere potui) dissolutis, perspicuum esse arbitror, quod ad infantem & filiolam sororis Ioannis Dreues portio hereditaria matris iure transmissionis propagata sit, & quod Ioannis Dreues infantulam à testamento, & propter præsumptam voluntatem testatoris, & æquitatem summam repellere nec queat nec debeat.

13 Ad hæc † prorsus mea est sentẽtia, quod si æquitatẽ (quæ cum in omnibus, tum in iudiciis spectanda est, *l. in omnibus, ff. de reg. iur.*) ob oculos habere, & præsumptam voluntatem ac mentem testatoris, diligenter considerare volumus, sæpe dicta infantula, portione hereditaria matris fraudari nequeat: sin vero summo & stricto iure agere, & verba testamenti vrgere volumus, vereor, ne in grauem scopulum impingamus. Enimuero ad argumenta, quæ pro Ioan. Dreues paulo ante in medium producta sunt, facile responderi potest. Et ad primum argumentum responderi poterit, quod à verbis testatoris recedendum non sit, nisi sit manifestum, aliud sensisse testatorem, vt ipsemet Marcellus Iureconsult. ait *in d. l. non aliter.* Sed ex his quæ paulo ante disputata sunt, facile præsumi potest, aliter sensisse testatorem, quam verba eius in testamento præ se ferant. Ergo, &c. Ad secundum argumentum responderi poterit, voluntatem, quę in mente retineatur, nihil operari in aliis casibus, cæterum in testamentis voluntatem testatoris, etiã nullis verbis expressam, perefficacem esse & permultum operari, & magis quam verba considerari, *l. vbi. §. te rogo. ff. ad Trebell. cum legibus supra allegatis.* Ad tertium argumentum, quod pro Ioan. Dreu. productum est, respondeo, verba quidem testamenti efficacia esse debere, sed eatenus, quatenus non voluntati & menti testatoris præsumptæ aduersentur, *argum. l. 1. C. de legatis.* qua de re disputat & Accursius *in l. voluntatis, Cod. de fideicommissis.* Et exempla huius rei extant præclara *in l. cum filiosfamilias. ff. de legat. 3.*

Iam argumentis, quæ pro Ioan. Dreu. facere videntur à me labefactatis, adhuc eius sum sententiæ, cuius me esse supra ostendi, nimirum quod, si in præsenti casu rem ipsam ad facilitatem & æquitatem testatoris voluntatem præsumptam referre volumus, infantula causam facilem & vincibilẽ est habitura: si vero à verbis testamenti nos auelli nolumus, periculum est, ne,
vt prouerbio dicitur, † circa Maleam nauigemus. Sed 14
hæc in re ego nullius iudicio præiudicare volo. Quod mihi in themate proposito æquum & bonum visum est, candide ostendere volui. Si alicui quid rectius in mentem venerit, ei non solum libenter cedam, verum etiam gratias agam, quod me erroris labyrintho explicarit. Nam non ignoro, nihil tam proprium esse homini, quam labi, errari, decipi.

Ego Christophorus Hegendorffinus,
I. V. Doctor, & me hac mea manu
subscripsi, & meum solitum annulum signatorium adiunxi.

SEQVENS CONSILIVM EST Doctoris Stephani Gercke Lunæburgensis, in eadem causa, quod approbauit sua subscriptione D. Hieron. Schurpff, vt in fine Consilii apparet.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius consilii est eiusdem materiæ, cuius sunt superiora duo consilia, nempe de successione pronepotis in proaui sui testatoris hereditate.

SVMMARIA.

1 *Ad corticem & literam repugnare.*
2 *Pietatis coniectura fideicommissi conditio deficit.*
3 *Testator pietatis intuitu præsumitur, quod non velit posteritatem alienam successioni suæ præferre.*
4 *Iuris præsumptio directa militat in casu proposito.*
5 *Donatio prius facta reuocatur nascentibus liberis.*
6 *Liberi præferuntur excluso fratre.*
7 *Legitimatio reuocatur naturalium, si patri legitimi nascantur.*
8 *Ordo charitatis & parentalis affectionis est, vt filius præcedat nepotem, & nepos pronepotem.*
9 *Filii filius, & sic remotior in gradu excludit patruum suum.*
10 *Ratio, quare filia neptis grauata excludat nepotem, &c.*
11 *In vltimis voluntatibus non tam spectantur verba, quam testatoris mens & voluntas.*
12 *Testator hoc voluisse videtur, quod lex ipsa disponit.*
13 *Legis dispositione filius excludit patruum.*
14 *Ius transmissionis ex concessione & beneficio legis oritur.*
15 *Posthumorum successio in bonis auitis.*

16 Sub-

16 *Substitutio transmissionem in ascendentibus & descendentibus non impedit.*

17 *Substitutio vulgaris non impedit transmissionem hereditatis.*

18 *Heres transmittentis praefertur substituto vulgari.*

19 *Concluditur quod proneptis aequaliter cum patruo suo in locum suae matris succedat in hereditate auita seu proauita.*

CASVS.

DEr Ehrsame vnd Weise Arnoldt Hasselbeck/ etwan Burgermeister zu Rostock/ als er von diesem Jammerthal in Gott dem Herrn hat verscheiden wöllen/ hat er seiner Haußfrawen eine Tochter / vnd drey Töchter Kinder/ nemblich Margarethen Krons/vnd seligen Tilchens zween Söne vnd ein Tochter im Leben gehabt/vnnd demnach einen freyen letzten Willen bestellet / darinn er von seinen Gütern zwischen gemelten seiner Haußfrawen/seiner Tochter/vnnd den dreyen Töchter Kindern/ der gestalt geordnet vnd disponirt / daß gemeldte seine Haußfraw nach seinem Todt alle seine Güter behalten solte / vnnd nach jhrem tödilichen Abgang/ daß als dann die drey seiner Töchter Kinder/ oder so viel jhret noch vorhanden/an statt jrer verstorbnen Mutter Tilchen Dreues/ mit Margarethen Krons sollen zu gleicher Theilung gehen/ aber also / was der Testatot ohne der Tilchens dreyen Kindern/ seinen Nepoten / sonst gebe vnd zueignet/ daß solches möchte sterben vnnd fallen von einem auff den andern. Vnd ist also nach solcher Bestellung seines letzten Willens in Gott verschieden/vnd gedachte sein Haußfraw Margareth Kron/vnd Hans/ vnd N. Dreues mit Merke jhrer Schwester hinder sich gelassen: Vñ nach dem die Hasselbeckin ein Zeitlang hette in gemeltes jhres Haußherrn Gütern nach dem Testament geblieben/hat man Merken Dreues deß Testators Neptem in die Ehe berathen / vnnd Balthasar Schmitt vertrawet / von welchem sie gezeilet hat ein Tochter/vnd darnach im lebẽ der Großmutter/in Gott verstorben/vnd ein vnmündige Tochter gelassen. Darnach ist die offtgemeldte Großmutter auch verstorben/ derohalben deß Testators Güter allenthalben verledigt. Est igitur quaestionis, an Ioan. Dreu. testatoris nepos, seiner Schwester vnmündige Tochter / testatoris proneptem, von der helffte seligen Arnolds Hasselbecks Gütern (welche jhm im Testament zugeeygnet) krafft desselbigen excludirt/oder gedachter Hans Dreues, seiner Schwester Tochter zu dem Antheyl jrer verstorbnen Mutter zulassen solle.

Hierauff ist indubitanter de iure zu antwörten/daß selige Merken Schmides vnmündige Tochter an statt jrer Mutter in die helffte der Erbtheylung zu seligen Tilchens dreyen nachgelaßnen Kindern / durch auch seligen Arnoldes Hasselbecks Testament gegeben / vnd zugeeygnet/von Hans Dreues jhrer Mutter Bruder nit excludirt vnd außgeschlossen wirdt/sonder sol mit demselbigen Hans Dreues zu gleicher Theylung gehen: 1 Non obstantibus †verbis testamenti, quae ad corticem & literam repugnare videntur. Daß solche Arnoldts Hasselbecks Güter von einem auff den andern fallen mögen/wirdt an sich schlecht vnd klar seyn/ daß eins jeden Antheyl von den zweyen nepotibus, vnnd der einen nepte von einem auff den andern sterben möge/ so muß doch dasselbige nach Ordnung der Rechten/welche dasselbige deuten vnd interpretiern/ verstanden werden/ so ferrn jemands ohne Geschlechte oder Kinder von jnen versterben vnd verfallen würde / vnd dasselbige ex praesumpta mente testatoris & pietatis coniectura, dann so der Testator deß fals/daß jemandt vnter jhen möchte mit Kindern vberfallen/ gedacht vnd erinnert gewesen/ so würde er sich ohn zweiffel weiter erkläret / vnd dasselbige auff den fall/ so sie mit Kindern verstorben weren/ außgeschlossen vnd begriffen haben. Diese Erklärung vnd Verstandt deß berührten letzten Willens ist in den bewerten Rechten außtrücklich decidirt/daß billich vnd mit guten Fundamenten kein zweiffel darvon geschöpffet kan werden.

Erstlich/ *in l. cum auus ff. de cond. & demonstr.* da das Recht also spricht: Cum auus filium, ac nepotem ex altero filio heredes instituisset, à nepote petiit, vt si intra annos 30. moreretur, hereditatem patruo restitueret, nepos liberis relictis intra aetatem supra scriptam vita decessit, †fideicommissi conditionem coniectura 2 pietatis respondi defecisse, quod minus scriptum quã dictum fuerit inueniretur.

Secundo est textus praecedentem declarans & extendens, *in l. cum acutissimi, C. de fideic.* qui sic habet: Cũ acutissimi ingenii vir, & merito ante omnes excellens Papinianus in suis statuit responsis: Si quis filium suũ heredem instituere, & restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc videri disposuisse, nisi cum filius eius sine sobole vitam suam reliquerit. Nos huiusmodi sensum merito mirati, plenissimum ei donamus euentum, vt si quis hoc disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem vel neptem, vel pronepotem vel proneptem, vel aliam deinceps posteritatem, & eam restitutionis post obitum grauamini subiugauit, non aliter sensisse videatur, nisi hi, qui restitutione onerati sunt, sine filiis vel filiab. vel nepotib. vel neptibus, vel pronepotib. vel pronepotib. fuerint defuncti, ne videatur Testator alienas successiones ꝓpriis anteponere. Tertius textus iure, est in *in l. generaliter. C. de inst. & subst.* Cũ aũt inuenimus excelsi ingenii Papin. in eiusmodi casu, in quo pater filio suo substituit, nulla liberorum ex his procreandorum adiectione addita ex optimo intellectu disposuisse euanescere substitutionẽ, si is, qui substitutione praegrauatus est, pater efficiatur, & liberos sustulerit, & intelligentem nõ esse verisimile patrem, si de nepotibus cogitauerit, talem fecisse substitutionem. Humanitatis intuitu hoc & latius & pinguius interpretandum esse credimus, vt si quis naturales filios habeat, & partem eis reliquerit vel dederit vsq; ad modum, quem nos statuimus, & substitutioni eos subiugauerit, nulla liberorum eorum mentione facta. Et hic intelligi euanescere substitutionẽ liberis eam excludentibus. Et intellectu optimo his qui ad substitutionem vocantur, obsistente, & non concedente ad eos eam partem venire, sed ad filios vel filias, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes, morientes, transmittente, & non aliter substitutionem locum accipiente, nisi ipsi liberi sine iusta sobole decesserint, vt quod inter iustos liberos sancitũ est, hoc in naturales filios extendatur. Quae omnia & in legatis, & in fideicommissis specialibus locum habere sancimus.

Auß diesen klaren vnd hellen Worten der bewerten Rechten/ist ohn widerrede Augenscheinlich zuvermercken/ so ein Testator seinen Kindern oder Kindes Kindern/sein Erb vnd Gut in einem Testament gibt vnnd zueignet/vnd sie vndereinander substituirt od' beschwert/ daß eines jeden Antheyl nach seinem Todt auff den andern sterben vnd fallen sol/ daß dasselbige allein statt vñ Fortgang haben sol/ so der erste verstürb ohne Kinder

vnd Erben/dann deßfalls wirdt der Substitutus durch
deß verstorbnen Kinder nicht zugelassen. Et hoc pieta-
tis intuitu ex præsumpta & coniectutsta mente te-
3 statoris, quæ est,† quod testator noo velit posterita-
tem alienam successioni suæ aut filiorum seu nepo-
tum suorum præferre. Nam sicut testator prætulit fi-
lium vt nepotem institutum substituto, ita verisimile
4 est, quod voluerit † etiam ei præferri filios eius: & ista
iuris præsumptio directe militat in casu proposito, vbi
isti nepotes simpliciter ab auo in media parte heredi-
taris soq; instituti videntur & grauati, vt decedẽtis por-
tio moriatur, & cadat ad fratres suos alios, scilicet ne-
potes superstites, qui omnino est casus noster. Supra
dicta sunt etiam de mente gloss. *in c. in præsentia, in ver-
bo, sine liberis, & ibi D. Abb. notat extr. de probat. & seq. hoc
omnes DD. de mundo in iam supra allegatis trib. ll. Et ita
consulendo tenet Ludouicus Roman. in consil. 370. incipiente,
In proposita consultatione.* Et pro hoc facit in simili,
quod si aliquis carens liberis, fecerit alicui donatio-
nem, & sibi postea nascantur filii, qood tunc propter
5 natiuitatem † filiorum reuocatur donatio prius facta,
*text. est in l. si vnquam, C. de reuoca. donat. plene Bartol. in l.
Titia, §. Imperator ff. de legat 2. Bald. in l. 1. C. de mossic. do-
nat. in fin. Cano. in cap. fin. extr. de donat.* Similiter si ali-
quis stipulatur sibi & post mortem fratri suo, si stipu-
6 lator postea † suscipiat liberos, illi præferuntur, exclu-
so fratre, textus est, qui ad hoc reputatur singularis, *in
l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis.* Sequitur Bald. *in d. l. cum
acutissimi, in 1. colum. & in c. 1. de duob. fratrib. à capita. in-
uesti.* Refert & sequitur D. Ias. *in d. l generaliter. §. fin. in 1.
colum. & in d. l. tale pactum. §. fin. in 2. colum.* vbi subiungit,
quod ibi Guil. de Cu. & Albet. de Rosa. per illum text.
dicant, quod si pater habens solos filios naturales, fecerit
eos legitimari, & postea nascantur sibi legitimi & na-
7 turales, † quod talis legitimatio reuocetur, quia pater
verisimiliter non fecisset legitimati naturales, si cogi-
tasset se habiturum filios legitimos & naturales: & ita
dicit Dinum tenuisse in Lectura & in consiliis.

Item/ so ist auch nicht glaublich/ vnd keiniger maß
vermůthlich/ nach dem Arnoldt Hasselbeck der Groß-
vatter sein Erbe der gestalt/ als dann zu Rechte ab in-
testato fallen solt/ vnder die Kinder getheilet/ vnd keins
vnder den Nepoten gegen denselbigen Arnoldt jhren
Großvatter etwas (dieweil sie vnmündig) verwirckt/
daß er deß Gemůts gewesen/ daß er einen allein hat
reich/ vnd einen Junckern auß jhm machen/ vnnd deß
andern Kinder zu Betlern werden/ vnd den pronepo-
tibus entwenden dasselbige/ das jhnen von Natur vnd
Rechtswegen von jhrer Mutter zugefallen vnd gebüh-
ren wolte.

Non obstat, si dicatur, quod supra dicta quidem
possint procedere, quando substitutus ipsi testatori
esset in remotiori, vel saltem æquali gradu cum libe-
ris postea ex grauato natis coniunctus: secus autem, si
ipse huiusmodi liberos in gradu præcederet (vt in ca-
8 su nostro) quia tunc ordine † charitatis & parentalis
affectionis filius videtur præcedere nepotem, & ne-
pos pronepotem, &c. Respondeo secundum Bald.
in d. l. cum acutissimi, in princip. Quod imo filii filius, &
9 sic remotior † in gradu excludit patruum suum, qui
est ipsi patri proximior, quia quam charitatem habuit
testator ad filium institutum & grauatum, eandem
continuatam etiam habuisse censetur ad nepotem ex
eo descendentem, quod idem etiam est secundum
Bald. *in l. nepote.* & dicit Bald. hoc notandum esse, &
probatur hoc *in d. l. cum auus, ff. de condit. & demonstr.* vbi
testator præfert filio suo substituto pronepotem na-
tum ex nepote instituto, & restituere grauatum. Tenet
idem Paul. de Castr. *in d. l. cum acutissimi*, asserens se mi-
rari, quod Bald. *d. l. cum auus*, ad hoc non ponderauit.
Idem etiam tenet Barthol. Soci. *in d. l. cum auus, in 21. col.
ver. primum corollarium mihi, num. 29. & D. Iason in d. l. ge-
neraliter. §. 3. in 1. colum.*

Non etiam obstat, quod ratio *dict. l. cum acutissimi*,
non militet in casu proposito, ergo nec eius disposi-
tio ei conuenire potest, *vulgata l. adigere, §. quamuis. ff. de
iure patr. & cap. cessante, de appellation.* nam in casu nostro
ratio, † quare filia ipsius neptis grauatæ excludat ne- 10
potem, & sic patruum suum substitutum, est, ne testa-
tor videatur alienas successiones propriis antepone-
re, quæ ratio in casu nostro videtur cessare, cum suc-
cessio nepotis non minus sit propria ipsius testatoris,
quam ipsius proneptis, sicut filiæ sororis suæ. Quæ
successio nepotis fortassis magis proprie dici potest,
quam ipsius proneptis, quia ad hoc respondet Andr.
Barbat. *in solen. sua repetit. d. l. cum acutissimi*, quem se-
quitur & refert D. Barthol. Socin. *in d. l. cum auus, in 22.
colum.* & dicit, quod ille textus *in dict. l. cum acutissimi*,
in hoc quod dicit, ne testator videatur alienas succes-
siones propriis anteponere, se referat ad proprias suc-
cessiones ipsius instituti & grauati, non testatoris, cu-
ius instituti propria successio sunt filii ipsius, non fra-
ter substitutus: & quod hoc sit verum, apparet ex *d. l.
cum auus*, vbi excluditur filius substitutus, propter li-
beros nepotis grauati: *sed l. cum acutissimi*, venit ad in-
terpretationem *l. cum auus.* Non mirum, si ea quæ di-
cta sunt in l. interpretata, censeantur etiam repetita in
l. interpretante: *l. nihil. & ibi Bart. ff. de coniungendis cum e-
man. liber.* Ergo illa verba (alienas successiones pro-
priis anteponere) non possunt verificari, quando est
substitutus alter nepos, qui est proximior, & sic magis
proprius successor testatoris, quam est filius nepotis,
& ideo intelligetur de aliena successione, respectu in-
stituti & grauati, & non testatoris. Vnde etiam in no-
stro caso bene quadrat ratio *d. l. cum acutissimi.* Postre-
mo non obstat si dicatur, quod verba testatoris sunt
clara, & ideo debent ad literam intelligi, nec debent
recipere interpretationem, vt intelligantur, nisi ta-
les nepotes instituti sine liberis decedant, quia ad
hoc per *l. cum auus, supra allegat.* patet responsio, quod
scilicet hic minus scriptum quam dictum fuit inuenia-
tur: vel & secundo dicitur, quod † in vltimis volunta- 11
tibus non tam spectantur verba testamentorum,
quam ipsorum testatorum mens & voluntas. *l. pater
Seuerinum. ff. de condit. & demonstr. l. heredes mei. §. cum ita.
ff. ad Trebellianum. l. cum virum. C. de fideicommiss. l. penul-
tima. ff. de legat. 1.* Sed non præsumitur hic in casu no-
stro fuisse mentem aui, quod voluerit vnum nepotem
cum iactura alterius, scilicet proneptis, locupletari,
& hereditatem suam illi obuenire, cui de iure non
debeatur, maxime cum testator hoc voluisse videa-
tur, quod lex ipsa disponat, *vt l. Gallus. §. quidam recte. 12
ff. de liberis & posthumis. & not. Bartolus in dict. l. heredes
mei. §. cum ita, circa fin. in 1. colum. Et Bald. in l. precibus.
in 19. colum. C. de impube. & aliis substitut. refert Alexand.
in consil. 51. incipien. prospectis his, in 1. colum. in 4. volum.*
Sed cum lex disponat, quod filius † excludat patruum, 13
& quod descendens grauatus restituere hereditatem
intelligatur, nisi ipse cum liberis decedat, non mi-
rum, quod ista verba, quantumuis clara recipiant il-
lam iuris interpretationem, & non ad corticem intel-
ligantur.

Zu dem

Zu dem/weñ gleich diese proneptis Metken Schmits seligen Tochter/ auß diesen berührten Rechten zu solchem Antheil jhrer Mutter in Arnold Hasselbecks jhres Großvatters Erbe/ nicht solte zugelassen werden/ als dennoch zu Recht vnwiderrufflich sich gebürt/ sol sie dennoch zu demselbigen Antheil iure transmissionis ex concessione † & beneficio legis vnicæ, *C. de his qui ante aper. tabul. he. trans.* gelassen werden. Die berhürte l. vnica disponirt mit hellen Wortẽ/ dz die Kinder auß rechter Niedersteigender Linien das Erb jhrer Voreltern transmittieren auff jhre Kinder/ die jhre Erben seyndt/ nichts geacht/ daß das Testament der Eltern nicht geöffnet/ oder die Erben davon nicht gewust/ auch das Erb nicht vnterstanden/ der Vrsachen halben/ daß die liberi vnd die Kinder/ so durch den Todt jhrer Eltern betrübet/ dadurch möchten etlicher massen getröstet werden/ denn es ist vnbillich/ daß die Kinder von deß wegen/ daß jhnen jhr Vatter abgestorben/ sölten jhres Großvätterlichen Erbs entsetzt/ vnnd desselbigen sich nicht zu erfrewen haben/ wie der Text klärlich sagt: Per hanc iubemus sanctionem in posterum valituram, filios seu filias, nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes à patre vel à matre, auo vel auia, proauo vel proauia, scriptos heredes, licet non sint inuicem substituti, seu cum extraneis, seu soli sint instituti, & ante apertas tabulas defuncti, siue se nouerint scriptos heredes, siue ignorauerint, in liberos suos, cuiuscunque fuerint sexus vel gradus, derelictam sibi hereditatiam portionem posse transmittere, memoratasque personas (si tamen hereditatem non recusant) nulla huiusmodi præscriptione obstante, sibi tanquam debitam vendicare, quod scilicet etiam supra legatis seu fideicommissis à patre vel à matre, auo vel auia, proauo, proauia, derelictis locum habet. Siquidem perindignum est fortuitas ob causas vel casus humanos, nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes, auita vel proauita successione defraudari, aliosque aduersus auitum vel proauitum desiderium vel institutum insperato legati commodo, vel hereditatis gaudere. Habeant vero solatium tristitiæ suæ, quibus est merito consulendum.

stibus Notarius in præsentia Testatoris legat istud Te-
stamentum, & interroget Testatorem, an sit conten-
tus, & Testator respondeat, quod sit, quod tale Testa-
mentum nihil valeat, potissimum quando Testator e-
rat multum graoatus in infirmitate. Ita polchre deci-
dit Paul. de Cast. *in l. hac consultissima. §. at cum humana.*
post princ. C. qui Testam. facere poss. vbi prorumpit in hæc
verba: Et aduerte, qnia oportet constare, q illam scri-
pturã fecerit de voluntate Testatoris, alias si Testator
esset in graui infirmitate constitutus, & corã eo legere-
tur vna scriptura nõ cõfecta de mãdato eius, sed ad in-
stantiam

stantiam alterius, vt ego consului huiusmodi de facto, quia quidam in sanitate cõstitutus, fecerat Testamentum, & instituerat quendam extraneum, postea cum esset prope mortem, eius consanguinei habuerunt quendam Notarium, & fecerunt ipsum scribere, vt voluerunt: Deinde duxerunt ipsum ad Testatorẽ, & fecerunt eum legere coram testibus, & interrogari eũ, an ita vellet, & ille tædio affectus, respondit quod sic: vnde dicebatur, quod primum Testamentum erat reuocatum per istum textum, etiam post gl. *quæ est in* §. 1. *l. iubemus, quæ incipit. non secundum regulam.* nam ego con
27 sului contrarium, postquam ita erat † granatus in infirmitate, & non apparebat, quod de sua voluntate illa scriptura esset facta. Et repperi Ioan. And. *in addit. Specu. tit. de testamen. §. in primis.* qui dicit, hanc quæst. fuisse in vxore Bulga. & tenet istam partem, alias daretur materia falsum fabricandi. Ita enim expresse tenet Ludo. Roma *in cons. 306.* Quem etiam refert & sequitur D. Iason *in d. l. iubemus, in fin. vltim. collum. cum concordant. hic per eum adductis.* subiungens, quod ista opinio sibi multum placeat, & sit valde æqua, & occurrat fraudibus,
28 quæ † multoties committuntur.

Nec in præsentiarum obstare potest, si obiiceretur, quod ipse fecerit vocari ad se Secretarium Senatus Rostochiensis, committendo ei, quod scriberet suam vltimam voluntatem, & ita quod scriptura illa fuerit facta de mandato eius, quia non constat quod Gotschalcus in infirmitate cõstitutus ex mãdato, & voluntate sua fecerit scribi contenta in eiusmodi scriptura, nec præsumitur, primo ex eo quod non in præsentia ipsius scripsit, sed in præsẽtia vxoris ipsius Gotschalci in camera solus cum sola existens. Item non fuit lecta coram duobus consularibus vocatis ab ipso Gotschalco, sed fuit obsignata, & ita eis tradita.

Item non præsumitur, quod contra suas promissiones ter repetitas commiserit scribi suam vltimam voluntatem.

Item omnino præsumitur, quod ipse Gotschalcus constitutus in graui infirmitate, & turbatus mente, suggestione & importuna sollicitatione vxoris suæ fecerit ad se vocari Secretarium consulatus, &c.

Item vltra prædicta omnia est vrgentissima præsumptio, quod ipsa astans Secretario scribenti, vltimam voluntatem mariti in camera absente marito, fecerit scribi eam pro suo arbitrio & voluntate.

Item, si de voluntate D. Gotschalci scripsisset contenta in tali scriptura, in qua quodammodo omnia bona sua inueniantur vxori eius data, post mortem eius, ipse conuinceretur, quod fuisset in manifesta fraude & euidente dolo, & quod ex proposito decepisset nepotem & neptem suam, ex fratre & sorore sua prædefunctis, attento quod postulantibus eis reddi rationem administrationis suæ ab eo responsum fuerit, ne secum contenderent, quia alias absque hoc omnia bona eius post mortem suam ad eos essent ventura tanquam ad proximos suos heredes. Et quod propterea eo viuente supersederint, ducti ea spe, & nullo modo credentes, quod esset eos decepturus, instituendo vxorem suam, & relinquendo ipsi quodammodo omnia bona ipsius. Quapropter non est verisimile, quod illa scriptura sit de voluntate eius, prout canit, conscripta.

Sed his latius non est hic insistendum, cum, vt supra deductum est, præsens casus non fuerit comprehensus in dispositione sæpe dicti statuti, & per consequens tanquam casus omissus remanserit in dispositione iuris communis. *dict. l. vero. §. de viro, l. si extraneus. ff. de condictio. ob caus. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. l. si cum dotem, in princ. ff. soluto matrimonio.*

De iure autem communi, vt inconuincibiliter ostensum est, illa scriptura nec vt testamentum, nec vt codicillus, nec vt alia quæcunque scriptura vltimæ voluntatis valida valere potest. Per quæ iam clarius claro infertur, quod D. Gotschalc[9] piæ memoriæ decesserit intestatus, nullo penitus condito Testamento solenni, nec alia valida vltima voluntate: Cum nullum & inualidum, vel minus † legitime factum, pari passu am- 29
bulent, *l. quotiens ff. qui satisdare cogantur. l. 2.* vbi dicitur: Nulla differentia est, num interueniat autoritas Curatoris, an perperam adhibeatur, *ff. de autoritate præstan.* Item, nulla differentia est, an quis non condat Testamentum, vel vltimam voluntatem, & condat tamen perperam, hoc est, minus legitime.

Auß diesen allen scheinlich erscheinet / daß Henrich Brande an statt seiner Haußfrawen / vnd Hans Hampe vor sich selbst / die anforderung der Erbbittunge / seu petitiones hereditatis, als die nehesten Erben ab intestato Herr Gottschalcks seligen / wider Beklagte als inhaberin vnd besitzer / *titul. pro herede, vel pro possessore.* anstellen mögen / auff die form vnd weise / wie hieunden befindlich.

Auß diesem weiter folget / daß Henrich Brandt vnnd Hans Hampe kein anfoderung pro reddenda ratione administrationis vnd der verwaltung wider beklagte Witfraw bestendlichen intentieren mögen / sondern die müssen wider sich selbst intentiren / quod est impossibile, quod idem sit creditor & debitor respectu eiusdem: nam quotiescunque creditor succedit debitori, vel econtra, actio confunditur ratione contrarietatis, quia actio & passio non possunt simul stare in eodem subiecto. *l. si debitori. & ibi legis. C. de pac.* Vnde si in totum succedat, in totum confunditur: si pro parte, in parte pro qua est heres, confunditur. *l. si vxor. C. de bon. autoritat. indic. poss. l. licet. C. ad leg. Falcid. cum concordan. citat. in dict. l. si debitori.*

Wo aber Gotschalcks Hoppenstangen letzter Wille als ein Testament kräfftig / vnd also seine nachgelassene Witwe sein Erb zu seinẽ nachgelassenen Gütern rechtlich erkläret würde / das ich doch vor bestendig nit achten noch halten kan / auß oben angezeigten Vrsachen / Ich kã aber eygentlich nit wissen / dieweil es in meiner macht vnd gewalt nit stehet / wann diese Sache zu recht gedeihete / was endlich darinnen gesprochen werden möchte / Darumb ich auch niemands gewißlich vertrösten kan / So möchten Henrich Brande vnd Hans Hampe bestendiglich actionem tu elæ wider Beklagte als jhres Mannes Erb neme / erheben / Vnd wer jhnen als Erbe jhres Mannes rechenschafft seiner gethanen Verwaltung zuthun schuldig / *vt patet per totum titulum. C. de here. tuto.* Item, omnes actiones siue iura actiue & passiue transeunt in heredem defuncti. *l. vnica. C. vt act. ab here. & con. hered. incip.* & est sine omni dubio.

Vnd wo Hans Hampe in deß verstorbnen Behausung bey seinem Leben gesessen were / von wegen seines Väterlichen vnd Mütterlichen antheils / vnd also mit vnd neben den verstorbnen in Possession desselbigen gewesen were / vnd folgends von der Witwen Hoppenstangs vnd seiner vermeynten Testamentarien solcher Possession entsatzt vnd spoliirt worden were / So möch- 30
te er vor allen dingen Iudicium † possessorium recuperandæ possessionis wider die Witwe intentiren / Es köndte sich auch die Witwe mit dem vermeinten Testa-

ment jhres Manns seligen nit entwircken / wann auch bereith dasselbige bestendig seyn solte / krafft der gemeinen Rechts Regel/quæ habet, quod spoliatus † ante
31 omnia sit restituendus, pro tanto, quod si à spoliante obiiciatur exceptio dominii, quam offerat se in continenti probaturum, quod tamen non audiatur, nec impediat talis exceptio restitutionem.

Petitio hereditatis ab intestato.

Vor euch Erbarn / achtbarn vnd wolweisen Herren Bürgermeistern vnnd Rahtsmannen dieser löblichen Statt Rostock/bringē Henrich Brädt/in Vormundtschafft seiner Ehelichen Haußwirtin Frawen N. vnnd Hans Hampe vor sich selbst nachfolgende rechtmässige anforderung vnd klage/in der besten form/weiß vnd gestalt/als solches zu Recht geschehen soll/kan oder mag/ wider die Erbar/tugentsame Fraw N. deß Erbarē Gotschalcks Hoppenstangs seligen nachgelassenē Witwen/ ein/vnd behalten jnē anfänglich vor alle vñ jede begnadung/wolthaten/Freyheiten vnd priuilegia dē Klägern von gemeinen beschriebenen vnd vblichen Rechten verliehen/sie bedingen auch hiemit feirlichen/wo jnen zuergründung jhrer angestalten Klagen einerley beweisung von nöthen seyn / oder sonst rechtiglich zuerkandt oder aufferlegt werden möchte / daß sie sich zu keiner Beweisung mehr/denn so viel jhre notturfft erfordert / verstricket haben / vnd sagen/weil berührter Gotschalck Hoppenstange in nehest verschiener Fasten / Anno 53. nach Göttlichem willen in Christo seliglichen one natürliche Eheliche Leibs Erben verscheiden/ vnd hinder sich Klägers mündige Haußfraw / als seines verstorbenē Bruders Tochter vnnd Hans Hampen seiner verstorbenen Schwester Sohn/als seine neheste Bluts vnd Gesipts verwandten/neben einer statlichen Erbschafft an Häusern/ Höffen/ ligenden Gründen / järlichen Renthen/ Zinsen/Barschafften/Silbergeschirr/ solche vnnd viel andere fahrende Haab hinder sich verlassen / Vnd das er solche seine Erbschafft vnd Erbgüter/wie sich dieselbigen allenthalben in seinem Munde verledigt / vermöge der Rechten / ausserhalben was seiner nachgelassenen Witwen darvon/nach Stattrecht gebürt/auff sie beyde ab intestato vererbet vnd gebracht/vnd daß die Klägere beklagte Witfraw jnen solche Erbschafft / Güter vnnd Stücken darzu gehörende/zu vberantworten vnd zu zustellen in der güte mehr dann einmahl ersucht vnnd gebetten/Vnd daß beklagte solche Erbschafft innen hat vñ detentiert / vnd daß sie den Klägern auff jre freundtlich vnd gütlich bitten dieselbige nit abtretten noch vberantworten hat wöllen /sonder daß sie jnen solche Erbschafft Güter vnd Stücke/darzu gehörende / biß anher thätiglichen de facto, vnd weniger dann mit rechte jhnen zu mercklichem Schaden vnd Nachtheil vorenthelte / So seindt sie verursachet jrer vnmeidlichen notturfft nach/ diese anforderung der Erbbittung wider sie rechtiglichen anzustellen/vnd fordern hierauff von jhr/ oder wer jhrent wegen ordentlicher weiß gerichtlich erscheinen wirdt/klare verstendige richtige Antwort/vnnd nach gethaner Antwort bitten sie richtiglich zu erklären / zu erkennen vnnd außzusprechen / daß gedachter Hoppenstange selig seine Erbschafft auff sie seine neheste Bluts-verwandten ab intestato vererbet vnnd gestellet / Auch daß sie schuldig sey / ein rechtmessige bestendig Inuentarium vnnd Fundtzettel gelassener Güter / wie sie allenthalben in seinem Munde verledigt / fürzulegen. Vnnd in mangel solches Inuentarii, daß sie wider sie propter non confectum Inuentarium, in litem zu schweren zugelassen werden mögen/ Sie die Beklagte auch vermittelst deß richterlichen Ampts dieser anforderung der Erbbittung dienende / richtiglichen zu Vrtheilen vnnd condemniren/jhnen berührte Erbgüter sampt empfangenen Früchten vnnd nutzungen derselbigen / auch die sie darvon empfangen oder bekommen hetten mögen/ mit erstattung der Expens vnnd Gerichtskosten / abzutretten / vnd zu restituiren / welches Kläger hiemit auff richterliche Erkendtnuß setzen / mit fleissiger anruffung deß hochadelichen Richterlichen Ampts/jhnen dasselbige hierinnen milnglichen mit zutheilen. Et super prædictis omnibus & singulis petunt sibi Actores ius & iustitiam administrari.

Ita, vt supra conclusum est sentio, dico & consulo iuris esse ego Hieron. Schurpff. I. V. Doctor, manuque propria subscripsi: alterius tamen iudicio cuiuslibet, nimirum subtilius atque melius sentientis, semper saluo.

Consilium Doctoris Ioannis Mauritii, Consistorii Pomeranici Aduocati.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius consilii est de iniuriis verbalibus, quas socero gener intulisse perhibetur, & quod socer inter personas affinitate coniunctas habeatur, & adfert alia multa de correctione propinquorum, concludens, quod Reus non sit excusandus, quo minus actione iniuriarum conueniri possit.

SVMMARIA.

1 *Boni iudicis officium est, litigantes de iniuriis concordare.*
2 *Boni officiales semper lites resecare debent, quantum possunt.*
3 *Iudex potius debet sequi æquitatem & misericordiam, quam rigorem.*
4 *Melius est rationem reddere propter misericordiam, quam propter crudelitatem.*
5 *Iudex debet partes ab expensis releuare.*
6 *Iudex in ferenda sententia super actione iniuriarum, multum considerare debet.*
7 *In actione iniuriarum, qualitates personarum, & alia circumstantiæ sunt considerandæ.*
8 *Persona vtriusque tam Actoris quam Rei sunt considerandæ.*
9 *Socer est de personis prohibitis in ius vocari sine venia vel licentia superioris.*
10 *Ratio propinquitatis tollit præsumptionem iniuriæ.*
11 *Omnis iniuria quæ fit à parente vsque ad septimum gradum, non præsumitur animo inferendi iniuriam fieri.*

12 *In con-*

12 *In coniunctis personis cessat præsumptio iniuriæ.*
13 *Non licet filio vel seruo recalcitrare in patrem, vel dominum, se defendendo.*
14 *Pater potest licite offendere filium, & dominus seruum.*
15 *Corrigere propinquos generaliter permissum est de iure.*
16 *Maiores coniuncti minores coniunctos castigare possunt.*
17 *Tussare iniuriose socerum in Senatu.*
18 *Verbis iniuriosis prouocatus, si repellendo aliam iniuriam dicat iniurianti, excusatur.*
19 *Causæ vitæ & famæ siue honoris à pari procedant.*
20 *Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt, quam qui substantias aut prædia aliorum diripiunt.*
21 *Crudelis est, qui famam suam negligit.*
22 *Moderata defensio sine excessus, lenius punitur.*
23 *Prouocatio semper alleuiat delictum, etiam in casu illatæ iniuriæ.*
24 *Iustum dolorem moderari difficillimum est.*
25 *Actio iniuriarum quando locum habeat.*
26 *In delictis requiritur dolus.*
27 *Ad dolum excusandum qualibet causa admittitur.*
28 *Gener comprehenditur sub personis propinquis.*
29 *Affectus nullus vincit affectum parentum.*
30 *Qui declarat, nihil noui dicitur facere.*
31 *Anno durare actionem iniuriarum, quomodo accipiendum.*
32 *An de crimine possit criminaliter quæri vltra tempus, infra quod potest de eo ciuiliter agi.*
33 *Actio iniuriarum ciuilis durat 30. annis.*
34 *Non est temere confirmanda licentia maledicendi.*
35 *Infamare dicitur, qui pronunciat aliquod verbum, quod infamiam alicuius continet.*
36 *Iniuriosum est, nostros defectus detegi.*
37 *In pœnalibus de minimo habetur ratio.*
38 *Delictum quantumcunque paruum, puniendum est.*
39 *Pro modico datur actio iniuriarum.*
40 *Condemnatus ex leui iniuria fit infamis.*
41 *Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum.*
42 *Iniuria atrocitatem auget, quod factum est in præsentia totius Senatus.*
43 *Atrox est iniuria, quæ fit in conspectu Prætoris.*
44 *Loci ratione dicitur fieri atrocior iniuria.*
45 *In theatro vel in foro cædens, atrocem facit iniuriam.*
46 *Similiter in loco cædens vbi ius redditur præsente Magistratu.*
47 *Tribunal tutum esse debet ab omni iniuria.*
48 *Conuitii genus atrocissimum.*
49 *Oculorum amissio tolerabilior est, quam famæ.*
50 *Qui famam negligit, crudelis reputatur.*
51 *Repellitur, qui lucrum vindictæ domus suæ præponere non erubuit.*
52 *Fama res est preciosa, facultatibus nostris præferenda.*
53 *Causa famæ cum vita parificatur.*
54 *Mors ciuilis est, perdere honorum statum & famam.*
55 *Fama quibuscunque modis redimi potest.*
56 *Viris bonis mortus opprobrii maior quam mortis esse debet.*
57 Priester vnd Frauwen soll man ehren.
58 *Atrocissimum est, in loco sacrato contumeliis aliquem afficere.*
59 *Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debent.*
60 *Communis vsus loquendi præualet in omni dispositione.*
61 *Canis animal impudicum denotat.*
62 *Vitium siue defectum à natura, siue à casu fortuito ortum obiiciens, actione iniuriarum tenetur.*
63 *Non debemus esse accusatores naturæ.*
64 *Fœminam strigam appellans iniuriarum conueniri potest.*
65 *Non cadit interpretatio, vbi verba sunt clara.*
66 *Non opus est interprete, vbi habetur sonus verborum.*
67 *Vbi proprietas verborum importat pœnam in casu claro standum est proprietati.*
68 *In dubio præualet interpretatio legis benignior.*
69 *Verborum proprietas inprimis attendi debet.*
70 *A proprietate verborum non est recedendum etiam in pœnalibus.*
71 *Castigatio, quæ disciplinæ causa fit, leuis esse debet.*
72 *Officium patris non in atrocitate, sed in pietate consistit.*
73 *Grauior iniuria dicitur, quæ fit fratri à fratre, quam si fieret ab aliis.*
74 *Atrox est iniuria in conspectu Magistratus illata.*
75 *Omne verbum iniuriosum præsumitur animo iniuriandi dictum. & num. 76.*
77 *Dolus cum dolo compensatur quando versatur circa idem.*
78 *Contumelia bonis viris non minus quam mors ipsa, acerba esse debet.*
79 *Vindicta vituperanda & punienda.*
80 *Tutela iuris publici in medio posita est, ideo ne quisquam sibi ipsi ius dicat.*
81 *Defensio non esse debet offensio.*
82 *Non censetur legitima tutela, quæ propria autoritate fit præter necessitatem.*
83 *Licitum est defendere, non offendere.*
84 *Pro defensione honoris, licet verbalem iniuriam repellere.*
85 *Iniuria innocenti & absenti facta, atrox iudicari debet.*
86 *Quando quis sæpe loquitur conuitium iterando iniuriam, ex deliberatione facere censetur.*
87 *Iterando conuitium loquens, actione iniuriarum tenetur.*
88 *Pluries & frequenter actum dicitur, quod bis actum fuit.*
89 *Reiteratio delicti siue iniuriæ maius crimen facit.*
90 *Iniuria siue violentia illata vxori, dicitur etiam illata marito eius.*
91 *Saluus conductus concessus cum totidem equis, & totidem personis quomodo intelligendus.*
92 *Iracundia aliquando, quæ mentis alienationem inducit, in certis actibus excusat.*
93 *Aequiparatio fit de irato ad furiosum, qui sui non est.*
94 *Iracundia in delictis non semper excusat.*
95 *Stulti in culpa, sapientes sunt in pœna.*
96 *Reuocatio, seu pœnitentia iniuriarum illatarum quid operetur.*
97 *Verba in potentiori significatu accipienda.*
98 *Actio iniuriarum annalis.*
99 *Delicta non manere debent impunita.*

IN actione iniuriarum, quando partes de iniuria
litigant, boni Iudicis officium est, *secundū Spe. in tit. de*
actione & peti. alias de præparatoriis iudiciorum, §. 1. in prin-
cipi. nu. 7. Quod semper † Iudex laborare debet, vt par- 1
tes concordentur, etiamsi criminaliter agatur, *5. q. 2. c.*
primates. & 90. dist. c. 1. vbi gl. in ver. concordantes. Et ibi tan-
git Specul. an post conclusionem in causa liceat Iudici
partes concordare, vbi Ioan. Andr. optimam ponit di-
stinctionem, *de quo etiam in c. fi. extr. de transac. & in c. cum*
inter R. Seni. de elec. Boni namque † Officiales debent 2
semper lites resecare quantum possunt. *l. quidam. ff. si*
cert pet. c. finem litibus. extr de dolo & contu. iuncta l. æquissi-
mum, vbi bonus text. ff. de vsuf. Fel. in de Rubr. treuga & pace.
Hinc est, quod Iudex potius debet sequi † æquitatem 3
& misericordiā, quam rigorem, *vt notat. Spec. in tit. de*
offic. om. iud §. deseruit, in fin. Melius enim † est rationem 4
reddere propter misericordiam, quam propter cru-
delitatem. *cap. alligant. 26. q. vlt.* & debet partes † ab ex- 5

peosis releuare Iudex. *c. frequens. de restit. spolia.* Cum
6 autem ex sententia DD. Iudex in † ferenda sententia super actione iniuriarum multum habeat considera-
7 re, qualitates personarum, & alias † circumstantias. *§. atrox, cum similibus, Instit. de iniu.* Vtique in proposito casu consideranda erit persona vtriusque, tam Actoris
8 † quam Rei: Licet enim illa verba, de quibus conqueritur Actor, de sui natura iniuriosa sunt, videlicet, Er sey ein verrucht Mann / der sein lebtag kein gut Hertz gehabt. Item / were die Milch rein gewesen / er hette sie nit zu lappen bekomen / &c. Tamē quantum ad Actorem attinet, negari non potest eum generum esse Rei, de cuius filia filiolum ille sustulit, qui adhuc est in viuis.
9 Modo sic est, quod † socer non modo sit de personis prohibitis in ius vocari sine venia sine licentia superioris, sub certa pœna, quæ tali casu de iure reperitur statuta, *vt voluit glo. in l. generaliter, vbi DD. ff. de in ius voc. refert & sequitur Iason in §. pœnales. num. 75. fol. 144. Insti. de actio.* Sed etiam in actione iniuriarum pareendum esse socero, probatur per textus simul iunctos *in l. vestem. ff. de iniuriis. & leg. Iulia. ff de testibus.* In quibus iuribus habetur, quod in personis coniunctis affinitate, contra quas non cogitur quis inuitus dicere testimonium, vt
10 est † socer, gener, ratio, propinquitatis, tollat præsumptionem iniuriæ, ita vltra DD. *in d. l. vestem, vbi Angel. notanter sentit Bar. in l. vt vim, in 2. nu. 4. ff. de iusti. & iure.* dū per prællegatā legē iunctā gl. concludit, quod o-
11 mnis † iniuria, quæ fit à parente vsque ad septimum gradum, non præsumitur animo inferendi iniuriam fieri, vnde non potest dici nisi licita, ad quod secundum eum induci potest gloss. *in l. 1. C. de sicariis.* Idem
12 quod in coniunctis cessat præsumptio † iniuriæ, firmat Matth. de Afflict. *in c. 1. § esti cunctum. num. 30. de a-*
13 *liena. feudi.* quod adeo verum est, † vt non liceat filio vel seruo tecalcitrare in patrem vel in dominum se
14 defendendo, cum † pater possit licite offendere filium, vel dominus seruum, & † gene. aliter permissum
15 est de iure, corrigere propinquos, secundum Bart. *in d. l. vt vim, qui allegat l. 4. C. de patria potestate, & totum tit. C. de emen pro. Item §. 1. institu. de his qui sui vel alieni iur. sunt.* Optime Decius *in dict. l. vt vim,* qui vult hoc procedere non solum in transuersalibus superioribus, quibus debetur reuerentia, ex quo sunt loco parentum, *iuxta gloss. §. duorum. Insti. de nupti.* sed etiam omnibus coniun-
16 ctis maioribus, qui † minores castigare possunt, Idque non ad alias personas superiores latius extendit, per rationea iuris & autoritatea per eū ibi adductas, cum similibus, quæ cumulari possent pro exornanda decisione glo. *in l. 1. C. ad leg. Corne. de sicar.*

Secundo bonus Iudex æstimare debet, quod non simpliciter, sed prouocatus, pro Senatu dixit hanc iniuriam Reus vom Felde, quia non dubitauit Actor so-
17 cerū suum in † Senatu iniuriose tuisse düren / quod de consuetudine istius patriæ in personis maiorū vel seniorum, maxime si sunt in dignitate aliqua constitutæ, sine contemptu seu cōtumelia, sed semper ad contumeliam, & in peiorem partem atripi siue accipi, fieri nō posse, experientia c. rū magistra testatur. Quo-
18 ties autem alicui dicitur iniuria verbalis, tunc prouocatus vtique excusatur, si repellendo aliam iniuriam dicat iniurianti, vt est de mente Spec. *in titu. de accusa. in , ver. quod si vocauit te latronem n. 11.* Ang. *in d. l. vt vim.* vbi Ias. *num. 6.* refert & sequitur, cuius ratio mouens vtra alios talis est, q̄ si causa vitæ licita est defensio, *per vulgaria,* ergo idem erit gratia honoris proprii conser-
19 uandi, quia † causa vitæ & famæ, siue honoris à pari procedunt *l. iusta, in princ. cum gl. ff. de manumiss. vin.* Concordat bonus text. de maledicis loquens *in c. ex merito,*
20 vbi deteriores sunt ii, qui † vitam moresq; bonorum corrumpunt, quam qui substantias aliorum & prædia
21 diripiunt. *6 q. 1.* Idem crudelis est, qui † famam negligit, *vulg. c. nolo. 12. q. 1.*

Tertio dato etiam quod Reus vom Felde / per Actorem lacessitus, calore iracundiæ, quod fecisset inconsultius, modum legitimæ defensionis excessisset, tamen nihilominus apud iudicem in consideratione esse debet, quod moderata defensio, siue excessus lenius pu-
22
23 nitur, quia † prouocatio semper alleuiat delictum, etiam in casu illatæ iniuriæ, *secundum Panor. in d. c. cum.*
24 *n. 25. de re iudi. & in c. 1. de iniuriis,* nam difficillimum est moderari iustum dolorem, *secundum eum qui dicit, esse optimum arg. quasi expressum in simili, in l. si adulterium. §. Imperatores ff. ad leg. Iul. de adult.* Facit quod legitur, & notatur in *c. 3. de senten excom.* Felin. *in c. dilecti. vbi n. 12. prædicta autor. tex. de except. tenet* Matth. de Afflict. *in c. 1. inver. bona commit. crimen. n. 363. quæ sunt regalia. in vsib. feud.* dū ibi vult generaliter, q̄ sit iusta causa mouendi pœnam, etiam ordinariam, quando quis deliquit prouocatus.

Et licet per istam Theoricam non videatur quis in totum excusari à pœna delicti, tamen in puniendo excessu, vlterius etiam considerandum est, vtrum ex culpa vel dolo fiat: si enim ex culpa, non ex dolo fiat immoderata defensio siue excessus, vt in dubio præsumitur fieri, *iuxta Theoricam traditam per Iaf. in d. l. vt vim. num. 11.* vtique pro ferenda absolutoria magis monari
25 potest Iudex, si nihil dolose factum est: vt enim † iniuriarum actio locum habeat, necessario requiritur animus iniuriandi, & sic dolus, alias si deficit affectus faciendi iniuriam, non competit actio iniuriarum. *l. illud. ff. de iniuriis,* & excusatur tunc faciens. *l. si non conuitii. C. eodem titulo.* Et vulgo notum est, in delictis † requiri
26 dolum, *vt est textus melior de iure in l. cum autem §. excipitur. ff. de aedil. edict.* Et ad dolum excusandum, quælibet
27 causa † etiam iniusta admittitur, *per vulgaria,* vt si in proposito casu socer pro iure affinitatis, siue propinquitatis putauit liberius eum genero impune agi posse, cum sit de personis coniunctis, quibus concessa est castigatio sine emendatio propinquorum. Gene-
28 rum enim † comprehendi sub personis propinquis, valde humanum esse vult text. *in l. finali. C. de verbor. significat.* & quod affines etiam veniant appellatione personarum necessariarum. *Iaf. in l. 1. ff. in ius voca. vt caut vel satisd.* Ideo in terminis propositæ quæstionis attendendum est, an ea quæ dicta sunt de mitiore pœna excedentis moderamen defensionis, indifferenter procedant, in excedente ex dolo siue ex culpa: illa enim quoad pœnam, multum differunt.

Quarto, verba à socero ad generum in rixa, & sic calore iracundiæ prolata esse, Actor quasi fateri, aut certe non magnopere negare videtur, quod tamen ad excusationem prætensæ iniuriæ multum facit: Pone enim quod aliquis extraneus, qui non est de personis coniunctis, nec aliter prouocatus, tantum iracundia incensus, proferat iniuriosa verba, conuitium siue maledictum, certe remedium erit enitandi actionem iniuriarum, vt reuocet verbum iniuriosum, dicens non esse bene dictum, sed per calorem iracundiæ sibi excidisse, quia non solum verbum iniuriosum per iracundiam dictum potest reuocari, adeo, quod probata iracundia cessat actio iniuriarum: sed etiamsi non per iracundiam fiat, dummodo possit reuocari per pœnitentiam, cessat actio iniuriarum, secus si

actus

actus non possit reuocari, *vt dicit notabiliter Angel. in di-*
cta l. si non conuitiis. C. de iniuriis, qui ita intelligit. l. quicquid
calore. ff. de regulis iuris. & calor iracundiæ calumniandi
vitio caret, *2. quæstio. 3. capitul. si quem pœnituerit. §. notan-*
dum, glo. in c. cum te. de re iudica. de quo exclamat Lanfran. de
Oriano, in repetitione c. quoniam, in ver. confessiones, post prin-
cip. de probatio. Hinc est quod tollitur actio iniuriarum,
si iniurians iuret se non fecisse animo iniuriandi, *con-*
sueuit ad hac allegari l. non solum. §. 1. vers. proinde. ff. de iniu-
riis. Sicut illa, quæ in animis consistunt, alias etiam con
sueuerunt probari per iuramentum, *c. significasti, cum*
similibus, de iureiurando. Et ea doctrina videtur habere
æquitatem, quam etiam practica in quibusdam Curiis
Alemaniæ approbauit, & per obseruantiam recepit:
est enim valde consentaneum æquitati, ne lubricum
linguæ temere ad pœnam trahatur. Ideo Angel. *in tra-*
cta. malefic. super gl. in verbo, verba iniuriosa & contumeliosa,
circa prædicta generaliter concludit. Si prouocatus
aliquo dicto aut facto iniurioso ad iram, tali ira duran-
te aliquid iniuriosum dixerit contra prouocatum,
non tenebitur iniuriarum.

Quinto ista verba, Du hast dein Lebtag kein gut
Hertz gehabt. Item/were die Milch reyn/rc. diuersimo-
do intelligi possunt, videlicet Generum erga Soce-
rum non fuisse ita amantem affectum, vt ratio affinita-
tis exigebat. Item, ista verba, Were die Milch reyn/rc.
generaliter denotant defectum. Multi autem sunt de-
fectus, qui sine omni iniuria verificari possunt: Finge
enim sponsam S. Orphani, fuisse orbatam vtroque pa-
rente, tales plerumque negliguntur, vt in elocando
non adhibeatur ea cura & diligentia, quam parentes
pro suo affectu naturaliter insito adhibere solent, ex
29 quo nullus est affectus, qui † vincat affectum paren-
tum *l. final. C. de cura furio.* Cum igitur iuuari possint illa
verba interpretatione aliqua, vtique pro euitanda pœ-
na, benignior sumenda est interpretatio, *per vulgaria:*
ad partem enim pertinet, interpretari propriam con-
fessionem. *l. si quis intentione ambigua. vbi Bald. ff. de iudic.*
Bartol. in l. si qui reus, penultim. colum. ff. de public. iudic. But.
in capitul. ex literis, in fin. de sponsa. Alexand. consilio centesi-
mo decimoquinto, in causa inquisitionis, in tertio, & consilio
centesima octuagesima nona, viso puncto, colum. 2. in quinto.
Confirmatur hoc, quia quando actus diuerso modo
potest intelligi, debet declarari ab eo, qui istum actum
fecit, quo animo fecerit, *Bart. in l. pro herede, in princ. ff. de*
acquir. hered. Et actus etiam perfectus recipit formam
declaratoriam, *vt inquit Bald. in l. precibus, in ver. secundo*
quæritur. C. de impuber. & aliis substitu. per gla. in l. heredes pa-
30 *lam. §. sed si notam. ff. de Testamentis.* quia † qui declarat,
nihil noui dicitur facere, *vt late per Feli. in capit. super quæ-*
stionem, in princip. de offic. deleg. latius in capit. qualiter &
quando. ext. de accusa.

Vltimo ab eo tempore, quo prolata sunt verba in-
31 iuriosa, annus † iam præteriit, vnde succedit regula,
quod licet actio siue accusatio criminalis ex delicto
descendens non tollatur, nisi spacio viginti annorum,
vt est casus *in l. querela. C. ad legem Corneliam. de falsis,*
quem Bal. & Salicet. ibi dicunt esse singularem, tamen
vbicunque actio pœnalis ciuilis seu ciuiliter intentata
descendens ex delicto, finitur anno, & est ratio iniuria-
rum prætoria, quæ non datur nisi anno. *l. si non conuitii.*
C. de iniuriis, tunc actio criminalis, quæ oritur ex eo-
dem delicto, *iuxta §. in summa, institutio. De iniuriis,*
quoque finitur anno, & idem in aliis actionibus, in
quibus regulariter oritur duplex actio. ciuilis & crimi-
nalis. *l. finali. ff. de priua. delict. l. finali. ff. de furtis.* Ista est sin-
gularis doctrina DD. *in d. l. querela, vbi Salicetus in fin.*
qui latius declarat, faciens notabilem conclusionem,
quod de crimine non potest criminaliter quæri vltra
tempus, infra quod potest † de eo ciuiliter agi, & sic 32
extincta ciuili, erit extincta criminalis: Cum sint et-
iam odiosa, & ideo eorum mera regulariter minori
tempore coarctatur, quam ciuilium actionum, quæ
durant triginta annis. Ex quo infert Sali. post Iacob.
Butr. quod cum actio de dolo ciuilis, hodie coarctatur
biennio continuo, *l. fin. C. de dolo*, non poterit agi de do-
lo criminaliter puniẽdo pœna stellionatus, vltra bien-
nium, & pariter in actione iniuriarum prætoria, quæ
durat anno, eius criminalis tolletur anno. Sed quando
actio iniuriarum est ciuilis, vt in tribus casibus positis
in l. lex Cornelia, in princ. ff. de iniuriis. Tunc, quia † hæc 33
ciuilis durat triginta annis, in illis casibus secundum
veram opinionem, *vt volunt glo. & DD. in d. l. si non conui-*
tiis, eius criminalis durabit 20. annis, *d. l. querela*, bene
facit notabile dictum Bart. *in l. 1. quod ait Prætor. ff. de a-*
leatoribus. vbi singulariter decidit, quod stante sta-
tuto, quod de delicto quis non possit conueniri
post annum, intelligatur tam ciuiliter quam crimina-
liter.

Denique, quod per lapsum anni sublata sit actio in-
iuriarum, adeo, quod tacendo per annum videtur
iniuriatus remisisse iniuriam, & quod quis per legem
totaliter sit liberatus, tenent Domini de Rota, *prout re-*
fert not. Feli. in c. si autem mihi, in pe. col. versic. fortius obstat
prædictis, de rescriptis, quæ omnia fortificari possent, si
quis circa interruptionem præscriptionis in præsenti
casu insistere vellet.

Verum præmissis non obstantibus, non videtur te-
mere confirmanda † licentia maledicendi, vt impune 34
quis cũ discrimine alienæ famę vagetur: dubiũ enim
non est, iniuriam facere eum, qui contumeliose con-
temnit, conuitiatur, & dicit quod ad infamiam perti-
net, existimationem alterius lædit, vel alterius famam
lacessit, siue pudorem perstringit, *vt generaliter disponi-*
tur in l. 1. ff. de iniur. Idem est, si fiat, quod non solum ad
infamiã, sed etiam ad inuidiam spectat, *l. item apud. §.*
conuitium, vbi Bal. ff. eo. vel si cui deformitas obiiciatur,
aut contra bonos mores conuitium dicatur, *Bart. cons.*
108. Idque adeo verum est, vt infamare dicatur, qui
pronunciat aliquod verbum, quod † infamiam alicu- 35
ius continet, *Bart. in l. impia, in princ. numero 2. ff. de lega. 1.*
Sic etiam iniuriosum est, nostros † defectus detegi, 36
l. 2. C. quomodo & quando quar. pars, lib. 10. quem tex. ad hoc
in materia iniuriarum signat expresse Abb. in c. cum te, nu. 28.
de re iudi. Imo datur actio iniuriarum quantumcunque
leuis fuerit iniuria, vt est textus *in d. c. cum te*, vbi ille, qui
dixit alium, Plus valet minimus pilus equi mei, quam
valeant capilli tui, per quem textum notant ibi DD.
quod ex parua iniuria possit agi iniuriarum, & fieri
condemnatio. In pœnalibus enim † de minimis habe- 37
tur ratio, & delictum quantumcunque paruum, pu-
niendum est. *secundum Panorm. ibidem n. 7. qui allegat l. re-* 38
spiciendum. ff. de pœnis, & c. non afferamus, 24. q. 1. Hinc dicit
glos. *not. in c. duo sunt, 96. distinct.* quod omnis contuma-
cia videtur excõmunicatione digna, quæ tanto maior
est, quanto ex minori resurgit, quæ videtur magis con-
temnere Iudicem. Et quod † pro modico detur actio 39
iniuriarum, communis est opinio, *teste Feli. in dicto ca-*
pitul. cum te, numero nono, extra de re iudicata. Firmat ex-
presse Angelus *in tractat. malefic. in gloss. super verb. ver-*
ba iniuriosa & contumeliosa. column. final. numero decimo
septimo, vbi vult, etiam † ex leui iniuria condemnatum 40

bonis fundamentis reprobantur ea per DD. præfatos vt etiam per Augustin. vbi in additione ad Angel. admonentur. Maxime autem eiusmodi vindicta, quæ fit in præsentia magistratus, vbi copia Iudicis & ordinarium remedium haberi potest, minime rationabi-
79 lis, sed inprimis † vituperanda & punienda videtur: ideo enim tutela iuris publici in medio posita est, ne
80 quisquam † sibiipsi valeat permittere vltionem, aut sibipsi ius dicere. *l. nullus. C. de Iud. & cæli.* Et defensio
81 non esse debet offensio: nec censetur † legitima tutela,
82 la, quæ propria † autoritate fit, præter necessitatem, vt patet ex nota. per Seriben. *in vulgata. l. vt vim.* Refert Feli. *in capitul. 3. in colum. 3.* vbi vult, licitum esse
83 defendere, non offendere, *de iureiurand.* Et quod non debeat fieri iniuria ad vindictam, in terminis firmat Abbas *in d. cap. 1. de iniuria, de damno dato.* Ibidem in specie annotat Decius *in dict. l. vt vim, in verbis finalibus, numer. 36.* vbi respondendo ad Modernorum argumentum, de defensione corporis ad defensionem honoris singulariter. Singulariter (inquit) non esse pares terminos, quia pro vita tuenda agitur pro defensione vitæ, sed in verbali iniuria agitur ad vindictam, quia si dicis mihi verbalem iniuriam, illa iam est illata & remoueri non potest. Ego si vicissim tibi dico iniuriam, videtur dicta ad vindictam, quæ est prohibita. Ecce formalem rationem diuersitatis, quam assignat Decius ad considerationem D. Iason. volentis, quod
84 pro defensione † honoris, liceat verbalem iniuriam repellere: illud enim non licet nisi in casu, de quo per eum ibi, *& est de mente Pauli de Castro & Alexand. in l. finali. ff. quod quis iu. &c. Feli. in capitul. dilecti mei, de exceptionibus.* Quantum vero ad vxorem Actoris attinet, nemo tam impudens erit, qui affirmare ausit Reum vom Felde, vnquam fuisse offensum, nedum prouocatum ab ea, vt quæ eo tempore ignorauit, an Reus vom Felde homo natus esset, quo magis atrox iudicari debet iniuria, quæ innocenti, & absenti facta
85 est. Et absenti † iniuriam fieri posse, patet in *leg. item apud Labeonem. §. conuitium autem. ff. de iniuriis.*

Nec obstat tertium obiectum de excessu moderaminis siue defensionis, quia nunquam offensus fuit prouocatus fuit Reus ab vxore Actoris. Nec etiã, quo ad ipsum Actorem hoc prætextu & colore excessus excusari potest, quia forte tolerari posset excessus semel tantum factus, nunquam reiter-tus. In proposito autem casu res ita se habet, quod Reus contraxit consuetudinem atrociter iniuriandi, quia multis atrocibus iniuriis diffamauit eum, de quibus ante, & nunc etiam agere constituit Schlasse, licet causa de quibusdam iniuriis sit concordata, hac tamen conuentione adiecta, ne in posterum contumelis aut iniuriis se inuicem afficerent, qua obligatione siue conuentione non obstante, more solito & pro recepta consuetudine, in-
86 iuria insigni sæpius affecit non solum ipsum Actorem, sed etiam eius coniugem. Nulla igitur hic subest † tolerabilis & iusta excusatio: quando enim sæpe quis lo-
87 quitur conuitium iterando iniuriam, ea deliberatione facere censetur, ita, vt † actione iniuriarum teneatur, *text. est in cap. si quis iratus, iuncta gl. in ver. pro accusatione,*
88 *& in verbo, iterare, 2. quæst. 3.* Et dicitur pluries vel frequenter actum, quod † bis factum fuerit. *dict. leg. 3. ibi vt remissionem veniæ crimina, nisi semel commissa non habeant, nec eu libertate Augusta referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius quam consuetudini deputarunt, C. de Episc. audi.* Non est igitur parcendum Reo vom Feld, qui toties † reiterauit deli- 89
ctum, qui tam ipsum Actorem quam ipsius coniugem contumelia insigni affecit, quorum alterum sufficeret ad reiterationem delicti, dato, quod ipsi Actori † non 90
intulisset iniuriam, quia iniuria siue violentia illata vxori, dicitur etiam illata marito eius, pro tanto, quod marito suo nomine iniuriarum contra iniuriantem competat, per text. *in l. si stipulatus fuero, per te non fieri. ff. de verb. oblig.* vbi deciditur, quod si Titius fuerit stipulatus à Caio, vt liceat sibi vti ea domo, & Caius non prohibeat Titium hac domo vti, sed vxorem eius, quod tamen committatur stipulatio, quia latius debent illa verba accipi, & dicit ibi gloss. vt committatur vtroq; casu, imo & postea textus extendit se, subiungens: Nam etsi stipulatus fuero, quo minus mihi via, itinere, actuque vti liceat, & si non me, sed alium, nomine meo ingredientem prohibeas, sciendum est commitri stipulationem. Et sic est ibi textus ad literam, quod stipulatio licet sit contractus stricti iuris, pro tanto, quod quicquid in ea commissum sit, habeatur pro omisso, *leg. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig.* tamen extenditur ad aliam personam in stipulatione non expressam nec comprehensam, quando ipsa stipulatio aliter commode posset habere effectum: clarum enim est, quod stipulatio, quod quis stipulatur sibi licere vti tali domo, vel vti via, non haberet commode effectum, si vxor eius egrediens iussu eius vti non posset. Ideo iure isto casu extenditur ad aliam personam, sine qua commode non posset habere effectum, prout est vxor, item familia, per quem textum etiam deciditur per DD. Quod si saluus conductus fuit † concessus veniendi cum totidem equis, 91
& totidem personis: si mittatur vxor cum totidem personis & rebus, & res fuerint ei ablatæ seu arrestatæ, dicitur securitas fracta, licet de vxore non fuerit facta mentio in securitate. Illam decisionem refert & sequitur Iason *in d. leg. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbor. oblig.* subiungens pulchram decisionem Angel. *in l. qua religiosi. ff. de rei vendicat.* vbi vult, quod pax facta pro se & heredibus extendatur etiam ad vxorem. Denique indubitatum est, quod contumelia facta vxori, spectat ad maritum, quo casu triplex oritur actio iniuriarum, nec vna per aliam consumitur. *leg. finali. ff. de iniuriis. §. patitur autem, ibi, item per vxorem suam, & ibi mariti nomine. Instit. eod. titul. & l. 2. C. eod. de iniuriis.* Imo iniuria siue violentia illata sponsæ alicuius, dicitur ipsi sponso illata, ita vt ad actionem iniuriarum admittatur, *text. est in l. item apud Labeonem. § sponsum. ff. eod. tit. de iniuriis.*

Quarta obiectio de calore iracundiæ non obstat primu, quia coniunx Actoris absens fuit, & in nullo vnquam offendit, siue commouit ad iram Actorem, & absentem Reum etiam sæpe iniuria affecit Reus. Secundo non potest etiam excusari, quis perseuerauit in eodem genere delicti contumeliose iterando iniuriam, tam in persona vxoris quam mariti, vt iam deductum est, vnde propter perseuerantiam non est probabilis allegatio iracundiæ: vbi enim perseuerantia apparet, cessat animi concitati perturbatio, & altera mentis consideratio, quæ est fundamentum regulæ *l. Quicquid calore. ff. de regul. iuris.* Quæ quidem perseuerantia per iterationem, quæ deliberationis signum est, inducitur, & excludit allegationem iracundiæ *secundum gloss. in cap. si quis iratus, per text. ibi. 2. quæst. 3. iuncto text. in cap. illa propositarum. 11. q. 3. tradit post Bal. Fel. in c. sicut, in colum.*

colum. 1, de iureiurand. limitat *Iason in l. si filiam tuam, n. 6. C. de inoff. testam. faciunt quæ de secundo iussu Principis, limitata, l. si vindicari. C. de pœnis, scribit Iaf. in l. puniri. ad finem. C. si contra ius vel vtilitatem publicam, Felin, & alii in c. si quando, per illum textum, de præscript. &c.* Et si autem
aliquando in certis actibus excuset iracundia, si talis
92 sit, quæ † mentis alienationem inducit, alias secus, ex
sententia Ioan. Andre. Abb. & aliorum *in capitul. dudum, per illum textum de conuers. coniugatorum. Deci. in d. l. quicquid calore, Felin. in cap. dilecti filii, colum fin. de exceptionibus, & plenius in cap. sicut, de iureiurand.* vbi post
Imol. ait, Quod habentia consensum alterare, ex toto illum vitiant, & per errorem actus fieri videtur. *leg. non fatetur. ff. de confessis.* Aliud (inquit) si non esset tanta iracundia, quia subsisteret obligatio, idque proba-
93 tur per æquiparationem, quæ in † iure fit de irato ad
furiosum, qui suus non est. Ex quibus patet conclusionem istam loqui de ira taliter alterante consensum, vt suus non sit, & sic talis iracundiæ & furoris exigitur probatio, quæ difficilis est, *secundum Abbatem: refert & sequitur Felin. in dicta cap. sicut. & Decius in dict. leg. quicquid calore. ff. de regul. iuris.* Tamen vltra declarationem iam relatam, limitant Dd. illam regulam, vt non procedat in delictis, in quibus non curatur de iracundia, nec in eis excusat ira, *vt distinguendo tradunt Bald. & Salicet. in l. si non conuitii. C. de iniuriis, quibus assentit Roman. prout eum refert Alexand. in additio. ad Bartol. in dict. leg. quicquid calore. Felin. in dict. cap. dilecti, colum. final. & in dict. cap. sicut. Decius in d. l. quicquid. Iason in leg. si filiam tuam. C. de inoffic. test.* Alias si in delictis
94 excusaret † iracondia, rato punitioni delictorum
foret locus, quod valde absurdum esset, ex sententia præfatorum Dd. Nec refert quod Dd. subiũgunt, quod tamen isto casu propter inconsultum iracondiæ calorem, pœna sit mitiganda, *iuribus per eos allegatis*, quia illud ita modificatur, & restringitur, quando ex iusto dolore prouenit, secus si ex iniusta causa ad irã vel vindictam prouocatus prorumpat ad contumeliose vel iniuriose dicta aut facta, tunc vtique pœna non minuitur. *capitul. inebriauerunt. 15 quæstio. prim. Abb. & Ioan. de And. in cap. 2. numer. 6. de male. Iaf. in dict. leg. si filiam, colum. secund. vbi allegat Abb. in cap. 1. in secund. notabili, de his qui filios occid.* Quo casu iure sibi vendicat locum
regula, quod stulti in culpa, sapientes fiant in pœna,
95 *cap. quia ea, in fin. 38. distinct.* An autem sit † iusta vel
iniusta causa doloris, si quis non contentus paritate defensionis in repellendo iniuriam verbalem in præsentia Prætoris siue Magistratus ius dicentis, vbi copia Iudicis haberi potest, ad vindictam etiam iniuriam atrociorem inferre velit supra ex sentia Decii, & aliorũ satis est deductum, nec poterit comprobari Reum ab Actore prouocatum esse.

Sic etiam inconsultus calor iracundiæ caret vitio, quando actus sine præiudicio aduersarii retractari potest, vt in diuortio, & similibus: Secus, si non potest sine præiudicio aduersarii retractari, vt in actione iniuriarum quæ competit etiam pro iniuria illata repentino calore iracundiæ, in qua præsumitur animus iniuriandi. Et ideo, si posset reuocari, non esset reuocatum præiudicium iniuriati. Ita est doctrina Saliceti *in l. si non conuitii, per textum. ibi C. de iniuriis. refert & sequitur Felin. in dict. cap. cum te. de re iudicat. Subiungens, quod Imol. ibi ita signanter intelligat gloss. secund. in verba, minima.* Non igitur indifferenter procedit opinio Lanfranci, & aliorum supra relata. Et
quando occurrit casus, vbi certis de causis allegatio iustæ iracundiæ possit probabiliter tolerari, tamen non
simpliciter admittitur, nisi iniuria † reuocetur & dica- 96
tur iniuriam passo, falsa esse quæ dicta sunt, & quod pœniteat iniuriantem dixisse: *meminit Feli. num. 16 ext. de exceptio.* Et illa reuocatio in quibusdam Curiis ex speciali constitutione fit eum iurata assertione. *d. l. non solum, in vers. proinde. ff. de iniuriis.* Et est vulgata Theorica, quod in concernentibus conscientiam partis statur eius assertioni cum iuramento: Verum quidam moderni pro cautela euitandi actionem iniuriarum, volunt talem reuocationem admitti, si fiat antequam recedatur à loco dictæ iniuriæ, quia ea quæ in continenti fiunt, inesse videntur. *l. lecta. versic. dicebam. ff. si certum petatur.* In quam sententiam formaliter loquit Salicetus *in dict. l. si non conuitii.* Qui calore iracundiæ ductus, verba profert iniuriosa, sed non perseuerat, quia illa reuocat, & non secreto, sed palam & publice, vbi protulit, Tunc quia satisfactum esset iniuriæ, leuiter venit puniendus, secus si perseuerauerit. Deci. autem secutus Lucam de Pen. vult, quod illa allegatio iracundiæ infra dies triginta fieri possit, *per ea quæ allegat in d. l. quicquid, in fin. ff. de regul. iuris.* quorum tamen neutrum hic factum est, quia præterquam quod Reus ex proposito vxorem Actoris insigni contumelia affecit, non dubitauit etiam ex interuallo atrociorem iniuriam pro Senatu dicere, & alias post transactionẽ sæpius reiterare, de quo vsq; adeo nõ pœnitet, vt etiam adhuc suauiter rideat, quasi re bene gesta: Vnde etiam non immerito accommodatur ad terminos quæstionis nostræ illud singulare dictum Baldi *in leg. qui non probasse. Cod. de calum.* vbi volt, quod licet iniusta causa excuset à dolo, tamen illud sane intelligendum est, vt procedat in delictis extraiudicialibus: Secus in iis quæ in iudicio committũtur, licet etiam aliæ declarationes addi possent, quatenus iusta causa releuat, quas tanquam superfluas visum est iam referre, maxime cum in meliori forma admonitus seu commonefactus vom Felde / parum memor fidei datę, & in scripturam reductæ, non dubitauit venire contra propriam concordiam & pacem de non iniuriando factam.

Quinto non obstat, quod dictum fuit de interpretatione verborum, quæ protulit Reus: supra enim ostensum est, ipsam experientiam satis testari an eiusmodi verba absque offensione & diminutione siue læsione existimationis à quoquam sano accipi possint, præterquam quod ipsa verba de sui natura sint clara satis, quæ nulla egent interpretatione: nec video, qua ratione quis ea verba diuersimode intelligere possit, nisi quis album pro nigro exponere vellet, imo quando sumus etiam in casu dubio, vbi agitur de interpretatione declaratoria, fieri debet talis interpretatio, quę declaret, non quæ perimat confessionem. *Alciat. in tract. præscriptionum, in vltima regula, in præscriptione 53.*
num. 11. Et alias notum est, verba in † potentiori signi- 97
ficatu accipi, nec est difficile æstimare, quomodo sit affectus vom Felde erga Actorem, cum quo tot, & tam graues contentiones habet, quæ etiam de iure inducunt maximas inimicitias, vt per plura comprobari posset.

Vltimo non obstat, quod actio iniuriarum annalis
sit, quia † licet illud regulariter verum sit, tamen quod 98
præscriptio annalis etiam in actione iniuriarum non currat contra ignorantem, aut certe quod restitutio in

into-

fieri infamem: *quem August. ibi in additio. sequitur per autoritates Bart. & aliorum.*

Nec refert, vtrum quis cum protestatione proferat
iniuriam: si quis enim diceret, Tædet me, quod fueris
condemnatus de falso, vel alio delicto. Item si dicatur,
Tu mentiris, saluo honore tuo, sine salua reuerentia
tua, nihilominus verbum iniuriosum declarat, quod
habuit animum iniuriandi, non obstante protestatione
contraria actui, *secundum DD. in l. fi. vbi Moderni. ff. quod
quisque iur. & in l. turpia, in princ. ff. de legat. 1. magistraliter
Idem Iason in l. si quis extra, in princ. ff. de acq. here.* Ideo etiam
non licet indifferenter & impune alicui dicere conuitium,
quod est verum, *vt vltra Bartol. in l. eum qui ff. de iniuriis,
distinguendo tradunt DD. in præallegato c. cum te, vbi
Abb. d. re iudi. Matth. de Afflict. in c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir.
in vsib. feud.* Idque pro tanto verum est, vt si quis dixerit
alicui iniuriam: quæ in eo non est vera, sed in socio, qui
secum erat, ille socius potest agere iniuriarum, quia
præsumitur dixisse illa verba ad iniuriã eius, licet verba
dixerit ad alium, quia non inspicitur, cum quo quis
loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur,
*vt est text. in l. cum pater. §. donationis ff. de legat. 2. & decidit
in specie D. Iason in d. l. turpia. ff. de lega. 1.* & alias dici solet,
41 Deus non est † remunerator nominum, sed aduerbiorum,
quia non respicit id quod fit, sed quo animo fiat,
vt in dict. c. cum te. inquit Panormit. per tex. 86. dist. c. non satis.
Auget atrocitatem iniuriæ, quod facta est in præ-
to firmanda.* Vtique grauior iniuria videtur, si quis per 61
iniuriam canis appelletur: Siquidem † canis animal
impudicũ denotat, *iuxta c. nemo ad fin. ibi magis dicendus
est impud. canis, quã Episc. 83 dist.* & quales homines intel-
ligãtur p canes & porcos, cõstat ex historia Euangelica.

Item, si ista vox (Vnreyn) siue impurum, ad animi
corpus, vel ad sœturam, & sic ad quantamcunque par-
tem hominis referatur, semper significat vitiosum
aliquẽ defectum, siue casum aduersum. Quod autem 62
iniuriarum † actione teneatur, qui obiicit vitium siue
defectum à natura, siue à casu fortuito ortum, singu-
lariter decidit Matth. de Afflict. *in præallegata §. iniuria,
n. 73.* Non enim † debemus esse accusatores naturæ *l.* 63

maximum

maximum vitium. C. de liberis præteritis, & ibidem ad-
dit. *num.* 97. eodem modo quem teneri, si dixerit mu-
64 lieri, Tu es striga, vel aliquid simile, vt si culpabilem
dicat, quia actione iniuriarum conueniri potest, *secun-
dum Andre, de Isernia, in d. §. iniuria, numer.* 14. Satis i-
gitur colligi potest, eum esse sensum verborum, quod
tales fuerunt defectus in sponsa siue vxore Actoris,
Daß sie sonderlicher tadelhafftiger mängel halben ei-
nem Hunde / oder verächtlichen Menschen hat müssen
zu theil werden / quæ iniuria vtique atrox est, & bonos
non leuiter turbare solet & debet. Nec affingenda, ne-
65 que curanda est interpretatio, vbi † verba clara sunt,
quia non cadit interpretatio, vbi verba sunt cla-
ra. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis* 3. nec ibi
locus est coniecturis. *l. continuus. §. cum ita, in fin. ff. de
verbor. obligatione.* Dubium enim relinquitur interpreta-
tioni, non id quod clarum est. *l. voluntatis*, & ibi Bal. *l. ab
executore ff. de appell. per text. in l. quicquid astringenda. ff.
de verb. obligatio.* dicit, quod quando verba sententiæ
sunt clara, Iudex, qui eam tulit, aliter interpretari non
potest, & sic per ipsum iudicem non potest fieri ex-
tranea interpretatio verbi in sententia positi. *Idem
vult Angel. in l. si quis intentionem. ff. de iudiciis & post eum
66 Aretin in dict. l. quicquid astringenda. refert & sequitur D.
Iaf. in* 2 *colum. & vers.* 3. *nota*, nec opus est interprete
vbi habemus sonum verborum, *Optime per eundem Iaf.
67 l. neque professio, numer. 16. & seq. C. de Testamentis.*

Accedit pro confirmatione, quia quando sumus in
casu claro, vbi proprietas verborum importat pœnam,
tunc standum esse proprietati, *leg. cum lege. ff. de Testa-
68 mentis.* Hinc dicit Abbas *in cap. 1. numer 14. de constitu.*
Quod † licet in dubio præualeat illa interpretatio
legis, quæ est benignior. *l. semper in obscuris. cum simili-
69 bus. ff. de regul. iuris.* Tamen inprimis debet attendi pro-
prietas † verborum. *secundum glossam in l. non possunt, ad
finem, ff. de leg. Deci. in d. cap. 1. nu. 23. de consti. & in d. leg.
semper in obscuris.* Et sic regula *l. non aliter. ff. de legat.* 3.
70 habet etiam locum in pœnalibus, quod à proprietate
verborum † non est recedendum.

Non obstat contrarium primo loco adductum,
quia licet tutius sit socerum cum venia in ius vocare,
tamen quantum ad iniurias Actori, & eius vxori illa-
tas attinet, certum est Actorem eum esse generum, &
ipsam coniugem non recte dici Nurum Rei. Ex quo
constat prædefinitam vxorem Actoris non fuisse ex
Georgio vom Felde / sed ex Consule Moller natam. Et,
vt maxime esset socer ipsius, tamen in casu, vbi disci-
plinæ causa corrigendi sunt propinqui, non conceditur
de iure propinquis infinita, sed moderata saltem
correctio siue castigatio: Vnde si atroci iniuria affi-
ciant propinquos, puniuntur, & si constaret, quod of-
fenderent animo corrigendi, tamen nihilominus cor-
rigentes isto casu tenerentur de excessu. *Ita vltra Bar.
in dict. l. vt vim, limitat & declarat Philip. Deci. vbi numer.
22. Alexand. consil. 75. libr.* 3. nec tribuitur tantum per-
71 sonis propinquis, quantum patri, *secundum Decium, vbi
supra.* Castigatio † enim, quæ disciplinæ causa fit,
72 leuis esse debet, *secundum gloss. in cap. presbyterum, de
homicidio.* Cumque † officium patris non in atro-
citate, sed in pietate consistat, *leg. Diuus. ff. ad leg. Pom-
peiam, de parrici.* non erit socero liberum, in Gene-
rum, Nurum, aut similes propinquos, absque omni
impunitate atrociter sæuiendi. Et quod coniunctus
tantum leuem iniuriam dicere possit, tenet in ter-
minis Matthe. de Afflict. *qui prædictas autoritates ita
73 intelligit, in dict. cap. 1. §. & si clientulus, de alien. de feud.*

Hinc est † quod dicitur grauior iniuria, quæ dici-
tur fratri à fratre, quam si fieret ab aliis. *leg. cum opor-
tet. vbi Cyn. Bald. & alii. Cod. de bon. quæ lib.* Facit igitur 74
atrocitas iniuriæ in conspectu † Magistratus illatæ,
vnrühiger Mensch / der sein lebtag kein gut Hertz gehabt.
Item der sein Fraw hat vmbs leben gebracht. Item, re-
petitio verborum diuersis locis in templo & aliis con-
uentibus sæpe reiterata, Er hette die Milch nicht zu
lappen bekommen / were sie reyn gewesen / vt etiam con-
tra Reum locetum locum habeat regula. *l. si nō conuitii.*
vbi Bald: summat, quod omne verbum iniuriosum
præsumitur animo iniurandi dictum. *Cod. de iniuriis,
& cap. prim: cum similibus. de præsumptio.* vbi decisiu istius
textus fundatur autoritate scripturæ, volentis, quod
sicut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mor-
tem, ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, &
cum fuerit deprehensus, dicit, ludens feci. concor-
dat text. *in proœm. ff. in §. illud.* dum ibi dicitur, quis
ludos dixerit, ex quibus crimina oriuntur. Nec vi-
deo, quomodo disciplinæ causa corrigere voluerit
Reus Actorem, cum grauissimæ contentiones siue
controuersiæ antea, & tempore dictæ iniuriæ inter-
cesserint inter ipsos, & qualiter disciplinæ causa ali-
quid fieri intelligatur, satis patet ex Bartol. *consil.* 104.
Nec obstat, quod de prouocatione dictum fuit, quia
præterquam quod reconuentio in foro Lubecensi et-
iam in causa siue lite ciuiliter mota locum non habeat
nec etiam de iure cōmuni in criminalibus accusationi-
bus ea facile admittatur, *ex sent. gloss. & D D. qui alle-
gant l. si qui Reus. ibi. obseruatur enim, non relatione crimi-
num, sed Innocentia Reus purgetur ff. de public. iudic. & leg.
neganda. Cod. qui accusa non possunt.* Certe obseruan-
tia in foro Lubecensi etiam in legitima defensione
vitæ non facile admittit excusationem, quantacun-
que tandem fuerit prouocatio, quæ præcessit corpo-
ris tutelam. Sed posito, quod hoc casu aliqua inter-
cessisset prouocatio, sicut tamen constanter negatur.
item, quod data paritate terminorum compensatio de
consuetudine Lubecensium admitteretur, sicut re-
gulariter etiam in delictis, secundum regulas iuris
communis fieri videmus: tamen ex vtraque parte in- 75
tercessit mutua & reciproca † tuissatio, nec sine
causa & iusto dolore ad hoc motus fuit Actor, qui fa-
cile declarare poterit quam indigna à socero eo tem-
pore, & alias etiam passus sit. Et sic per omnia con-
cernit idem, & non diuersa ista tuissatio, etiamsi de
iure iniuriosa posset appellari, quo casu si ciuiliter a- 76
gatur, non iniquam esse compensationem, patet ex
locis statim allegandis, & vltra ea optime † facit re-
gula, quod dolus cum dolo compensatur, quando
versatur circa idem, secus si circa diuersa. *leg. si duo. vbi
gloss. quæ ita declarat. ff. de dolo.* Reus autem ista paritate
contentus non fuit, sed sine omni moderamine tu-
telæ, & legitimæ defensionis prorupit in atrocissi-
mam iniuriam, vnrühiger mensch / der sein lebtag kein
gut Hertz gehabt / & alias iniurias sine omni commo- 78
tione animi, tantum maledicendi studio protulit, quę
contumelia bonis viris non minus † quam mors ipsa,
acerba esse debet. Nec eo casu admitteretur compen-
satio, etiamsi Actor Schlaffe aliam diuersam iniuriam
dixisset, quod tamen non fecit, *vt post Speculatorem ha-
betur doctrina Abbatis summe notanda in dicto capitul. cum
te. numer. vigesim. quint. vbi eleganter declarat. de senten. & re
iud. Idem Abb. in capit. 5. de iniuriis, tenet Bart. Feli. in c. dilecti
filii, numer: 9. de exceptionibus.* Ideo non curandum est
de dictis per Angelum *in loco prææallegato*, ex quo

bonis fundamentis reprobantur ea per DD. præfatos
vt etiam per Augustin. vbi in addirione ad Angel. admonentur. Maxime autem eiusmodi vindicta, quæ
fit in præsentia magistratus, vbi copia Iudicis & ordinarium remedium haberi potest, minime rationabi-
79 lis, sed inprimis † vituperanda & punienda videtur:
ideo enim tutela iuris publici in medio posita est, ne
80 quisquam † sibiipsi valeat permittere vltionem, aut sibiipsi ius dicere. *l. nullus. C. de Iuda. & cæli.* Et defensio
81 non esse debet offensio: nec censetur † legitima tute-
82 la, quæ propria † autoritate fit, præter necessitatem,
vt patet ex nota. per Seriben. *in vulgata. l. vt vim.* Refert Feli. *in capitul 3. in colum. 3.* vbi vult, licitum esse
83 defendere, non offendere, *de iureiurand.* Et quod non
debeat fieri iniuria ad vindictam, in terminis firmat
Abbas *in d. cap. 1. de iniuriis, de damno dato.* Ibidem in
specie annotat Decius *in dict. l. vt vim, in verbis finalibus, numer. 36.* vbi respondendo ad Modernorum argumentum, de defensione corporis ad defensionem honoris singulariter. Singulariter (inquit) non esse pares terminos, quia pro vita tuenda agitur pro defensione vitæ, sed in verbali iniuriam agitur ad vindictam,
quia si dicis mihi verbalem iniuriam, illa iam est illata
& remoueri non potest. Ego si vicissim tibi dico iniuriam, videtur dicta ad vindictam, quæ est prohibita.
Ecce formalem rationem diuersitatis, quam assignat
Decius ad considerationem D. Iason. volentia, quod
84 pro defensione † honoris, liceat verbalem iniuriam
repellere: illud enim non licet nisi in casu, de quo
per eum ibi, *& est de mente Pauli de Castro & Alexand. in l. finali. ff. quod quis in. &c. Feli. in capitul. dilecti mei, de exceptionibus.* Quantum vero ad vxorem Actoris attinet, nemo tam impudens erit, qui affirmare ausit
Reum vom Felde / vnquam fuisse offensum, nedum
prouocatum ab ea, vt quæ eo tempore ignorauit, an
Reus vom Felde homo natus esset, quo magis atrox
iudicari debet iniuria, quæ innocenti, & absenti facta
85 est. Et absenti † iniuriam fieri posse, patet in *leg. item apud Labeonem. §. conuitium autem. ff de iniuriis.*

Nec obstat tertium obiectum de excessu moderaminis siue defensionis, quia nunquam offensus siue
prouocatus fuit Reus ab vxore Actoria. Nec etiã, quo
ad ipsum Actorem hoc prætextu & colore excessus excusari potest, quia forte tolerari posset excessus semel
tantum factus, nunquam reiteratus. In proposito autem casu res ita se haber, quod Reus contraxit consuetudinem atrociter iniuriandi, quia multis atrocibus
iniuriis diffamauit eum, de quibus ante, & nunc etiam agere constituit Schlasse, licet causa de quibusdam
iniuriis sit concordata, hac tamen conuentione adiecta, ne in posterum contumelia aut iniuria se inuicem
afficerent, qua obligatione siue conuentione non obstante, more solito & pro recepta consuetudine, in-
86 iuria insigni sæpius affecit non solum ipsum Actorem,
sed etiam eius coniugem. Nulla igitur hic subest † tolerabilis & iusta excusatio: quando enim sæpe quis lo-
87 quitur conuitium iterando iniuriam, ex deliberatione
facere censetur, ita, vt † actione iniuriarum teneatur,
text. est in cap. si quis iratus, iuncta gl. in ver. pro accusatione,
88 *& in verbo, iterare, 2. quæst. 3.* Et dicitur pluries vel frequenter actum, quod † bis factum fuerit. *dict. leg. 3. ibi vt remissionem veniæ crimina, nisi semel commissa non habeant, nec eis libertatis Augusta reseratur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius quam consuetudini deputarunt. C. de Episc. audi.* Non est igitur par-

cendum Reo vom Feld / qui toties † reiterauit deli- 89
ctum, qui tam ipsum Actorem quam ipsius coniugem
contumelia insigni affecit, quorum alterum sufficeret
ad reiterationem delicti, dato, quod ipsi Actori † non 90
intulisset iniuriam, quia iniuria siue violentia illata vxori, dicitur etiam illata marito eius, pro tanto, quod
marito suo nomine iniuriarum contra iniuriantem
competat, per text. *in l. si stipulatus fuero, per te non fieri. ff. de verb. oblig.* vbi deciditur, quod si Titius fuerit stipulatus à Caio, vt liceat sibi vti ea domo, & Caius
non prohibeat Titium hac domo vti, sed vxorem eius,
quod tamen committatur stipulatio, quia latius debent illa verba accipi, & dicit ibi gloss. vt committatur
vtroq; casu, imo & postea textus extendit se, subiungens: Nam etsi stipulatus fuero, quo minus mihi via,
itinere, actuque vti liceat, & si non me, sed alium, nomine meo ingredientem prohibeas, sciendum est
committi stipulationem. Et sic est ibi textus ad literam, quod stipulatio licet sit contractus stricti iuris,
pro tanto, quod quicquid in ea commissum sit, habeatur pro omisso, *leg. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig.*
tamen extenditur ad aliam personam in stipulatione
non expressam nec comprehensam, quando ipsa stipulatio aliter commode posset habere effectum: clarum enim est, quod stipulatio, quod quis stipulatur
sibi licere vti tali domo, vel vti via, non haberet commode effectum, si vxor eius egrediens iussu eius vti
non posset. Ideo iure isto casu extenditur ad aliam
personam, sine qua commode non posset habere effectum, prout est vxor, item familia, per quem textum etiam deciditur per DD. Quod si saluus conductus fuit † concessus veniendi cum totidem equis, 91
& totidem personis: si mittatur vxor cum totidem
personis & rebus, & res fuerint ei ablatæ seu arrestatæ, dicitur securitas fracta, licet de vxore non fuerit facta mentio in securitate. Illam decisionem refert
& sequitur Iason *in d. leg. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbor. oblig.* subiungens pulchram decisionem
Angel. *in l. qua religiosis. ff. de rei vendicat.* vbi vult, quod
pax facta pro se & heredibus extendatur etiam ad vxorem. Denique indubitatum est, quod contumelia facta vxori, spectat ad maritum, quo casu triplex oritur
actio iniuriarum, nec vna per aliam consumitur. *leg. finali. ff. de iniuriis. §. patitur autem, ibi, item per vxorem suam, & ibi mariti nomine. Instit. eod. titul. & l. g. 2 C. eod. de iniuriis.* Imo iniuria siue violentia illata sponsæ alicuius, dicitur ipsi sponso illata, ita vt ad actionem iniuriarum admittatur, *text. est in l. item apud Labeonem. § sponsum. ff. eod. tit. de iniuriis.*

Quarta obiectio de calore iracundiæ non obstat primo, quia coniunx Actoris absens fuit, & in nullo vnquam offendit, siue commouit ad iram Actorem, &
absentem Reum etiam sæpe iniuria affecit Reus. Secũdo non potest etiam excusari, quia perseuerauit in eodem genere delicti contumeliose iterando iniuriam,
tam in persona vxoris quam mariti, vt iam deductum
est, vnde propter perseuerantiam non est probabilis
allegatio iracundiæ: vbi enim perseuerantia apparet,
cessat animi concitati perturbatio, & altera mentis
consideratio, quæ est fundamentum regulæ *l. Quicquid calore. ff. de regul. iuris.* Quæ quidem perseuerantia per iterationem, quæ deliberationis signum est, inducitur, & excludit allegationem iracundiæ *secundum gloss. in cap. si quis iratus, per text. ibi. 2. quæst. 3. iuncto text. in cap. illa propositarum. 11. q. 3. tradit post Bal. Fel. in c. sicut, in colum.*

colum. 1. de iureiurand. limitat Iason *in l. si filiam tuam. n. 6. C. de inoff. testam. faciunt quæ de secundo iussu Principis, limitan. o. l. si vindicari. C. de pœnis, scribit Ias. in l. puniri. ad finem. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Felin. & alii in c. si quando, per illum textum, de præscript. &c.* Et si autem
aliquando in certis actibus excuset iracundia, si talis
92 sit, quæ † mentis alienationem inducit, alias secus, ex
sententia Ioan. Andre. Abb. & aliorum *in capitul. dudum, per illum textum de conuers. coniugatorum. Deci. in d. l. quicquid calore. Felin. in cap. dilecti filii, colum. fin. de exceptionibus, & plenius in cap. sicut, de iureiurand.* vbi post
Imol. ait, Quod habentia consensum alterare, ex toto illum vitiant, & per errorem actus fieri videtur. *leg. non fatetur. ff. de confessis.* Aliud (inquit) si non esset tanta iracundia, quia subsisteret obligatio, idque probatur
93 tur per æquiparationem, quæ in † iure fit de irato ad
furiosum, qui suus non est. Ex quibus patet conclusionem istam loqui de ira taliter alterante consensum, vt suus non sit, & sic talis iracundiæ & furoris exigitur probatio, quæ difficilis est, *secundum Abbatem: refert & sequitur Felin. in dicto cap. sicut. & Decius in dict. leg. quicquid calore. ff. de regul. iuris.* Tamen vltra declarationem iam relatam, limitant Dd. illam regulam, vt non procedat in delictis, in quibus non curatur de iracundia, nec in eis excusat ira, *vt distinguendo tradunt Bald. & Salicet. in l. si non conuitii. C. de iniuriis, quibus assentit Roman. prout eum refert Alexand. in additio. ad Bartol. in dict. leg. quicquid calore. Felin. in dict. cap. dilecti, colum. final. & in dict. cap. sicut. Decius in d. l. quicquid. Iason in leg. si filiam tuam. C. de inoffic. test.* Alias si in delictis
excusaret † iracundia, raro punitioni delictorum
94 foret locus, quod valde absurdum esset, ex sententia
præfatorum Dd. Nec refert quod Dd. subiũgunt, quod tamen isto casu propter inconsultum iracundiæ calorem, pœna sit mitiganda, *iuribus per eos allegatis*, quia illud ita modificatur, & restringitur, quando ex iusto dolore prouenit, secus si ex iniusta causa ad irã vel vindictam prouocatus prorumpat ad contumeliose vel iniuriose dicta aut facta, tunc vtique pœna non minuitur. *capitul. inebriauerunt. 15. quæstio. prim. Abb. & Ioan. de Anā. in cap. 2. numer. 6. de male. Ias. in dict. leg. si filiam, colum. secund. vbi allegat Abb. in cap. 1. in secund. notabili, de his qui filios occid.* Quo casu iure sibi vendicat locum
regula, quod stulti in culpa, sapientes fiant in pœna.
95 *cap. quia ea, in fin. 38. distinct.* An autem sit † iusta vel
iniusta causa doloris, si quis non contentus paritate defensionis in repellendo iniuriam verbalem in præsentia Prætoris siue Magistratus ius dicentis, vbi copia Iudicis haberi potest, ad vindictam etiam iniuriam atrociorem inferre velit supra ex sentia Decii, & aliorũ satis est deductum, nec poterit comprobari Reum ab Actore prouocatum esse.

Sic etiam inconsultus calor iracundiæ caret vitio, quando actus sine præiudicio aduersarii retractari potest, vt in diuortio, & similibus: Secus, si non potest sine præiudicio aduersarii retractari, vt in actione iniuriarum quæ competit etiam pro iniuria illata repentino calore iracundiæ, in qua præsumitur animus iniuriandi. Et ideo, si posset reuocari, non esset reuocatum præiudicium iniuriati. Ita est doctrina Saliceti *in l. si non conuitii, per textum. ibi C. de iniuriis. refert & sequitur Felin. in dict. cap. cum te. de re iudicat. Subiungens, quod Imol. ibi ita signanter intelligat gloss. secund. in verbo, minima.* Non igitur indifferenter procedit opinio Lanfranci, & aliorum supra relata. Et quando occurrit casus, vbi certis de causis allegatio iustæ iracundiæ possit probabiliter tolerari, tamen non
simpliciter admittitur, nisi iniuria † reuocetur & dica- 96
tur iniuriam passo, falsa esse quæ dicta sunt, & quod pœniteat iniuriantem dixisse: *meminit Feli. num. 16. ext. de exceptio.* Et illa reuocatio in quibusdam Curiis ex speciali constitutione fit cum iurata assertione. *d. l. non solum, in vers. proinde. ff. de iniuriis.* Et est vulgata Theorica, quod in concernentibus conscientiam partis statur eius assertioni cum iuramento: Verum quidam moderni pro cautela euitandi actionem iniuriarum, volunt talem reuocationem admitti, si fiat antequam recedatur à loco dictæ iniuriæ, quia ea quæ in continenti fiunt, inesse videntur. *l. lecta. versic. dicebam. ff. si certum petatur.* In quam sententiam formaliter inquit Salicetus *in dict. l. si non conuitii.* Qui calore iracundiæ ductus, verba profert iniuriosa, sed non perseuerat, quia illa reuocat, & non secreto, sed palam & publice, vbi protulit, Tunc quia satisfactum esset iniuriæ, leuiter venit puniendus, secus si perseuerauerit. Deci. autem secutus Lucam de Pen. vult, quod illa allegatio iracundiæ infra dies triginta fieri possit. *per ea quæ allegat in d. l. quicquid, in fin. ff. de regul. iuris.* quorum tamen neutrum hic factum est, quia præterquam quod Reus ex proposito vxorem Actoris insigni contumelia affecit, non dubitauit etiam ex interuallo atrociorem iniuriam pro Senatu dicere, & alias post transactionẽ sæpius reiterare, de quo vsq; adeo nõ pœnitet, vt etiam adhuc suauiter rideat, quasi re bene gesta: Vnde etiam non immerito accommodatur ad terminos quæstionis nostræ illud singulare dictum Baldi *in leg. qui non probasse. Cod. de calum.* vbi vult, quod licet iniusta causa excuset à dolo, tamen illud sane intelligendum est, vt procedat in delictis extraiudicialibus: Secus in iis quæ in iudicio committũtur, licet etiam aliæ declarationes addi possent, quatenus iusta causa releuat, quas tanquam superfluas visum est iam referre, maxime cum in meliori forma admonitus seu commonefactus vom Felde / parum memor fidei datę, & in scripturam redactæ, non dubitauit venire contra propriam concordiam & pacem de non iniuriando factam.

Quinto non obstat, quod dictum fuit de interpretatione verborum, quæ protulit Reus: supra enim ostensum est, ipsam experientiam satis testari an eiusmodi verba absque offensione & diminutione siue læsione existimationis à quoquam sano accipi possint, præterquam quod ipsa verba de sui natura sint clara satis, quæ nulla egent interpretatione: nec video, qua ratione quis ea verba diuersimode intelligere possit, nisi quis album pro nigro exponere vellet, imo quando sumus etiam in casu dubio, vbi agitur de interpretatione declaratoria, fieri debet talis interpretatio, quę declaret, non quæ perimat confessionem. *Alciat. in tractat. præscriptionum, in vltima regula, in præscriptione 53.*
num. 11. Et alias notum est, verba in † potentiori signi- 97
ficatu accipi, nec est difficile æstimare, quomodo sit affectus vom Felde erga Actorem, cum quo tot, & tam graues contentiones habet, quæ etiam de iure inducunt maximas inimicitias, vt per plura comprobari posset.

Vltimo non obstat, quod actio iniuriarum annalis
sit, quia † licet illud regulariter verum sit, tamen quod 98
præscriptio annalis etiam in actione iniuriarum non currat contra ignorantem, aut certe quod restitutio in
into-

Integrum ex cauſa iuſtæ ignorantiæ, aut alterius Impedimenti legitimi peti poſſit, tenet in terminis, & late proſequitur Hierony. Schurpff. V. I. conſultiſſimus. *in 1. cent. conſ. 61.* & quod ex cauſa iuſtæ ignorantiæ in materia præſcriptionis generaliter concedi debeat reſtitutio intra quadriennium, *illa eſt doctrina Bartol. communiter approbata in l. 1. §. ſi quis propter ff. de itin. actuq; priu. late firmat Feli. in capi. vigilanti, vbi Abbas de præſcriptione diſputat eam Socy. in l. cum filiusfamilias. §. in hac ſtipulatione ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. 2. nu. 185. vbi dicit dictum Bartoli ſeruari, C. de iure emphyteuti. Bald. in tract. præſcript. in 4. parte principali.* Verum cum Actor & reus ante lapſum anni comparuerunt iudicialiter coram Senatu, & Actor (vt eſt ſtylus iſtius iudicii) impetrauit, vt ſibi pro iniuriis illatis agere, & reliquas actiones contra eum competentes intentare liceret, quamprimum poſſet copiam habere Aduocatorum, vlterius circa reſolutionem iſtius cuntrarii non inſiſto: ex quo Senatus non contradicente Reo vom Felde/ interloquendo pronunciauit illam dilationem propter impedimentum allegatum, ſibi non debere fraudi eſſe. Quod autem dictum eſt de officio Iudicis, in ſe verum eſt, nemo tamen cogitur inuitus remittere actionem iniuriarum, & bene facit, ſi iniuriatus agat, ne delicta maneant impunita, *vt voluit Spec. in Rubr. de treuga & pace, num 2.* Item quod ſuaſio-
99 nibus quis † ſit inducendus, non cogendus, vt remittat iniuriam, *tenet Fel. in Rub. ex. eo, de treuga & pace.* Concluditur ergo quod in propoſito caſu Reus non ſit excuſandus, quo minus actione iniuriarum conueniri poſſit, &c.

Doctor Johann Moritz / Fürſtlicher Pomeriſcher Hoffgerichts Aduocat.

Clariſſimi D. *Doctoris Vdalrici Zaſii, de variis Teſtamentis, ad Henricum Glareanum Poetam, conſultatio epitomica.*

TEſtamentum proprie heredis habet Inſtitutionem, qui quocunque loco Teſtamenti ſcribatur, ſufficit. Dupliciter autem conficitur, aut clauſum, quo caſu ſcribat Teſtator & exprimat nomen heredis, claudat, relinquendo in membrana tantum ſpacii, in quo ſe ſeptem teſtes rogati & præſentes, dum Teſtamentum clauderetur, ſuſcribant ſe audiniſſe à Teſtatore hoc ſuum eſſe Teſtamentum, & ſigillent. Verum ſcrupuloſa eſt Teſtamenti clauſi obſeruatio, propterea alius eſt modus receptus, vt coram Notario & 7. teſtibus rogatis, quibus confiditur, Teſtator nuncupet ore proprio heredem, & legata diſtribuat in quo Teſtamenti inſtrumento ſubſcribant, ſi velint, teſtes, & ſigillent ſe audiiſſe nuncupari heredem, & legata dari. Poteſt autem in vtraq; forma Teſtamenti, adiici clauſula codicillaris, videlicet ſi Teſtamentū nō valeat iure codicilli, vel cuiuſque alterius voluntatis, &c. Quod ſi cui animo ſedeat non facere heredis inſtitutionem, quod videlicet de herede non curet (quod tamen rarū eſt, cum honor ſit habere heredem) tunc conficiat codicillos, id eſt ſcripturam ſimplicem vltimæ voluntatis, in quibus legata ordinet, & quid fieri velit diſponat, conſtituendo executores, qui eam voluntatem exequantur. Et hi loco heredis erunt, nihil tamen accipient lucri, niſi quod eis ordinatur. Hic modus teſtandi frequens eſt inter laicos in Germania noſtra, & non incidit in difficultates. Et poterit is codicillus etiam nominari Teſtamentum generaliter & improprie, quod ſit teſtatio mentis. Erit autem neceſſe quod huiuſmodi codicilli, ſiue is codicillus, vtroque enim numero vſurpamus, coram quinque teſtibus præſentibus & rogatis fiant. Nec horrere poterit Teſtator, ſi forte latere cupiat ſui patrimonii vires, hoc enim facile prouidebitur, ſi vocati fuerint teſtes tacitæ fidei, & fideles, nam eis exceptis, omnia latent. Cæterum ſi cupit Teſtator modo quodam proprio teſtari, nihil oberit quin id faciat, dum is modus ſit legitimus, & iuri conformis: nam, vt dicit Iureconſultus, nemo facere poteſt, quod iura in ſuo Teſtamento locum non habeant. Equidem conſulo, vt Teſtator codicillos faciat, vel ſi Teſtamentum vel clauſum, vel nuncupatiuum facere velit, clauſulam codicillarem ſubdat.

An autem vel Cæſaris vel Principis voluntate opus ſit, non credo: cum, vt dicit Imperator, liber ſit ſtylus ordinandi, & vltima voluntas neminis iuri ſubdatur, niſi forſitan aliquis ſeruus vel homo proprius eſſet, cui non foret Teſtamenti factio, vel iure vel conſuetudine, tunc enim conſenſus requirendus eſſet.

FINIS.

Conſilium D. Petri Lorioti, J. C.

ARGVMENTVM.

In hoc breui, ſed neruoſo D. Petri Lorioti reſponſo, duo capita tractantur & deciduntur, videlicet, primo, debitorem pro debito priuato non condemnatum, in carcerem cōiiciendum non eſſe. Secundo, tranſactionis reſciſſionem admittendam non eſſe, niſi creditor ſupra quadruplum eius quod tranſactionis cauſa accepit, ſe deceptum fuiſſe doceat.

DEVS.

INterrogatus, an debitor in loco, vbi ſoluere promiſit, à creditore puſt tranſactionem Magiſtratus autoritate interpoſitam, abſque alia iudiciali interpellatione, in carcerem coniici poſſit ob deceptionem, qua in tranſactione ſe fuiſſe deceptum creditor affirmat, cuius prætextu tranſactionis reſciſſionem prætendit.

Quoad carcerem, reſpondet, Bartolus *leg. fin. numer. 2. & 3. ff. ad leg. Iul. peculiatus*, Iudicem pro debito priuato nullum præter condemnatum in carcerem coniicere poſſe: multo minus ergo hoc creditori licet. *leg. non eſt ſingulis, de regul. iur.* quamuis debitor fugitiuus eſſet, niſi ſuſpicio fugæ poſt tranſactionem factam ex noua cauſa orta eſſet, *l. ſi ab arbitro. §. ſi. & ibi DD. ff. qui ſatiſdat. cogant.* & ex illius fugientis bonis creditor ſibi conſulere non poſſet, *l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. libr. 10.*

Quod ad reſciſſionem tranſactionis attinet, reſpondeo, eam admittendam non eſſe, niſi creditor ſupra quadruplum eius quod tranſactionis cauſa accepit, ſe deceptum fuiſſe doceat: iudicialis enim autoritas impedit, ne ob minorem deceptionem fiat reſciſſio, *leg. Lucius. §. fin. ff. ad Trebellia.* licet in aliis tranſactionibus ſine Iudice factis non tanta requi-

requiratur deceptio. *l. secund. vbi DD. Cod. de rescind. venditione.*

Petrus Loriotus Salinensis I.C. subscripsit.

Consilium D. Ioannis Oldendorpii, J. C.

ARGVMENTVM.

Dominos consulens adserit, dicens, possessorium & petitorium recte proponi eodem libello.

SVMMARIA.

1 *Possessio & spolium sunt duo extrema, quæ ad iudicium recuperandæ possessionis exiguntur.*
2 *Possessionis quæstio est expeditior.*

AVTORE CHRISTO.

QVæsitum est à me, vtrum is, qui in actione spolii defecerit, quia non possit probare possessionem, redeat iuste ad petitorium iudicium.

Respondeo, indubitati iuris esse quod possit: primum enim possessorium & petitorium recte proponuntur eodem libello, *vt probat Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. Et ibi communiter alii Doctores, Abbas in c. cum dilectus, de caus. poss. & p opr.* Possunt item separatim tractari, cum nulla sit communio alterius cum altero. Igitur nihil vetat eum vindicare rem dominio, cuius spolium probare non poterat.

In præsente autem causa si dubitetur, vtrum illa
1 duo extrema, quæ ad iudicium recuperandæ † possessionis exiguntur, videlicet possessio & spolium, possint probari, certe non expedit intendere iudicium possessorium, sed vtilissimum est prosequi petitorium, quod instrumento Reditiario ad amussim probatur. Quan-
2 quam enim † possessionis quæstio videri possit expeditor, *iuxta §. commodum autem. Instit. de interdict.* tamen secundum propositum mihi factum, vtilius est actioni personali aduersus successorem decimarum experiri.

Ioannes Oldendorpius, I. V. Doctor subscripsit.

Consilium Eiusdem.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo, vt vxor præferatur omnibus præter liberos, cognatis vbi sit.*
2 *Causa hæc non ad subtilitatem iuris, sed ad simplicitatem boni & æqui exigenda est.*
3 *Sub autoritate iuris scientia solet interdum perniciose errari.*
4 *Quilibet censetur sine Testamento mortuus, nisi scripta voluntas doceatur.*
5 *Negatiua quæ iuris præsumptione iuuatur, videtur eo ipso probata, quod nemo probat contrarium.*
6 *Legitimam consuetudinem non esse probatam.*
7 *Consuetudinis probationem duplici lite confirmari necessarium est.*
8 *Sententia prior & posterior numero singulari vocatur.*
9 *Arbitri sententia non firmat consuetudinem.*
10 *Actus priuati non probant consuetudinem.*
11 *Consuetudo non censetur, quæ non est legitima.*
12 *Differt corruptela & consuetudo.*
13 *Mos ex diametro pugnans cum lege scripta nulla via probari potest.*
14 *Vulgi obseruatio frequenter in pessimos solet errores degenerare.*
15 *Iudex debet omnia rationibus expendere.*
16 *Consuetudo præcedens, & ratio quæ eam suasit, custodienda est.*

AVTORE CHRISTO.

TOta vis huius causæ inter Ioannem de Fatgel, cum litis consortibus, petentem ab intestato hereditatem, & Elizabeth Friderici Monsters relictam, quæ excipit, consuetudinem † in illa ciuitate Hamelen ob 1
seruari, vt vxor præferatur omnib. præter liberos, cognatis: in hoc duntaxat cernitur, vtrum mulier Rea talem consuetudinis exceptionem legitime probauerit, an non.

Extant consilia in vtramque partem satis prolixa: Iudex autem prioris instantiæ secutus consuetudinem quasi probatam testibus, mulierem absoluit à petitione hereditatis, Actores appellarunt. Iam quæritur, quid sit faciendum Iudici appellato? Qua in re, vt ve- 2
ritatem paucis ostendam, oportet hanc causam non ad subtilitatem iuris, sed ad simplicitatem boni & æqui exigere: est enim † talis in qua sub autoritate iuris 3
scientiæ solet perniciose errari, *sicut Paulus verbi Celsi dicit in leg. si seruum stipulatus. §. sequitur videre. de verb. oblig.*

In altero itaque consilio putat autor mulierem propterea condemnandam Actoribus, quia non probauerit totam exceptionem suam, videlicet quod consuetudo ciuitatis præferat vxorem cognatis mortui ab intestato. Et quod maritus fuerit ab intestato mortuus. Porro, quamuis de consuetudine satis constet, non tamé probauit quod maritus sit ab intestato mortuus, & ad hoc multa allegat ex summo iure.

In altero autem consilio autores præsupponunt, primum consuetudinem, vt mulier præferatur omnibus cognatis simpliciter valere: deinde in hac causa satis probatum esse. Consequenter existimant, mulierem non teneri ad probandum, quod maritus sit ab intestato defunctus, quia quilibet censetur sine Testamento mortuus, nisi scripta † voluntas doceatur, 4
l. intestatus. ff. de verb. signif. instit. de hered. quæ ab intest. def. in princ. gloss. in l. 1. C. qui test. facer. poss. & in l. super seruus. C. qui mil. poss. vel non. Bart. in l. si potest. ff. de acq. hered. Cum itaque † mulier alleget negatiuam, quæ iuris præsum- 5
ptione iuuatur, videbitur eo ipso probasse, quod nemo probat contrarium, *vt docet Angel. in l. multum. §. 1. ff. de acq. hered. Bart. in l. si constant. in princ. l. conficiuntur. §. codicillis. ff. de iure codicill. & in l. fin. §. licentia danda. C. de iure delib.*

Hæc omnia certe extra causam præsentem adducuntur, siquidem ego constanter nego, quod † mulier 6
probauerit legitimam consuetudinem, quæ vxorem præferat omnibus cognatis defuncti mariti, nam primaria ratio probandæ consuetudinis in hoc versatur, vt appareat secundum eam fuisse semel atque iterum solenniter iudicatum, Vlpianus *ff. de legibus.* Cum de consuetudine (inquit) ciuitatis, vel prouinciæ confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum

dum arbitror, an etiam contradictorio aliquo iudicio consuetudo firmata sit, sed in hac causa extant testimonia multorum, qui dixerunt articulos mulieris de consuetudine esse veros: non autem sunt concordes in hoc, quando & quoties secundum eam iudicatum sit, ergo prorsus nihil probatur talibus testimoniis.

7 Adeo autem necessarium † est consuetudinis pro-
bationem saltem duplici lite confirmari, vt non suffi-
cerent duæ sententiæ ex eadem causa dictæ, *arg. leg. qui*
bis idem. ff. de verb. oblig. c. cum causa, de re iud. Ibi enim
8 numero † singulari vocat sententiam priorem & po-
9 steriorem, Arbitri † quoque sententia non firmat con-
suetudinem, *vt rectissime tradit Ioann. Andrea in cap. Ab-*
10 *bate, de verbo. signific.* Multo minus † priuati actus pro-
bant consuetudinem, quantumlibet multiplicati,
11 quando tendunt † contra iuris præcepta, quoniam
consuetudo censeri non potest, quæ non est legitima,
12 *cap. Cumana, de elect. & ibi Abbas*, alioqui † nulla esset
differentia inter corruptelam & consuetudinem, *cap.*
1. de consuetud. l. vlt. C quæ sit long. con.

Verum est, quod consuetudo potest incipere antea,
quam ex ea iudicetur, *sicut communiter D D. diffiniunt,*
reprobata gloss. in cap. Abbate, de verb. signif. vbi Panorm. testatur, & in cap. fin. de consuet. Quod tamen intelligi o-
portet de his causis, in quibus scriptis legibus non vti-
mur, *vt dicit Iulianus, in l. de quibus, in princ. ff. de legibus.*
13 Cæterum quando mos ex diametro pugnat cum lege
scripta, aut cum ratione, tunc nulla potest via proba-
ri, præterquam iudiciali autoritate: nam omnes legis
14 latores † habent suspectam vulgi obseruationem, quæ
frequenter in pessimos solet errores degenerare: præ-
sertim hoc seculo longe corruptissimo. Nisi ergo
Magistratus iudicando in simili causa approbauerit
tacite consuetudinem, nunquam probabitur ex solis
15 actionibus priuatis. Iudex enim solet † omnia ratio-
nibus expendere, & lex præsumit, quod id faciat, hoc
est, quod existimet aliquam subesse rationem, quæ
exigat eo loci sic obseruandum esse, propter certas
circumstantias: Ideoque Imperator *in leg. 1. C. quæ sit*
16 *long. cons.* nam & consuetudo (inquit) præcedens, &
ratio quæ consuetudinem suasit, custodienda est, *idque respexit Vlpian. in l. cum de consuetudine. ff. de legib.* Et hoc sensu est verissima glossæ ac aliorum sententia *in cap. Abbate, de verb. signif.* Imo potest omnium DD. disputatio ex bono & æquo conciliari. alioqui, si à nuda obseruatione vulgi argueremus ad probandam consuetudinem, sequeretur, quod omnes plane mores improbissimi possent censeri ius, quia frequentantur.

In proposita itaque causa, consuetudo, quam mulier allegat, vt præferatur in successione mariti intestati omnibus cognatis, est contra ius commune, quod postremo loco vocat vxorem: & merito: est enim extra familiam, *l. qui in adoptionem, ff. de adoptionibus. leg. 1. C. de donat. int. vir. & vxor. l. ideo minus, Cod. de hered. instit. l. affinitatis, C. communia, de success.* Quapropter valde suspecta est, quod non tacito ciuium consensu, sed potius ignauia & blanditiis quorundam coniugum ita contigerit, qui successores suos insano affectu spoliauerint omnibus fortunis. Quam rationem perpendentes prudentissimi legislatores, prohibuerunt donationem inter virum & vxorem, *l. 1. ff. de donat. inter. vir. & vxor.*

Ergo nõ sufficit mulierẽ probasse, quod multi fatui in illa ciuitate, cum essent ex familia ab intestato mortui, nihilo tamen minus passi sint præferri vxorem, vel vxore mortua, maritum: quid enim hoc est aliud quam ostendere factum quoddam & historiam nudam? potuissent enim illi suis quoq; bonis renunciare, quod tamen alii ius suum persequenti non potest obesse, iuxta regulam, Res inter alios actas aliis non nocere. Sed oportet probare aliquando, cum vnus vel alter vellet contradicere tali de successione consuetudini, Magistratum tunc certa ratione motum cognouisse atque iudicialiter pronunciasse secundum eam, haud dubie non facturum id, nisi veritatem sciuissent & circumstantias, propter quas ciuitati magis sic conueniret, quam ius commune. Hoc autem minime gentium mulier Rea probauit, ideoque non eleuauit firmissimam Actorum hereditatis petitionem.

Neque vero tam leuis res est, vxorem præferri fratribus, filiis fratrum, cæterisue cognatis: Fortunas item à Deo donatas auferri prorsus sanguini in alienam familiam translatas, naturam denique contemni prælata ciuili autoritate. Non est res (inquam) adeo leuis æstimanda, vt sufficiat dicere: Ille ac ille ita fecerunt, ergo est consuetudo, ergo cæteri ciues consentiunt in istud enorme grauamen, quod certe contra naturam est aliquo modo, *l. nemo iudex, C. de senten. & interl. om. iu.* cum non exemplis, sed legibus iudicandum sit.

Ex quibus infero, quod in altero consilio male præsupponitur, allegatam consuetudinem à muliere probatam non esse, quoniam frequentia casuum (vt ipsi vocant) non facit ius consuetudinarium. Et illi ipsi autores multo rectius ibidem referunt Bartolum dicentem, ex sententia Iudicis colligi consensum maioris partis populi, ex consensu rursus introduci consuetudinem, quam pro lege seruamus, *d. l. de quibus.* Paulo item inferius dicũt in hac causa ex actis apparere, quod alias secundum consuetudinem, alias contra eam sit iudicatum, ideoque non esse legitime probatum, nec mereri nomen consuetudinis, *allegantes ad hoc gloss. in l. cum de consuetudine, ff. de legib.* Denique melius ad finem consilii perpendunt, æquum esse ac rationi consentaneum, vt cognati ad decimum vsque gradum præferantur vxori forte sterili, *teste gl. in § fin. Institu. de success. cognatorum.*

Et in summa concludo, Actores habere fundatam petitionem hereditatis iure naturali & ciuili: Sententiam autem prioris Iudicis omnibus modis iniquam, & ab ea bene appellatum esse.

Ioannes Oldendorpius iuris Doctor
manu propria subscripsit.

Consilium D. Hieronymi Schurpffii, Iureconsulti.

ARGVMENTVM.

Argumentũ consilii est de muliere, quę ex impatientia amoris sibi ipsa mortem consciuit, & cõcludit dominus consulens, quod hęredib. eius, non Fisco, bona relicta debeantur.

SVMMARIA.

1 *Liber Authenticorum Iustiniani est ius nouissimum.*
2 *Noua iura prioribus communiter derogant.*
3 *Veteres leges determinant quandoq; nouas, & econtra.*

4 Ius

4 *Ius confiscationis est vnum de regalibus imperii Romani.*

5 Wer das Erbe nimt/der ist auch schuldig die schuldt zu bezahlen.

6 *Onus senciat, qui vult sentire commodum.*

DIVINO SEMPER IMPLORATO præsidio.

QVia ex facto ius oritur, *l. si ex plagis. § in cliuo. ff. ad l. Aquil. & l. quidam referunt. ff. de iure codi. cum similibus.*

Nun hat sich der Fall erstlich dermassen zugetragen/ Ein Weib/welche ein Manns person lieb gehabt/vnnd nicht geringen gefallen zu jme getragen/ zu dem auch in vorhaben vnnd arbeit gestanden/ sich demselben Ehlich zu vermählen vnd in den Ehestand vertrawen zu lassen/ welchs vielleicht der Gesell nicht geneigt/vnd dem Weib jhres gethanen muthens vnd ansuchens freundtlich hat dancken lassen/ Derwegen das Weib auß anstifftung vnd eingeben des Satans/dahin bewogen/ daß sie in einen Zweiffelmuth gerathen ist/ vnnd die Hände an sich gelegt/ vnd also sich selbst vom Leben zum Tod gebracht hat/ Dasselbig Weib hat Güter / beweglich vnnd vnbeweglich/vnd auch Schuld vnnd Widerschuldt hinder sich gelassen. Nuhn wirdt zum ersten gefragt / an wen solch nachgelassene Güter der verstorbenen Frauwen billich vnnd von Rechtswegen gefallen seyen/ ob sie der Oberkeit / in welchem Gericht derselb Mord begangen ist/oder aber der Nähesten Freundschafft des verstorbenen Weibs zustehen oder gebühren sollen/ Vnd zu forderst die Güter/ so im Gericht/da die That vollenbracht ist worden/gelegen sein. Zum andern/wem die Schuldt vnnd Widerschuldt desselbigen jtzt benanten Weibs/ so sie hinder sich gelassen/zu bezahlen vnd einzufordern gebühren wölle. Zum dritten/ ob 100. Goltgülden/so bey einer Stadt / auff widerkeuffliche Zinse belegt gewest/ dißfals an die Oberkeit derselbigen Stadt/oder aber an die Oberkeit vnd Verwalter deß Orts/da solcher Vnfall vnnd Mißhandlung geschehen ist / billich zu Recht fallen sollen. Vnd dē vberfluß hinangesetzt/ *secundū tex. in l. 2. C. de vet. iur. enu. & in l. si §. in refutatoriis. C. de appell.* were auff den ersten Puncten nach anzeigung der Recht zu sagen/ daß die verlassene Güter deß Weibs/die sich selbst vmbracht hat/ nicht an jhre näheste Erben/ besonder der Oberkeit/ vnder welcher solche Güter gelegen/ darunder auch der Mord vnnd thätliche Handlung begangen/vnd vollenbracht ist worden/von Rechtswegen zustehen/vnd ratione fisci gebühren sollen/wie dann solches besagt der Text Keys. Rechtēs /*l. in defunct. C. si re. vel accu. mor. fue.* siue ipsi per se commiserint, vel aliis mandauerint, pendente accusatione, præterquam si sibi mortem consciuerint, bona successoribus eorum non denegari, notissimi iuris est, Jn welchem Text offentlich zuuerstehen/ daß die jenigen/ so sich selbst vom Leben zum Todt bringen jhre Güter vnd Haab nicht vererben/ sonder dem gemeinen Fisco applicirt sollen werden / *ibi, præterquam si sibi mortem consciuerint, &c.* Welchs gleich einer Exception ist a regula in textu posita, Vnnd dieweil der Text daselbs indifferenter vnd ohn vnderscheid redt/so muß er auch ohn vnderscheidt verstanden werden/ *vt habet tex. in l. 1. § generaliter. ff. de leg. præst. cum simil.* Aber solchs vngeacht/ist das Wiederspiel die Warheit/ also/daß nicht der gemein Fiscus/ sondern die nähesten Erben deß armen Menschens/ der sich von seinen Lebtagen selbs gebracht/sein verlassen Gut vnd Erbe billich vnd von Rechts wegen nemen sollen/ excluso Fisco, zu forderst auff diesen gegenwertigen Fall/wie folgends zu befinden/ wie dann solches bewert der Text Keyserlichs Rechtens/ *in l. 1. Cod. de bon. eor. qui mort. sibi consci.* da der Text disponiert vnterschiedlich/ also sagende: Eorum demum bona Fisco vendicantur, qui conscientia delati commissique criminis, metuque futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt. Ea propter fratrem & patrem eorum si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio vitæ, aut furore vel insania, aut aliquo casu, suspendio vitam finisse constiterit, bona eorum tam ex Testamento, quam ab intestato ad successores pertinebunt &c.

Welchs seind klar vnd helle Wort desselben jetzt angezogenen Texts *in l. 1. C. de bon. eor. qui mort. sibi ips. conscIu.* Daselbs ein vnderscheidt gemacht wirdt/ ob sich einer selbst vmbrächt auß Forcht der Straff so er auß Mißhandlung verwirckt hat/ oder aber sonst in ander wege sich vom Leben zum Todt selbs verursacht/ wie dann dißfals geschehen ist/darauß wir zu Augenschein zuuerstehen haben / daß der arme Mensch ausserhalb des ersten Fals sein Gut vnd Erbe/seinen nähesten Erben vñ Freunden nicht verwirckt/ sondern sie seind desselbigen vehig/vnnd wirt/vermöge der Recht/ solches Erbe auff sie deuoluiert vnd vererbt. Vnd hie zu entgegen jrret nit der Text *in l. defunctu, C. si re. vel accus. mort. fue. sup. allegata.* welcher generaliter & indistincte / vnnd also ohn allen vnderscheid disponiert/ dann derselbig Text redet vnnd ordnet nach dem Rechten vnd Satzungen Codicis.

Dieser Text aber in leg. 2. de bon. eor. &c. disponiert
nach den aller newsten Rechten des Buchs Authenti- 1
corum. † welche bey zeiten des Keysers Justiniani sind
gemacht seind worden /welche newe Recht bey den Alten
gemeinlich derogieren vnnd abbrechen / wenn sie sich zu
wider sein/ Nouissima enim solent derogare prioribus: 2
tam in contractibus,† quam in vltimis voluntatibus,
sic etiam in legibus & consuetudinibus & quibuscū-
que aliis, *vt habet text. in l. pacta nouissima. C. de pact. textus in §. 1. instit. quibus modis testa. infir. Et multum elegans text. quantum ad leges vel constitutiones c. 1. de consuet. lib. 6. & ibi omnino Ioan. Andr. Gemini. & Philip. Fran. & cæteri Scribentes.* Darumb werden auch die letzten Gesetz vor den ersten gehalten/auch denselbigen vorgezogen/ vnnd thun den ersten einen Abbruch/an jrer Wirckung/wo sie ohn besondere leuttung deß Rechten verstanden nicht mögen concordirt vnd zusammen gezogen werden. /*mxt. text. in cantum expediat. de elect. & l. præcipimus. in fin. Codic. de appellation.*

Zu dem ist im Rechten gnugsam versehen / wann etliche leinger reden oder disponiren gemeinlich/ vnnd ohn distinction oder vnderscheidt/wie dann der erst Text *in. l. defunctus. sup. alleg.* thut/vnd die andern iura vnd Rechte disponiren mit einem vnderscheidt/wie der ander Text *in l. 1. de bon. eor. &c.* thut/ So sollen allzeit die Recht so ohn distinction reden/verstanden werden/nach dem andern/ welche vnderschidenlichen disponiren/ quia quandocunque lex loquitur generaliter & indistincte super aliquo articulo, tunc debet intelligi secundum aliam legem, quæ magis distincte, & specialius disponit super eo art. vendor. *Bald. in l. quatamus ff. de test. text. & ibi Bartolus Bald. Salic. & Paul. Cast. in l. si serui vestri. Codic. de nox. act.* Vnd ist solchs nit allein zuuernemen auff den Fall von den newen Rechten/ daß die den Alten abbrechen/ vñ die Alten nach den Newen sollen verstanden werden/ sondern es hat auch statt / wann die alten Recht mit mehrem vnderscheid reden /als die Newen/ daß dennoch die Newen Rechte nach den Alten verstanden müssen
werden/ quia veteres leges † determinant quandoque 3
nouas, & contra, nouæ leges determinant veteres, vt

est text. in l. sed & posteriores. ff. de legibus. & in l. non est nouũ. ff. eod. tit. cum similibus iuribus.

So ists auch offentlichs Rechtens/daß nicht ein jede Oberkeit solche Gerechtigkeit Confiscationis (& sic ius confiscandi) habe/ dann solches ist vnum de regalibus Imperii Romani *text. in tit. quæ sunt Regalia. in vsibus feud. Et ibi Bald. And. de Isern. Iacob. Alphar. & Prepos.* Welche Regalia nicht einer jeden Oberkeit gebüren mögen/ sonder allein summis Magistratibus, welche merum & mixtum imperium, vnnd also plenam & omnimodam iurisdictionem vna cum aliis regaliis ab imperio Romano haben/vnnd dem heiligen Reich ohn alle Mittel vnderworffen seind/ vnd alle jhre hoch/ herrliche/ vnd gerechtigkeiten vom H. Reich de iure vel consuetudine aut peculiari indulto, seu priuilegio Principis Roman. &c. haben/ gebüret vnnd zustehet/ wie dann solches die Rechtslehrer weit vnd breit in loco supra allegato, vnd sonst hin vnd wider disputiren/ vnd dann solchs offentlich auch bewert der Text Keyserlichs Rechtens *in l. vnica. C. ne sine iuss. princ. liceat confisca. &c.* da der Keyser eben diese Wort saget: Nulli iudicum liceat (exceptis his qui in summa administratione sunt positi) potestate proscriptionis, tempestate totius substantiæ aliquem præcellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum deferatur. Solches seind verba formalia in præallegat. *l. vnica. C. ne sine iuss. princ. confis. lic.* Auß demselbigen offentlich zu befinden/ daß die verlassene Güter vnd Erbe deß verstorbenen Weibs/ welche durch anlegung jhrer selbs Hände sich von dem Leben zum Todt auß Zweiffelmuth vnnd wehetage jhres Hertzens / der vnordentlichen Begierde vnd Liebe halben/ so sie zu der Manns Personen getragen/gebracht hat/ nicht an die Oberkeit oder Fiscum / sondern jhre näheste Freunde vnnd Erben gefallen sey/ vnd dieselbig jhre Freundschafft vnd Erben mit solchen jhren nachgelassenen Gütern vnd Habe / vermöge der Recht/ besellet vnnd berechtiget hab/ vnd erscheinet auß diesem ferner/ wenn wir gleich in dem Fall weren/ daß solche nachgelassen Güter der verstorbenen Frawen/ den rechten Erben entzogen/ vnd dem Fisco oder der Oberkeit/ ratione fisci solten applicirt vnnd zugewandt werden/ daß demnach diß falß solche verlassene Güter vnnd Erbe der Oberkeit prætextu & occasione incapacitatis, vnnd also der Oberkeit halben nicht gebüren möchten / wie dann solchs der Text in dem vorangezeigten *l. vnica. C. ne liceat sine iuss. prin. con. fis.* daselbs allein der hohen Oberkeit vnd summis administratorib. solche Confiscation erlaubt ist / klärlichen thut zeugen. Es köndt dann angezeigt werden/ daß die Oberkeit dises orts solche Regalia vnnd ius confiscandi ex consuetudine, oder aber ex speciali priuilegio principis het. Auff den Fall wil ich dem jenen/ so jetzo Raths allhie bey mir gepfleget hat/ sein Gerechtigkeit auch nicht abgeschnitten haben/ Jedoch in isto casu quando licitum est confiscare, wie es doch dißfals auß zuuorangezeigeten Vrsachen nicht ist / vnnd sich nicht gebühren wil. Auß demselben vorangezeigten ist die ander Frage (weme solche nachgelassene Schuldt vnnd Widerschuldt gebüren wolt zu bezahlen/ vnnd auch einzufordern respectiue) leichtlich zu deuten/ angesehen/ daß im Rechten gnugsam versehen ist/ daß der jenig/ der das Erb nimpt / auch wider verpflicht sey die schuldt zu bezahlen/ wie dann besaget dz Sachsisch Landtrecht/ *li. 1. art 6 in text.* da es sagt/ Wer
5 das Erbe nimpt/ † der ist auch schuldig die Schuldt zu bezahlen/ so fern sich die fahrende Hab erstreckt/ das ist/ so weit das Erb wendet/ dann wie die glossa das Wort/ fahrend Hab/ außlegt/ ist alles fahrend Hab/ was der Thäter oder verstorbene hinder jhm lässet/ dann es fehret von einem zum andern/ &c. So ists auch sonst vnnd ohn das in gemeinen beschriebenen Rechten an vielen örtern cauiert vnd versehen in titulis C. so von der Succession disponiren/ vnd ist der billigkeit zum höchsten gemeß/ quia æquum & rationi consonum est, vt sentiat onus, † qui vult sentire commodum, *secundum iura vulgatissima, nemini incognita.* 6

In gleichnus auch hat der Punct oder Frage der hundert Goldtgülden halber/ so bey ein Statt gelegt sein sollen (wem die zukommen möchten zu Recht) auß diesem vorigen Bericht/ bereidt auch jhren bescheidt/ also/ daß die angezogen 100. Gülden den Erben des verstorbenen Weibs/ vnnd nicht der Oberkeit zustendig sein/ dann es seyn die Güter gelegen gleich wo sie wöllen/ so seind die Erben mit denselbigen berechtiget/ vnd mag dißfals die Statt/ da die 100. Goldtgülden belegt seind worden/ eben so wenig vnd noch viel weniger/ einiger Gerechtigkeit solcher 100. Gülden halben sich anmassen als die Oberkeit/ darunder das Weib sich vmbbracht hat.

Ex his omnibus apparet punctus nostræ consultationis satis sufficienterque discussus, decisus atque declaratus. Gratia & pax Christi Iesu sit semper cum nobis omnibus, Amen.

Ita visum est mihi Hiero. Schurpff. V. I. Doctori Wittembergensi, saluo aliorum omniũ saniori iudicio: in cuius rei vberiorem fidem euidensque testimonium mano propria præsentib. me subscripsi.

CONSILIVM ALIVD.

SVMMARIA.

1 *Propter publicam vtilitatem multa conceduntur.*
2 *Multi repelluntur ab officio procurationis, ratione publicæ vtilitatis.*
3 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*
4 *Aquaductus iure facultatis, non iure seruitutis ducitur.*
5 *Cui per fundum iter aquæ debetur, quacunque vult, in eo riuum facere licet, dum ne aquaductum interuertat.*
6 *Declaratio, quando aqua dicitur decurrisse iure facultatis.*
7 *Vrgens & necessaria refectio est admittenda.*

Auff Ewer F. G. schreiben/ hab ich zwo Fragen gestelt/ Die erst/ ob von des Churfürsten wegen möge einich Verbott deß Bawes halben geschehen/ oder Nouum opus nunciirt werden/ Vnd so ein Verbott geschehe/ ob mann demselben gehorsam zu thun/ vnd vom Bawe ab zu stehen schuldig sey. Die ander Frage/ Ob die gewercken den Wasserfluß/ die Langewitz genandt/ zu erhebung deß Bergwercks möchten ableitung füren/ wie E. F. G. schreiben weiter mitbracht hat.

Auff die erste Frage/ dieweil in meins G. H. schreiben vermeldet worden/ daß solche ableitung vnnd führung den Churfürsten gar nicht berühret/ sondern noch mehr daß ohne nachtheil solcher Fluß in das Wasser die Ilmen vnd sonst ohne allermenniglichs Schaden zu erhebung deß Bergwercks möcht abgeleit vnd gefürt werdẽ.

Nun ists aber offenbars Rechtens/ daß ein jeder auff seinen grund vnd boden bawen mag/ so es ohn Schadẽ vnd nachtheil eins andern geschehe/ *l. altius. & l. si in aedibus C. de seruit.* Vnd ob gleich dem Churfürsten/ oder andern solche ableitung vnd führung zu nachtheil vñ schaden möchten kommen/ dennoch nach gelegenheit vñ art diser sachen/ were solchs nit zuverbieten/ sonder müst zugelassen werden/ vnd dz d durch folgende zwo wolgegrün-

u vr-

te vrsachen/Erstlich/daß/ da ein grosser gemeiner nutz/
vnd das Bergwerck dardurch möcht auffgebracht vnnd
ins werck kommen. Nun ists aber auch offenbars Rech-
1 tens/ daß † viel ding von deß gemeinen nutz wegen/zu-
gelassen vnd erlaubt werden/die sonst keins weges zuläs-
sig/noceat, propter publicam vtilitatem, *Spec. de instr. ed §. instrumentum, versi. item opponitur quod tabellio. Idem Specul. de disput. & alleg. aduoc. §. satis clare. vers. & breuiter nota ibi.* Et est ratio, quia ibi tractatur communis vtili-
tas, & ibi etiam in his quæ spectant ad substantiam iu-
2 dicii, † vbi multos repellit ab officio procuratiunis, ra-
3 tione publicę vtilitatis, & vtilitas † publica priuatæ præ-
fertur, *gloss. in l. de pupillo, §. si quis riuos, in verb. securitatis. versic. & nota quod allegas*, ita ibidem inter cætera iura,
pulcher & elegans textus Cod. de caduc. tollend. l. prima. §. primo. in fin. vbi textus inquit, Nec angustum priuilegium exercemus, sed quod communiter omnibus prodest, hanc rem priuatæ nostræ vtilitati præferendam censemus.

Zum andern/ wie meins G. Herrn schreiben auch
mitbracht hat/so ist dem Bergwerck durch keinē andern
weg zu helffen/ dann eben durch den einigen weg/ vnnd
also die Sach keinen verzug mag leiden/vnd ist pericu-
lum in mora, also daß da kein Gebott mag geschehen /
Vnd ob gleich das geschehe/so möchte doch nichts desto
minder mit dem Bauwe/ vermöge der Rechten fortge-
fahren vnd gebawet werden / wie derhalben ein hüpscher
klarer /lauter Text ist *in l. de pupillo, in §. si quis riuos. cum duobus versiculis sequentibus vsque ad finem. ff. de noui oper. nunciat.* nam in versiculo præterea, his verbis, quarum
mora periculum aliquod est allatura: quis enim dubi-
tat multo melius esse omitti operis noui nunciatio-
nem, quam impediri operis necessarii vigentem ex-
4 tensionem. Et vt dictum superius, vtilitas † publica
præfertur priuatæ, *gloss. ibi in verbo, securitatis, versiculo, & nota, cum suis alleg.*

Auff die ander Frage zu antworten/wann nuhn/wie
hie vor gemeldt worden/ vnnd meins Gnedigen Herrn
schreiben mitbracht hat/nemblich/daß solche Ableitung
vnnd führung den Churfürsten gar nichts mit berürt/
sondern noch mehr/ daß ohn nachtheil solcher Fluß in
das Wasser die Jltien/ vnnd sonst ohn aller Mennig-
lichen Schaden/zu erhebung deß Bergwercks / möch-
te abgetheilet vnd geführt werden/vnd grund vnd boden
meines Gnedigen Herrn Graue Wilhelms zu Henne-
bergs ist/da der Wasserfluß die Lengwitz entspringt/vnd
sonst niemands kein seruitut/ dienstbarkeit/ oder gerech-
tigkeit desselbigen Wasserfluß hat/ vnd sonders / so sol-
cher Wasserfluß sein gang vor sich selbs hat/ ohn eini-
gen andern gebrauch/ oder zuthun einiges Menschen/
So mag des grunds bodem Herr/als der superior vnd
Oberherr/dem vndern vnd inferiori das wasser wol lei-
5 ten vnd nemen/denn also wirdt der Wasserfluß iure fa-
cultatis vnd nicht iure seruitutis geführt.

Vnd also auch das Wasser durch sich selbs fleusset/
oder hin vnd wider leufft/ohn zuthun einiges Mēschen/
als da durch die Adern vnd Venas vnder dem Erdt-
reich solcher Flus gleich auff die vndern vnd inferiores
fliessen ist/ Es were dann da etliche Conuention/ Pact
Gedinge/oder andere Landsbrauch/Gewohnheiten/ Sta-
tuten/ oder Ordnungen/ So mag der Bodem vnnd
Grunds Herr/vñ also der Oberherr vnd superior solch
Wasser wol dem vndern nemen/vnd nicht gehen lassen/
vnd zu seinem nutz vñ gefallen gebrauchen/ Ja ob gleich
das Wasser durch sich selbst also tausende Jar were ge-
flossen/ so mag doch kein gewonheit oder gebrauch/oder
verjährung darwider eingeführt werden; *Hæc latissime in
tractatu seruitutum libro secundo capitulo 4. vers. sed dubium* 6
est de quæstione quotidiana. & vers sequenti Ego vero in hac quæstione pro veritate, & hæc ibidem prosequuntur vsque ad versiculum, dubium in hoc solum remanet, vbi declaratur, 7
quando aqua dicatur discurrisse iure facultatis tantum, & non seruitutis. Vnd das alles ist war/vñ ohn allen zweiffel/so
hieher die drey Vrsachen in der ersten Frage auch gezo-
gen werden/welche alle drey auch hieher gute statt haben
funden/ So ist das ohn allen zweiffel/vnd irret nicht/ ob
dargegen wolt gesagt werden/ man solte dem Wasser-
fluß seinen gewönlichen Fluß lassen vnnd nicht abwen-
den/*& hæc notant DD. in l. 2. Cod. ad legem Aquil.* vbi dici-
tur, quod non possit diuerti à solito cursu, Vnd muß
man denn das Wasser in seinen ersten stande kommen
vnd fliessen lassen/ vnnd muß der superior dem vndern
vnnd inferiori, der solche Seruitut vnd Dienstbarkeit
hat/ gehen lassen/darzu mag erstlich gesagt werden/Ja/
so der Fluß flüsse iure seruitutis, vnd nicht iure faculta-
tis. wie jetzt hieuor/vnd oben alles nach der lenge darge-
than/vnd auch die allegierte Rechte vermögen vnd wöl-
len in tractatu seruitutum, *lib. 2. vers secundo casu*, da ge-
nugsam gesagt worden / daß als dann superior möge
das Wasser ableiten jhme zu gutem/vnd mag darwider
der inferior sich nicht beklagen / oder dem widerstehen /
sonder muß leiden/*vt est casus in l. Procul. ff. de dam. infect. remitto me ibidem.* Solche/ vnd viel andere Fragen wer-
den da mouirt/ daruon ich dieser zeit zu schreiben von
vnnöten acht/ sondern de superiori & inferiori.

Zum andern/ mag gesagt vnd geantwortet werden/
so der Oberher / das ist/ Dominus superior auß † drin-
gender nöthiger noth / oder auß grossem nutz das thut/
so hat er das auch macht/ *ita loquitur l. 1 §. si quis terrenū, in fin ff. de riuis, vbi inquit text. nisi quam maiorem vtilitatem suam aduersarius, hoc est, dominum soli ostendat, & l. 3. §. 1. Ibi mihi videtur verius vrgentem & necessariam refectionem esse admittendam.* Hierzu werden die zwo angezogene
Vrsachen auff die erste Frage/vnnd der nutz / nach der
lenge gantz dienstlich sein/die ich hieher repetirt vnnd er-
holt wil haben/ Auch ist noch da ein ander Vrsach/ die
euch mein Gnediger Herr in seiner Fürstlichen Gnaden
schreiben vermeldet hat / nemblich mit dem Bergwerck
die Platten genandt/ vnd also den Titel/ quod quisque
iuris &c. Also acht ich ohn zweiffel die zwo Fragen für
meinen G. H. vnnd den Gewercken im Rechte stattlich
zu erhalten solten seyn. Auff Doctor Gemels schreiben/
hab ich Mündlich meine meinung angezeigt/darbey laß
ichs bleiben.

LAVS SOLI DEO.

Ornatißimo, Doctißimoq; Viro, Dn. Justino Goblero Goarino, Doctori & Cancellario Monasteriensi, & Osnabruggensi, &c. Domino & Mecænati suo, Gerardus à Vuefelt, LL. Licentiatus, &c.

S. D. P.

CVM præsens tabellarius libello suo Principem
nostrum supplex istic adire statuisset, mearum
partium putaui tuam humanitatem de huius D. Offi-
cialis, militis emeriti, pariter & mei clientuli iure, pau-
cis informare, non quod ea multo me melius didicis-
se te nesciam, sed quod mensibus iam aliquot grauio-
ribus negotiis impeditum te, non ita præsentem ho-
rum memoriam habere, subueritus sum, vt qui forte à
libris tuis, fidis consultoribus, in præsentiarum es se-
motus. Quare hanc meam qualemcunque sedulita-

tem pro tuo candore boni facias. Vale. Vocati hic ante biduum vna fuimus in prandium, vbi cum te non inuenirem, causabatur roganti mihi tua minus prospera valetudo: Quæ iam fuit causa, quod te inuisere literis meis, apud me statueram, nisi per tuam inopinatam profectionem ea facultas mihi fuisset ablata. Porro Carmina aliqua de postremo Principum nostrorum congressu scripsisse te, accipio, cuius si exemplũ transmissum habere possem, feceris mihi rem gratam. In maioribus, si qua se daret occasio, gratificari tibi ex animo optarem. Vale, & me Principi tuo, ac tibiipsi commendatiorem facias habeasque. Ex Monasterio postridie Matthiæ Apostoli.

Informatio Iuris, pro parte Gerardi Occæ.

SVMMARIA.

1 *Sequestratione decreta per Ordinarium, possessio prædii litigiosi, pendente appellatione, auferri potest.*

2 *Fructus agri litigiosi apud sequestrum deponuntur, pẽdente appellatione.*

3 *Pendente appellatione, fructus sequestrantur, si de dilapidatione eorum timetur.*

4 *Dilapidari res dicantur, & fructus eorum, si conuertuntur in proprios vsus.*

5 *Necessitate intercedente, rigor iuris mitigatur.*

QVamuis pendente appellatione manus Iudicis, à quo prouocatum est, conclusæ vulgo dicantur, sic vt nihil renouare ei liceat: Sitque iure cautum, quod iudicato per appellationem suspenso, nullus temere possessione sua destituatur: Attamen in causa præsenti per supplicatorium Libellum ad Principem nostrum relata Appellanti parti possessionem prædii litigiosi, decreta sequestratione, anferri
1 posse, † dubium non habet. Tum quod causarum cognitiones in Camera Imperiali hoc tempore non habentur: tum etiam quod iure receptum est, si pendente appellatione fructus agri, de quo disceptatio est, per
2 possessorem † prima sententia victum, populari, cõstat æquum esse, rem apud sequestrum deponi, *per tex. in l. Imperatores, ad finem. ff. de appellat. Notat & gloss. in capitul. 2. de sequest. poss. & fruct. Bartolus Socin. in Reg. fall. sub 372. regula.*

Iam in hanc partem peccasse Viduam appellantem per Instrumentum Tabellionis constat quia clam excidit multas arbores glandiferas, quas partim auexit, partim in ipso prædio detruncatæ etiamnum videntur. Bartolus quoque in citata l. Imperatores, scribens, clare testatur, quod si saltem timetur de dilapidatione
3 fructuum, † pendente appellatione, sequestrabuntur. Præterea in confesso est, annuos prouentus prædii litigiosi per possidentem Viduam non reponi & conseruari, sed eos sibi vsurpare, & concoquere. Dicun-
4 tur autem dilapidari fructus, † si conuertat eos possessor in proprios vsus, *secundum Archid. in c. & quia res, 7. q. 2. & Ange. in l. rium. ff. de petit. hered.* Quanquam autem apud Iudicem appellatum petere huiusmodi sequestrationes vsitatum est, tamen, vt præsens est rerum status iustitiæ Cameræ Imperialis impeditus, probabiliter dicetur, per Ordinarium primę instantiæ hoc fieri posse, quemadmodum posset etiam per appellationem interpositam, nondum tamen Iudici appellato exhibitam, *vt notat Alex. in addit. ad Bar. in d. l. Imperatores, & in genere in cap. fi. de sequest. fruct.* nam & iuris alias est receptissimi, quod necessitate intercedente, iuris rigor in multis solet † mitigari, vt actus non fieri quo 5
est solenne, sed quo possent modo, peragãtur: in quem finem non inepte quadrant, quæ pulchre notat Lndo. Rom. in con. 410.

Saniori iudicio stent aut cadant omnia. Gerhardus à Wilfeldt, Legum Licentiatus, & Capituli Monasteriensis Aduocatus, subscripsit.

Deliberatio Facultatis Theologiæ Vniuersitatis Parisiensis in causa Cordigerorum siue Fratrum minorum Ciuitatis Aurelianensis.

DECANVS ET FACVLTAS THEOLOGIAE *Scholæ Parisiensis, æquissimis Iudicibus, super quodam negocio reditum animarum concernente, constitutis,*

S.

PEtiistis à nobis, æquissimi Iudices, vt pro ea, quæ in nobis est, fide, explicaremus: An credendum sit, quibusdam asserentibus, animam alicuius mulieris defunctæ illis apparuisse, & iam adiuratam ab iisdem, super suo statu aliquibus signis ab adiuratoribus præfixis significasse, se ob certa crimina esse damnatam. Nos autem piæ vestræ petitioni satisfacere cupientes, modo sequenti præfatæ quæstioni respondemos. Animas defunctorum diuinitus, seu diuina virtute, ordinatione & permissione interdum ad viuos redire, exploratum est. At vero non parua exigitur discretio spiritus ad discernendum, verus ne sit animarum reditus an fictus. Nec facile credendum est cuipiam asserenti, quod anima alicuius defuncti, aut defunctæ, redierit, vlli apparuerit, & adiurata ab eo, nonnulla dixerit, aut fecerit, cum certum sit, non esse in potestate animarũ hominum defunctorum redire, apparere, viuis respõdere, aut signa aliqua exhibere, nisi Deo specialiter & mirabiliter hoc ordinante & permittente: Sæpe etiam in huiusmodi negocio fraudem subesse contingit, & dolum. Quare priusquam fides tali reditui adhibeatur, habenda est diuina reuelatio, aut valde probabilia indicia seu argumenta, quod diuina virtute hæc vel illa anima redierit & apparuerit. Huiusmodi autem argumenta ex ipsis rerum circumstantiis prudenter ab his, quos spectat id discernere, colligi solent. Attendendum quoq; an talia in magnam cedant viuentium vtilitatem, an defunctorum, ne vana & subtili apparitione populo fideli illudatur, & falsorum miraculorum prætextu veris miraculis detrahatur. Proinde ignorantiam inuincibilem prætendere nemo potest, quod hæc vel illa anima diuina virtute ad vos redierit ex mortuis, vbi neque habetur diuina reuelatio, neq; valde apparent probabilia testimonia.

Curiosa præterea videtur ea quæstio, qua petitur, fuerit nec ne anima illa quædam signa exhibens, vel fertur magis damnata quam anima Iudæ. Nec indistincte peccatum heresis cum peccato Iudæ fuit conferendum.

Actum in nostra congregatione apud S. Maturinum, solenniter celebrata die 23. Ianuar. Anno Domini M. D. XXXIIII. more Parisiensium.

De Mandato D. Decani & sacræ facultatis Theologiæ.

Copia sententiæ contra Cordigeros Aurelianens.

CHristi nomine inuocato. Viso processu moto & pendente coram nobis inter nobilem virum Magistrum Franciscum de Sitz Menire Præpositum Aurelianensium; tam suo, quam N. Gardiani nobilem suorum & defunctæ Domicellæ Lodoicæ de Mareau, eius (dum viueret) vxoris liberorum aunis minorum: Nec non venerabilem virum, M. Ioannem Iamet, Procuratorem, à nobis & per nos in hac parte deputatum; Actores ex vna, & vos fratres Ioannem Coliment, Petrum Darras, Rulandum Bressin, Petrū Brossieo, Ioannem Multoris, Philippum Queromes, Stephanum Crochet, Guilhelmum Falleau, Nicolaum le Masies, Ioannem le Gaii, Ioannem Petit, & Petrum de Hellecort Prisionarios ex ordinatione nostra in diuersis carceribus actu detentos, aliosque religiosos Conuentus ordinis Sancti Francisci Aurelianen. Reos, partibus ex altera, commissione Reuerendissimi Dn. Antonii, miseratione diuina, & S. Anastasii Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Presbyteri Cardinalis, Archiepiscopi Senonen. Gallisrum & Germaniæ Primatis; Episcopi Albiensis, & Franciæ Cancellarii, sanctissimi Domini nostri Papæ, & sanctæ sedis Apostolicæ in regno Franciæ, & aliis Ciuitatibus earum, & dominiis Christianissimo Francorum Regi subiectis, de latere Legati; nobis in hac parte directa, informationibus contra vos factis, testium recolamentis & confrontationibus vestris, confessionibus voluntariis coram nobis emissis, testium nominatorum per vos dispositionibus, actorum conclusionibus, certa requisitione Scabinorum villæ & ciuitatis Aurelianensis. Quæ requisiuerunt informationes, confessiones, recolamenta, confrontationes, & omnia in præsenti materia acta & facta per nos sibi communicari, vt his visis, possent suas conclusiones, quales videntur faciendas, assumere sacræ Theologiæ Parisiensi. nonnullarum propositionum per te fratrem Petrum Darras, coram nobis in medio adductarum declaratione & modificatione, cæterisque visis & consideratis, quæ in hac parte consideranda & videnda erant. communicato nobiscum in copioso numero Iurisconsultorum consilio, per hanc nostram sententiam definitiuam, quam pro tribunali sedentes, & Deum solum præ oculis habentes, ferimus in his scriptis.

Dicimus præsentem processum & quæ in eo acta fuerunt, nō fore necesse dictis Scabinis ciuitatis Aurelianens. communicanda, & ius super principali faciendo. Quod solennis processio fiet secundum morem solitum; quo Processiones generales Ecclesiarū Parochialium Aureliaoensia ciuitatis fieri consueuerunt, quæ incipiet ab Ecclesia Aurelian. vsq; ad Ecclesiā Parochialem S. Hilarii Aurelian. cuius dicta Lodoica de Moreau viuens parochiana extabat, ibiq; Respōsorium, Libera me Domine, &c. pro defunctis dici & decantari solitū, decantabitur vna cum Oratione & Collecta pro salute & requie animæ dictæ defunctæ de Moreau. Quo facto à dicta ecclesia S. Hilarii, redibit eadem Processio ad præfatam Ecclesiam Aurelian. In qua Processione, vos fratres, Ioannes Coliment, Petre Darras, Rolande Bressin, Petre Brossirico, Ioan. Multoris, Philippe Queuouero, Stephane Crochet, Guilhelme Falleau, Ioannes le Gaii, & Petre de Hallecort, vestris capitiis ablatis & nudis capitibus & pedib. immediate ante crucem dictæ Ecclesiæ Aurelian. in dicta Processione deferendā, singuli tædam ardentem ponderis vnius libræ ceræ in manib. deferentes incedetis: Et post reditum à præfata Processione ad Ecclesiam præscriptam Aurelianen. missa, quæ pro defunctis dici consueuerit, pro anima præfatæ defunctæ Lodoicæ de Moreau eiusdem de Siz Memin, dum viueret, vxoris solenniter celebrabitur. Qua durante, fiet sermo in eadem Ecclesia, vel prope commodiore loco, habita ad populum per D. Theologum, super asserto reditu animæ defunctæ: nec non quod pro anima ipsius defunctæ, sicut pro anima cuiusque alterius Christiani orādum sit, ac aliorum ad rem pertinentium, declaratoria. In qua prædicatione, vos fratres, Ioan. Coliment, Petre Darras, Rolande Bressin, Stephane Crochet, Ioannes Multoris, Philippe Querouieo, Guilhelme Falleau, Iohannes le Graii, & Petre de Hallecort, in tabulato ibidem ad hoc erigendo aderitis & assistetis, similiter atque prædicatione, vos fratres, Ioannes Coliment, Petre Dorras, Petre Brossico, Rolande Bressin, Ioann. Multoris, Guilhelme Falleau, Philippe Queroueo, & Ioannes le Gaii emendam publicam facietis, qua Deo iustitiæ, & dicto Præposito Aurelianen. suisque liberis suppliciter, & genibus flexis veniam postulantes, alta voce singulariter & singulatim dicendo, quod male; inconsulte, indiscrete, & cōtra veritatem spiritum seu animam præfatæ Lodoicæ de Mareau rediisse, & signis quibusdam se propter hæreses Lutheranas & plures alias, ac propter delectationes, quas in vestimentis dicta Lodoica, viuens, habuerat: ac etiam propter pompam & gloriam mundanam, & à dicto Conuentu eius cadauer exhumari, extra locum sacrum poni, nec pro ea seu animæ suæ salute, seu requie ad Deum orationes effundi velle, necnon ex eo, quod eius cadauer in loco sacro sepultum erat, & preces pro eius anima effundebantur, magisque in inferno torquebatur ac cruciebatur. Quodque fratres & religiosos dicti Conuentus torqueret, nec ab ipsis torquendis desisteret, quoadusque est tactum ipsius defunctæ cadauer à prædicto loco exhumaretur, & quod eius anima erat magis damnata, quam anima Iudæ, quibusdam signis demonstrasse, declarasse scripsistis, asseruistis & publicastis. Cui emendæ tu frater Petre de Hallecort præsens interteris, ac tu frater Ioannes le Gaii solennem emendā certo die dominico, aut alio festo in exitu maioris Missæ parochialis de Marsolly de Vellette Aurelianen. facies. Et insuper vos Ioannes Coliment, Petrum Dorras, Petrum Brossido, Rolandum Bressin, Guilhelmū Falleau, Stephanum Crochet, Ioannem Multoris, Ioannem le Gaii, & Phllippum Querouones ad duos annos continuos in carceribus clausis tenendos. Et per vos supra dictos Darras, Brossido, Bressin, Falleau, Crochet, Multoris, le Gaii & Querons, quarta & sexta feriis in pane & aqua singulis hebdomadis prætactorum duorum annorum ieiunandum condemnamus vos, Ioannem Coliment, & cæteros signis nominatis perpetuo habiles ad quascunque administrationes vestri Ordinis declarantes. ordinantes quod tu Petre de Hallecort, virgis citra sanguinis effusionem in carcere afficieris. Nec nō vobis Nicolao le Masido, & Ioanni Petit, propter ætatis vestræ iuuentutem, ac reliquis religiosis Reis ex causa parcentes, & vt posteros timor pœnæ reuocet à malo, aliique vestro exemplo deterriti, ad similia pertimescant. Quod epitaphium aureum in Ecclesia vestri Conuentus Fratrum minorum Aurelianen. in loco commodiore per vos, aut commissos à deputando apponetur: In quo summarie series hu-

 hu-

iusmodi facti, & pœna à vobis in hac præsenti nostra sententia apposita, quodque pro anima Lodoicæ de Moreau, tanquam Christianæ, & quæ Christiana decessit, orandum sit, dicto epitaphio insculpetur & describetur. Vos Coliment, Darras Brossido, Bressin, Molitoris, Queromes, Crochet, Falleau, & le Gaii in expensas huiusmodi causæ, illarum taxatione nobis reseruata, condemnantes.

Lata fuit præscripta sententia definitiua in scriptis apud Barram sacræ Capellæ, inferioris regalis palatii Parisiensium per D. & M. Nicolanm Queliau, d. nostri Regis lo sua suprema Parlamenti Curia consiliarium, & Præsidentem Cameræ inqnestarum eiusdem curiæ Iudicem in hac parte delegatum, Anno Domini 1534. die Iouis, post Inuocauit, decima octaua mensis Feb. cum Reis Prisonariis in proprio in contumaciæ antorem. præseutibus ad hæc Dominis & Magistris Ioanne Bruneau iurium Doctore, Officiali Senonen. Petro Bagol io iure Licentiato, Aduocato in foro Ecclesiastico Parisien. Dionysio Cassin. Canonico, fratre Carolo Legendort religioso Monasterii S. Maturini, Falcoue de Cuzy Lugdunen. ex Aduocato Curiæ Parlamenti, Sebastiano Lallemeot Archiepiscopo de Penissoo Beluacen. diocœsisq́, cum copiosa multitudine aliorum assistentium.

In Vigilia Diui Ioannis Baptistæ, Aureliis publice executa est præscripta sententia, seu condemnatio, Anno Domini, M. D. XXXV.

Illustrissimis & Generosissimis Principibus & Dominis, D. Ludouico, & Philippo Iuniori, Illustrissimi Principis & Herois Philippi senioris filiis, Landtgrauiis Hessiæ, Comitibus in CatZenelnbogen, in Dietz, Zigenhein & Nida, &c. Dominis suis gratiosissimis, Iustinus Goblerus Sanctogoarinus, Iureconsultus, Ciuis Francofurtensis.

S. D. P.

Dedicatoria.

QVanquam nescius non sim, Illustrissimi Principes Ludouice & Philippe, Domini gratiosissimi, eum, qui hoc tempore aliquid in lucem vel scribendo vel vertendo edat, se multorum reprehensioni subiicere, cum tanta hodie ingeniorum sit non solum licentia, verum etiam temeritas & petulantia: ego tamen qualiacunque sint hæc iuris responsa, in specie omnino exigua quidem fateor, & tenuia, quæ nonnũquam, velut Flaccus ait, stans pede in vno, inter aulicos discursus & fatigationes quodam, ad interpellatorum postulationes in chartas conieci, prout res ipsa casuumque varietas sese offerebat: non enim semper ad libros desidere districto negociis aulicis homini, & materiam quasi fabulam perpetuo agenti conceditur vel permittitur. Hæc, inquam, responsa nostra, vt plurimum extemporanea, vobis, optimi Principes, dedicare volebam viuens, ne forsan me mortuo, mendosius atque incorrectius multo, vt plerunque fieri solet, quam nunc ederentur, aut prorsus, quæ quorundam inuidia, vel etiam malitia est, supprimerentur. Optabam certe aliis eruditioribus & tranquillioribus, hæc si displiceant, præstandi meliora plenioraque daram esse occasionem, in communem studiorum iuris profectum, & reipublicæ literariæ vtilitatem simul & trãquillitatem. Nec dubito, cum primam huius operis partem, pleraque grauissimorum & doctissimorum virorum consilia exhibenrem, Illustrissimo Principi Domino Wilhelmo Landtgrauio, fratri vestro nuncuparim, hanc alteram, licet grauiora & pauciora continentem, vobis optimi Principes, etiam non displicituram esse, cum quod memorabiles casus & varios complectitur, tum quod à me Goarina patria oriundo reuerenter & honorifice dedicatur. Etsi enim exiguũ, adeoque chartaceum munus est, & officium humile quod offertur, tamen non etiam illa quæ parua existũt exasperanda sunt: est enim & sua nonnunquam exiguis rebus virtus & gratia, iuxta Poetam dicentem: *Maior in exiguo regnabat corpore virtus.* Bene valete, Optimi Principes, & hæc benigniori fronte quæso suscipite, in pignus meæ erga vos reuerentiæ atque obseruantiæ, donec maiora, vobisque digniora, & magis placitura quandoque parturire liceat. Datum Francofurti ad Mœnum, Calendis Ianuarii, Anno Domini 1565.

AD CANDIDVM LECTOREM IVSTINVS Goblerus Goarinus, Iurium Doctor.

HOS casus varios, varia hæc responsaq́, iuris
Iam tibi prono animo, Lector amice, damus.
Paucula nostrorum sunt hæc fragmenta laborum,
An tali forsan sint placitura modo.
Non speciosa quidem, minus & speciosa videntur,
Ex ipso cum sint tempore fusa pridem.

Informatio Iuris, de & super excusatione munerum, seu Magistratus gerendi ad supplicationem honesti viri Ioannis Heintzen oppidani N.

DVrchleuchtiget/ Hochgeborner Fürst/ Gnediger Herr/ Ewwer F. Gnad sey mein vnderthenig schuldig dienst zuvor/ Es hat der Ehrsame Hans Heintz/ Bürger vnd Einwohner zu N. nun in vnnd vber die dreissig vnd lenger Jahr/ daselbs zu N. Rath vnnd Burgermeister Ampt/ vnd dasselbige nicht mit vnwillen oder vngern dem patriæ/ Heimuth vnd Vatterlande zu dienst/ nutz vnd gutem getragen/ wiewol es mit seinem grossen Schaden/ vnnd jhn vber hundert Goltgülden vernachtheilt hat/ vnd er nun auch mit vielen Kindern vberfallen/ beharret gleichwol in aufferlegtem Ampte vnnd Befelch/ damit er dem patriæ vnnd Heymut nicht abstehend geacht werde/ jedoch vber sein macht vñ vermögen/ wo er nicht weiter betten/ ger/ vnd seiner verschonet würde/ Nuhn seind aber willens jhnen vber das auch die Schöffen in jhren Stul vnd Orden zu ziehen/ seind an seiner Gedult vnnd Last nicht begnüget noch ersettiget/ wöllen jhn zu einẽ Schöffen machen/ in welchem er fast hoch beschwert vnd beladen würdt/ welches er von wegen seiner vielen Kinder/ vnnd daß solch Schöffen Ampt köstlich zu tragen/ sich verweigert/ vnnd besorget jedoch darzu von den andern gekoren vnnd gedrungen zu werden/ Derwegen so ist an Ewwer Fürstlich Gnad sein gantz vnderthenige bitt/ dieselb E. F. G. wölle sein gelegenheit/ alter vñ vnuermögen auch die vielheit seiner Kinder gnediglich behertzigen/ bedencken vnnd ansehen/ auch die gnedige verschaffung thun/ daß er mit solchem Schöffen Ampt vnnd last verschonet bleiben möge/ wie er sich solchs zu E. F. G. auß erzelten vrsachen gentzlich thut getrösten vnd versehen/ Ist es vmb E. F. G. hinwider in vnderthenigkeit zuuerdienen stets willig vnd geneigt.

SVMMARIA.

1 *Munera ciuilia sunt triplicia.*

2 *Vacationis & excusationis munerum rationes & fundamenta quadam recensentur.*

Diuino

Diuino auxilio, Christique nomine suppliciter inuocato, Amen. Cum itaque triplex munerum
1 ciuilium † diuisio sit: sunt etenim personalia, patrimonialia, & mixta, ac nouissima duo membra rarissime in excusationem veniant personalia tamen variis ex cau-
2 sis, & plerunq; vel ob ætatem, vel paupertatem, † vel liberorum numerum, aliisque modis vacationem suspiciunt. Fundamentum autem controuersiæ contra supplicantem motæ ex personali munere, quæ solum animi prouisione constant, sine sumptu singulis indicuntur, ortum habet: quorum iam diu alterum, nondum natis sibi tot liberis, gessit, & gerit hodie, Alterum tanquam indebitum, quod filios & filias septem viuentes modo sustineat, videtur legitime recusare, cum *l. vlt. C. lib. 10. de his qui numero liberorum, &c. vaca. mu. merentur*, iubeat eum, qui quinq; liberos cuiuscunque sexus habeat, excusari: idem etiam *l. nepotes. eod. tit.*

Alterum excusationis fundamentum est, quod personalia munera duntaxat animi prouisione, & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, vt ait *l. munerum. ff. de muneribus & honor. & eod. titul. l. 1. §. illud tenendum.* Quibus legibus palam est, nihil à conquerente exigi posse, etiamsi prærogatiua quinque liberorum non adiuuetur. Porro iudicandi officium quale hinc inicitur, inter personalia munera censeri ipsa lex munerum *tit. præfato.* testatur. §. eiusdem dicente: *Iudicandi quoque necessitas inter personalia munera habetur.* Quod si è diuerso obiectum fuerit, iamdudum post electionem sui ad iudicium Iohannem iusiurandum pro more præstitisse, tum quoque duplici ratione tutus erit: vna, quod sacramento solo consensus eius ad hoc factum confirmari non potuerit, nisi iudicandi quoque officium actu fuerit secutum, aut semel saltem iudicium exercuerit. *ff. de vac. & execu. mu. l. prætor. §. si post actam causam, &c.* Modo ne minimo quidem actui iudiciorum eius loci interfuit, nec voluit, cum iure excusabilis esset, iudicandi munus exercere. Ex alia parte liberat eum Præfecti N. apposita conditio, cuius persuasu, quod is cum cæteris suis collegis impensis & largitionibus, quæ ex consuetudine quadam percipiuntur, præter vnicum duntaxat conuiuium renunciauerunt, iusiurandum subiit, in numerum Scabinorum tunc accessurus, si conditio illa seruata ei atque integra fuisset. Præterea haud aliter quam expressa & adiecta huiusmodi conditione iurauit, quæ defensio sola etiam cæteris cadentibus, abunde Ioannem N. excusat, & à iudicandi officio immunem reddit. *ff. de iure immun. l. 2.* cuius verba hæc sunt: *Hi qui certa conditione, munerib. vel honoribus se astrinxerunt, cum alias compelli nō possint inuiti suscipere istum honorem fides eis seruanda est.* Ergo concludo ego Iustinus Goblerus Goarinus Doctor, Consiliarius & Iudex Curiæ Ducalis Mundensis, &c. iuris esse, vt supradictum est: saluo meliori cuiuscunque iudicio.

INFORMATIO IVRIS PRO Illustriss. Principe, Duce Erico, **wider die von Landtsberg.**

ARGVMENTVM.

Casus & facti species est, quod contractus mutui etiam iuramento firmatus, sit vsurarius, & de iure non subsistat.

SVMMARIA.

1 *Pactum iuratum.*
2 *Contractus empta pensionis, cum pacto reuenditionis.*
3 *Consuetudo bona interpres.*
4 *A verbis contractus nequaquam recedendum est.*
5 *Iuramentum non firmat contractum vsurarium.*
6 *Exceptio doli illicitis contractibus obstat.*
7 *Interesse perceptum vltra sortem principalem restitui debet.*
8 *Omnis actio 20. annorum spacio præscribitur.*

CASVS.

Es haben in verschienen langen Jahren / etwan Hertzogen Wilhelmen hochlöblicher gedächtniß / vnsers G. H. Hertzogen Erichs Großvatter / die von Landtsberg vierdthalbhundert Gülden vorgestrecket / welche jre F. G. entpfangen / vnd sich verschrieben / solche summa Gülden in einem halben Jahr / als auff die nähst zukünfftig Ostern widerumb zuentrichten / vnd nach Wochenzahl / auff jede zehen Gülden / einen Gülden zugeben / das in der Summa deß Jahrs 35. Gülden thun wöllen / darvor so hat Hochgedachter Fürst dz Schloß Calenberg / welches andern vom Adel mit einem bedinge / was sie daran haben / vnnd wider thun sollen / versetzt gewest / vor solche Sum̃a Gülden auch verpfändet / wie dann solches der erste Brieff auff den Calenberg haltend / dasselbig nach der lenge mit sich bringt / darinn Hertzog Wilhelm nicht allein alle Artickel desselbigen Contractbrieffs / vor sich vnnd seine Erben stete vnnd fest zu halten bewilliget / sondern auch mit auff-
gereckten † Fingern das zu Gott vnd den Heiligen ge- 1
schworen / deßgleichen hernach zu bekräfftigung Hertzog Wilhelm vnnd Hertzog Friderich seine Söhne auch verbrieffen vnd versichern müssen. Zum andern so hat hochgedachter Fürst Hertzog Wilhelm / der Alte / im selbigen Jahr vnd Tag / den von Landtsberg auff die obgemeldet vierdhalbhundert Güldē ein andere verschreibung gethan / darin zu befinden / daß im fall da Hertzog Wilhelm / vermöge der ersten Verschreibung / die vierdhalbhundert Gülden auff die nähste Paschen nicht bezahlen würde / alßdann den von Landtsberg das Hauß Rheburg vor solche vierdhalb hundert fl. vñ auffgelauffene Zinß in aller massen / wie die erste verschreibung vnd Hauptbrieff vber solche Summ Gülden halten thut / ingesetzt seyn / vnd in verwarung habē sollen / denen oder jhren Erben Hertzog Wilhelm alle Jahr auff die vierdthalbhundert Gülden / 35. Gülden Zinß geben wöllen / wie nach der lenge deß andern Brieffs vber die Rheburg haltende / verschrieben vnnd zugesagt. Nun haben die von Landtsberg vor solche Summ Gülden das Hauß Rheburg eingehabt vnd genutzt / Als aber dieser jetzige Regierende Fürst / Hertzog Erich ankommen / vnd biß an die 30. vnd lenger Jahre im Regiment gewest / seind jhrer F. G. solche verschreibung nicht angezeigt / viel weniger vmb einigen Zinß angelangt worden. Nachdem dann nun vorhanden / daß seine F. G. die Rheburg gedenckt von denen zu Landsberg zu lösen / so kommen erst diese beyde Verschreibungē herfür: Vnd ist die Frage / ob sein F. G. auß krafft derselbigen die Hauptsumm vnd auffgelauffene Zinß in ablösung deß Hauses Rheburg zu bezahlen schuldig / oder was darinnen recht sey. Darauff ist im Namen Gottes zu antworten / daß Hertzog Erich der jetzige Landts- vnd Regierende Fürst / in ablösung deß Hauses Rheburg / auß krafft solcher ver-

meinten verschreibung / keinen Zinß zu bezahlen schul-
dig ist. Dann ob wol im Rechten nachgelassen / daß man
mit baarem Gelde Zinß machen kan / das ist aber in sei-
nem fall zu verstehen / als wann einer mit Gelde auff ei-
nem liegenden Gut eins rechten redlichen Contra.es
2 † Zinse zu sich kaufft / *prout satis apert. habetur in extrava-
*gante Martini Papæ V. de constr. contract. cum conditione re-
luend vnnd solcher Zinßkauff muß auch ohn allen ver-
dacht vmb eine zimbliche Summ Gülden Hauptgelds
zu kommen / also daß auffs 100. zum Jahr nicht mehr
dann 5. oder 6. Gülden gegeben / wie dann allenthalben
im Reich vnd Fürstenthumb deß ein bestendiger gebrauch
3 vnd vbung ist. Quæ vtique consuetudo † præallegatæ
constitutionis Martini V. bona interpres est, *c. dilectus,*
de consi. & l. de interpretatione. ff. de leg. Wann man aber
nun inn diesem vermeinten Contractsbrieff der vber-
schickten Copeyen eigentlich befindt / daß es mit den von
Landisberg ein ander meinung hat / welche bey Fürst
Wilhelm kein Zinß erkaufft / sondern mit hellen außge-
truckten Worten steht / daß die von Landisberg / Hertzog
Wilhelmen vierdthalb hundert Gülden geliehen / dar-
gegē Hertzog Wilhelm widerumb verpflicht auffs hun-
dert / zehen / also Jährlich 35. Gülden zu geben / so kan
auch solcher Contract auff keinen Zinßkauff gedeutet
werden / dieweil in Warheit kein Wort darin gefunden /
daß die von Landisberg bey Hertzog Wilhelm selig /
Zinß erkaufft / sondern es ist der Contract zu teuffen /
gleich wie die hellen Wort geben / vnnd mitbringen / vt
puta contractus mutui sub vsuris initos, à quibus vel-
4 que verbis contractus, † nequaquam recedendum est;
c. ad audientiam, de decimis, c. si. de verb. sig. & l. ille, aut ille §.
cum in verbis, ff. de leg. 3. & l. 1. §. si in. ff. de exercito. act. Huc
namque inter contrahentes actum esse videtur, quod
ex verbis colligitur, & partes voluntatem contrahen-
di habere præsumuntur, prout verba sonant, *l. Labeo. §.*
idem Tubero ff. de suppell. leg. & ideo à verbis contractoum
non est recedendum, *l. si quis stipulatus sit Stichum, de*
verb. obl. Nachdem dann klare Wort in dem Contract
stehen / daß die von Landisberg Hertzog Wilhelmen
vierdthalb hundert Gülden geliehen / so muß es auch
mutuum seyn vnd bleiben / vnd dasselb auß den Worten
vnd Formen deß Contracts offentlich erscheint / verba
enim contractus sunt forma contractus, quæ forma
dat esse rei, *Bald in l. quotiens, 2. col C. de suis & legit. hered.*
Daß aber ein solcher Contract Wucher sey / ist einem je-
den Verständigen leichtlich abzunehmen / dann wann
einer auff geliehen Geldt eins Pfennings werth nehme /
oder sich verschreiben ließ / so were es dennoch Wucher /
wil geschweigen / wo ein solcher vbermässiger Wucher
auff geliehen Geldt verheissen vnd verschrieben würde /
quicquid enim accedit sorti principali, est vsura, etiam
quantumcunque minimum, *c. plerique, & c. seq. 14 q. 3.*
gl. est celebris in l. rogasti. §. si tibi, in verbo, condict. l. si. ff. si cert.
pet. In hanc sententiam accurrit diuina veritas Euan-
gelii, Luc. 8. Mutuum dantes, & inde nihil sperantes.
Auß dem allen vnwidersprechlich erfolgt / daß ein sol-
cher Contract im Rechten nichtig vnd verbotten / cum
vsuræ omni iure sint prohibitæ, veteri Testamento, *vt*
Ezech. c. 18. denuo cap. 23. ibi. Ne fœneraberis fratri tuo ad vsu-
ram mutuam pecuniam. Idem nouo Testamento *præalleg.*
Euangelio Dei veræ veritatis, iure Canonico, *cap. quia in*
omni de vsuris. & per totum titul. Idem de iure ciuili, *Au-*
then. ad hæc, C. de vsur. & ibi Bartol. qui dicit, quod ne-
gari non possit, quod vsuræ de iure ciuili prohibitæ
sint.

Im fall aber daß von den von Landisberg wolt an-
gezogen werden / daß solcher Contract vnnd Verpflich-
tung der vermeinten Zinß durch Hertzog Wilhelm vnd
seine jungen Herrn / alle diese Regierenden Fürsten El-
tern vnnd vorfahrende / durch einen Leiblichen Eydt be-
stettigt / vnd also auß Krafft deß geschwornē Eyd stand-
hafftig seyn solt / vnd die von Landtsberg im Rechten zu
fordern / vnnd Hertzog Erich zu bezahlen schuldig were /
Darauff ist zu antworten / nachdem dieser Wucherische
Contract in allen Rechten verbotten / wie zuuor klar an
Tag gegeben / vnd wider Gott / Recht / vnnd Ehr ist / so
wirdt ein solcher nichtiger böser Contract / durch keinen
Eydt bestettigt / iuramentum † enim quod est contra 5
bonos mores, Deum, & proximum, non est obligato-
rium, nec firmat rem de qua agitur, *c. vbi, de Elect. & c.*
quia sæpe, de rebus eccle. non alien. & l. non dubium, C. de legib.
quia quæ contra bonos mores sunt, sunt quasi impos-
sibilia, *l. filius ff. de cond. inst. & l. Et. eod. titul.* Sed impos-
sibilium nulla est obligatio, *c. nemo, de reg. iur. in 6. & in*
l. impossibilium, ff. eod. tit. Hæc maxime vera sunt, quoad
illos de Landsberg, quia absque peccato contra legem
diuinam & humanam huiusmodi satis illicito contra-
ctu niti videntur, multo minus prohibitas vsuras ra-
tione præstiti iuramenti poscere siue extorquere pos-
sunt, cum iure apertissimo cautum sit, iuramentum
vinculum iniquitatis esse non debere, *Authen. sane non*
solum si fideiuss. præst statim post princ. imo casu quo huius-
modi immensæ vsuræ vi iuramenti extortæ & solutæ
forte forent; tamen ad earundem vsurarū restitutio-
nem Landsburgici tenerentur, *c. debitores, de iureiu.* Per-
inde est, quod eisdem de Landsberg ex huiusmodi il-
licitis contractib. vsuras petentibus iure scripto satis
obstat exceptio doli, † quia exceptione vti Dux Ericus 6
potest, *l. 1. §. eleganter, ff. de excep. doli. & d. c. debitores, de iu-*
reiu. ibi DD. cum simil. Et tantum, quoad illicitum con-
tractum vsurarum, & non debitis vsuris. Dieweil dann
nun zum andern in solchem Contract / vnnd gestelltem
Bericht zu befinden / daß denē von Landsberg dz Hauß
Rheburg verpfändt / vnd dasselbig nach ihrem gefallen
genutzt / so seyndt die von Landtsberg in ablösung vnnd
bezahlung der vierdthalbhundert Gülden nit allein das
Hauß mit seiner zugehörung ihrer F. G. sondern auch
allweg genommene Nutzung widerumb folgē zu lassen /
vnd an der Hauptsumm zu verkürtzen oder abzurechnen
schuldig / alles von rechts wegen. Primum probatur &
notatur *in l. qui pignori ff. de pig. & l. quamdiu, C. de distrah.*
pig. & l. 1. C. de pignoribus. Daß aber die von Landisberg
die Nutzung / so sie die lange Jahre herauß von dē Hauß
empfangen / gegen der Hauptsummen abschlagen vnd
abbrechen müssen / notatur *in c. illos, & c. conquestus, de pig.*
& in l. 2. C. de distract. pig. vbi ipso iure debitū principale
ex perceptione fructuum attenuatur. *& l. 1. & 2. de pig. act.*
Et casu, quo fructus pignoris summam capitalem 30.
& 35. flor. non diminuerent, & superflui non restitue-
rentur, contractus vsurarios & illicitus censetur, *vt est*
tex. in c. ad nostram, de empt. & vend. Sed vsura est † omni 7
iure prohibita, vt supra satis ostensum est, & interesse
(die auffgehabene Nutzung vber die Hauptsumm) per-
ceptum, vltra sorte principalem, restitui debet, *c. quia*
in omnib. & c. super de vsur. & l. cum allegas, & in auth. ad
hæc, C. de vsur. ibi gloss. & DD. Vber das alles / dieweil die
Hauptsumm der vierdthalb hundert Gülden fast in ei-
nem halben Jare haben sollen auffkommen / wie in dem
ersten Brieff auff den Calenberg verschrieben / zu befin-
den / vnd aber die von Landtsberg nicht ingemahnt / viel
weniger bey zeiten dieser jetzigen Regierenden Fürsten
derhalben besprochen / sondern ihren F. G. solche wuche-
rische

rische vnnd vnbillige Verschreibung verhalten / weder vmb Hauptsumme noch vermeinte Zinß forderung gethan / so haben sich die von Landesberg ohn deß / alles daran gesäumpt / also / daß jnen jre zuspruch in allwege
8 verjähret vnd præscribiert ist. Omnis enim † actio, siue personalis, siue realis, siue ciuilis, siue prætoria, tanto tempore, puta 20. annorum præscribitur, *per l. sicut, & l. omnes, & l. cum notissimi, C. de prascript. 30. vel 40. anno. & l. 2. C. de const. pec. cum similibus.*

Ita in præmisso casu consulendum & iudicandum fore sentio ego Iustinus Goblerus Goarinus, I. V. Doctor, vniuscuiusq; iudicio, melius sentientis, saluo, quod protestor manus propria subscriptione.

INFORMATIO SVCCINCTA IN causa & controuersia seruitutis luminum, seu non officiendi luminibus pro domino Bartholomao Wincklero, Actore contra D. Andream Althenum Reum.

ARGVMENTVM.

Casus & facti species, adeoq; thema & argumentum est, de obstructo, obscurato, impedito, vel intercepto lumine, Seu de seruitute luminis altius non tollendi.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo & prascriptio sunt duo modi seruitutis constituenda.*

2 *Seruitus luminis altius non tollendi hoc in casu iuste acquisita.*

CASVS.

IESV Christi Saluatoris nostri auxilio humiliter implorato. Dominus Andreas Althe. fundum habet, seu vrbanum prædium, vnde vicini Actoris ædibus lumen per fenestras infunditur: Lumen autem neq; obscuratum, neq; impeditum, vel interceptum fuit nouis ædificiis, sed liber ex illis supra & infra hominum memoriam prospectus in Andreæ fundũ, scientis quidem atque tolerantis: Is inuidia, seu luminis quæstu ductus ædificium nuper extulit nouum, altius quam decuit, & magna ex parte vicini D. Bartol. Actoris domum obscurauit, dom. Andreas Althen. Reus, contra sibi licuisse in fundo suo ædificare contendit, ratione dominii. Actor Bartol. è diuerso demoliendum nouum opus, pristinumque sibi restituendum lumen asserit, quod quidem patientia scientiaq; D. Andreæ & prædecessorum antiquorum illius prædii dominorum ædibus suis concessum fuit, terque quaterque præscriptum. Testimonium D. Barthol. Actori ferunt, primo vicinorum reliquorum domus in orbem circum Andreæ Rei prædium positæ, quibus domibus hodie eadem debetur & præstatur seruitus. Deinde argumenta sunt D. Andreæ A. Rei tuguria, vix pedes duodecim à terra surgentia, & priusquam ad vicinorum fenestras perueniant, desinentia. Lex vero demum indicat, videlicet, qui vicinorum luminib. officere, aliudve quid facere contra commodum eorum vellet, sciat se formam ac statum antiquorum ædificiorum custodire debere. Quantum vero præsens structura domini Andreæ Rei antiquam superet, Iudices ipsi, cum in præsentia essent, perspexerunt. Quod si forte rursus allegauerit D. Andr. Reus, seruitutes huiusmodi sine titulo non præscribi, lex in promptu est illi respondens, *C. in fin. de long. tempo. præscript.* Item *l. 2. C. de seruitutibus,* quæ ait, *Si aquam per possessionem Martialis, eo sciente duxisti, seruitutem exemplo rerum immobilium quæsisti:* Si neque his quoque satiatus esse velit, dico vicinos diutius in huiusmodi seruitutis, quam D. And. Reum inseruientis prædii possessione fuisse: ne quoquam modo se à præscriptione valeat explicare, aut cauillari possit, satis diuturnam seruitutem quæstionis non fuisse.

Porro si dicat modo, seruitutes sine pactione, & promissione expressa domini seruientis prædii non constitui. Respondeo, inter cæteros seruitutum constituendarum, seu acquirendarum modo, duos etiam esse, per quos sine pactionibus, stipulationibus, Testamentis, aut contractibus seruitutes constituantur: consuetudine † scilicet & præscriptione. Quod ita in- 1
telligi debet, vt si quis seruitute aliqua causam continuam habente, veluti luminum aut simili, vsus sit longo tempore, sciente & tacente Domino, & ex solo tempore nitatur, dicitur seruitutem illam per solam nudam longam consuetudinem, etiam sine titulo acquisiuisse & præscripsisse, *vt l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. Item l. si quã diuturno. ff. si seruitus vendicetur, & l. si quemadmodum seruitus amittatur.*

Concluditur itaque pro domino Bartho. Winckleio, Actore, seruitutem † luminum, seu altius non 2
tollendi, ne luminibus officiatur, tum patientia, vsuq; diuturno, & cuius contrarii memoria hominum non existit, tum hoc maxime exemplo quod nullum ex vetustioribus Domini Andreæ Althemi Rei ædificiis fenestras vicinorum superat: neque hoc quod ante præsens nouum opus steterat, ad fenestras domini Actoris accessit, iuste & legitime acquisitam fuisse, Andreamque Althemum Reum, ad opus, quoad vicini lumini officit, demoliendum cogi debere, vel eius nomine præstandum, quantum dominus Bartholomæus Actor in litem iurauerit.

Quod ita mihi, vt supra scriptum est, iuri consonum videtur: itaq; subscripsi, & annulo meo signatorio consueto signaui, ego Iustinus Goblerus Goarinus, iuris Doctor, & illustrissimi Principis ac Domini, Dn. Erici senioris Ducis Brunsuicensis, & Lunæburgensis Consiliarius, iudiciiq; Curiæ eiusdem Iudex, &c. alterius tamen sententia & iudicio semper saluo, doctoris nimirum, & melius iudicantis.

BREVIS ET SVCCINCTA informatio damni passi.

SVMMARIA.

1 *Aqua & putredo sterquilinii vicini murum & cellam lædit.*

2 *Nemini licet quidquam in suo facere, per quod vicinus damnum patiatur.*

CASVS ET ARGVMENTVM SEV THEMA SIC HABET.

ADamus Vel pp. Actor conqueritur, ex sterquilinio Petri sutoris vicini sui, murum lædi, & ex eo sterquilinio aquã † & putredinem in cellã suam ceru- 1
isiariam influi seu immitti, eamq; cellã ob id inutilem factam, & fieri indies magis atq; magis. Breuis quidem hæc est & succincta contra Petrũ sutorem vicinum decisio ex iure, vt infra patebit. Ait enim lex, In suo alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat, *l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruitus vendicetur.* Itẽ lex alia, inquiens,

iam non respõdit, licet causas iurib. cõprobatas dederit, quare omnino exhibita p Reum fuerint & hodie sint irreleuantia, est.n.enucleati iuris, quãdo agitur iudicio restitutorio, prout in casu q̃stionis, q̃ non debeat Iudex admittere ꝓbationes super dominio, vel super alio quam possessorio, & si aliter fecerit, male & inique aget, & est locus appellationi, *iuxta refulgentẽ doctrinam copiosi Doctoris Philippi Franci de Perusio in c.ad decimas, li.6. in fin.col.* Et ideo, vt ex supra allegatis & infra deducendis constat, non possunt de iure Iudex & pares Curiæ ante factam restitutionem super petitorio rei cognoscere. Sic per summa iurium lumina sparsim in diuersis locis secundum veram & magis communem opinionem in consulendo conclusum generaliter comperio. Ratio horum hæc est, quia quando intentatur
30 remedium † possessorium (quemadmodum in præsenti controuersia) ad recuperandam possessionem, non potest opponi exceptio dominii (prout facit Reus) quemadmodum not. Bart. *per illum tex. in d.l.si colonis, C. de agric. & censit.* & idem voluit Io. Andr. & Imol. *in c.post electionem, circ.fi.de concess.preben.* Innoc. *in c. sæpe, de restit. spol.* vbi Anton. de Bur. *in vlt. col.* specialiter dicit, quod quando intentatur remedium *c. integranda*, de quo in proposito agitur, exceptio dominii reiiciatur, sicut quando intentatur interdictum, vnde vi, *vt refert & prosequitur Alex. Imol. in l.naturaliter. §.nihil commune, in 4. charta, ff. de acquir.poss.* Si ergo Conradus Reus exceptione dominii non defenditur, quo minus cogatur restituere possessionem, minus vtique debet iuuari & defendi, allegandu se habere titulum, quia id non consideratur, cum in ista quæstione nunc agatur de sola possessione, quam Nicolaus N. articulat & probare intendit, se prius habuisse, & absque facto suo cecidisse, eademque per Reum violenter spoliatum esse. Quam opinionem etiam tanquam veriorem sequitur d. Alex. Imol. post Lud. Ro. *in l.rem quæ nobis. ff. de acqu.poss.* ac refert ibi *in 5.col.* quod sæpenumero viderit ita in iudiciis decerni & iudicari. *Idem sequitur Alex. in consil. 127. incip. Viso processu, lib 2. & in consil. 6. circa processum, col. 6. lib. 3. & consi. 91. incip. in causa & lite. col. fin. lib. 5.*

Ratio autem rationis prædictorum omnium est,
31 quod multa sint concessa † in priuilegium remediis possessoriis, quæ non sunt concessa in petitoriis. Videmus etenim quod interdum facilius alicui contra aliquem detur possessorium, cui non possit competere nec dari petitorium, *vt declarat Bart. in l.rem alienam ff. de pignorat. act. in 3. colum. in verb. item contra prædicta oppono.* Ideo bene dixit Caius Iurisconſ. *in l. is qui destinauit. ff. de rei vend.* Quod qui vult rem petere, debeat
32 prius † animaduertere, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem rei. Porro haud diligenter aduertendum est, quod omnia fundamenta pro parte Rei probata ac friuole nulliterque hac vice opposita, existant de his quæ altiorem subtilitatem atq; iuris indaginem exposcunt, ideo examẽ atq; discussio eorum in iudicio petitorio iure reseruabitur. Nihilominus tenetur Reus respondere articulato libello Actoris, ad quod quidem via iuris cogendus est, & si qui articuli Actoris per Reum negati fuerint, ad probandum eos admittatur Actor, in contrarium allegatis non obstantibus.

Sic in puncto iuris sentiendum dico & arbitror ego Iustinus Goblerus Goarinus, Iuris Doctor, Illustrissimi Principis D. Erici iunioris Ducis Brunsuicensis, & Lunæburgens. Consiliarius, ac Iudex Curiæ eiusdẽ Mundensis, &c. saluo semper cuiuscunq; meliori iudicio.

INSTRVCTIO IVRIS, IN causa heredum domini Conradi Pflug, Decani in Cassellis, videlicet vertente inter Hermannum Pflug, ciuem ibidem, Actorem, ex vna, & Margaretam Schneiders / *eiusque filium Vuernerum, Reos, altera partibus. Et rursus pro secundo, ratione hereditatis prouenientis à Ioanne Pflug & Elizabetha coniugibus, & dicto Hermanno Pflug, Gertrude Pflug, & Elizabetha, & Anna Vualdensteins, Agentibus contra dictam Margaretam* Schneiders / *eiusque filium præfatum Vuernerum Reos, &c.*

CASVS.

Es hat sich der Fall begeben / daß der gemeldet Herr Conrad Pflug / etwann Dechant zu S. Martin binnen Cassel / mit der gemeldten Margarethen Schneiders einen Sohn / Werner genannt / gezielt / welchen der Dechant darnach geheliget haben sol / vnnd derwegen beyde die Mutter vnd Sohne sein Herrn Dechants Erbe vnd nachgelassen Haabe vnnd Güter an sich ziehen wöllen / Dem zu wider sich die obgemeldten Kläger darstellẽ als Erben gemeldtes Herrn Dechants ab intestato, sprechende / Daß kein Pfaff / Diacon vnd Subdiacon sollen Eheliche Weiber nehmen / noch derselbigẽ Kinder die Güter folgen / etc. Sonderlich auch daß gemeldter Werner der Margarethen Schneiders Sohn / solte mögen deß vorgenanntes Dechants seligen Erbe seyn / so hat er im Gerichtlichẽ Proceß / vnter andern in seinẽ Peremptorial Artickel gesetzt / Ober (Wernerus) wol nicht in stehender Ehe erzeugt / so sol er doch durch die folgende Ehe habilitirt vnd legitimirt seyn / vnnd zeucht deß vor sich an bewerte Rechte / dann in *c.tanta, qui filii sunt legit.* spricht der Text: Tanta est vis matrimonii, vt qui ante sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. Solchs findet man auch in Weltlichen Rechten / als nemlich *l.cum quis. C. de natur. liber. & instit. de hered. quæ ab intestato deferunt. §. nec non eos & §. intestatorum autem.* Darneben sagt die Glossa / daß etliche halten jhre Concubinen / daß sie zuuor versuchen / ob sie auch auß jhnen Kinder erziehlen möchten / darnach entweder behalten sie sie / oder verlassen sie / Vnnd ob schon möchte gesagt werden / der gemeldt Dechant heite seine Dirne versuchend den Wernerum erweckt / aber folgend in stehender Ehe keine Eheliche Kinder bekommen / etc. Solchs vorgeben thut dem vorigen keinen abbruch noch hinderung / quia per sequens matrimonium filii nati ex concubina legitimantur, etiamsi ex eo matrimonio nullus postea nascatur, vel natus viuens non reperiatur tempore mortis patris, *l. nuper, C. de naturalibus liberis.* Ad filiorum autem legitimationem sunt quinque species, vtpote, quidam sunt filii naturales & legitimi, vt illi qui nati sunt ex legitimo matrimonio: quidam vero legitimi tantum, in quibus natura nihil operata est, velut adoptati vel arrogati: quidam sunt naturales tantum, vt nati ex concubina, sicuti in casu nostro forsan prætenditur. Alii sunt qui spurii appellantur, qui vulgo concepti, natiue sunt ex muliere publica, & patre incerto. Alii nascuntur ex aliena vxore, & adulterio, vel monacho, vel presbytero, & hi damnati coitus filii appellantur. Qui casus etiam accurrit ad propositum, vtpote ex presbytero. Sed si de successione dicitur,

citur, nulli dubium erit, quin primi, scilicet naturales & legitimi, omnibus aliis in successiooe præferantur. Quaprupter de hac etiam secunda specie nihil ad propotiium. De tertia vero specie, scilicet de filio naturali, disputatio nostra erit, iam per matrimonium legitimato. Ille enim eo modo succederet, ac si à principio natui fuisset naturalis & legitimus, *vt in Authentica, quibus modis natur, efficiant. legit per totum.* Hic mulieris matris vita & conuersatio cumprimis expendenda est: vtrum filius sit naturalis tantum, tria principaliter requiruntur: primo, quod sit natus ex tali muliere, cum qua potuerit esse matrimooium tunc temporis com ipsu parte, *vt in authen. de incæst. nupt. §. dubitatum.* Quod si ergo huius mulieris maritus vixisset illu tempore, quo hunc W eroerum filium dominus Decanus procreasset, non vtiq; esset filius naturalis, quod eo tempore matrimonium subsistere ooo potuisset, quinimo dominus Decanus non potuisset illam in matrimonium ducere salua coosciencia, *vt putatur, per totum titulum, de eo qui duxit in vxorem eam, quam prius polluit per adulterium.* Cæterum quod mulier fuerit vnica solaq; in domo retenta affectione concubinæ, ad quam & alii accedere potuissent. Quocirca, si W ernetus per prætensum subsequens matrimonium habilitari ac legitimari velit, oportebit eum modos illos legitimandi obseruare, videlicet, quibus filii oaturales efficiuntur legitimi, cum spurii à successione paterna repellantur, *vt in dicta authent quib. mod. nat eff. sui § fina.* Et quidem alii spurii ex damnato coitu (inter quos numeratur natus ex presbytero) ne matri etiam succedont, quia secundum ius ciuile tales spurii non sunt alendi, *vt in auth. ex complexu, C. de incert. & inutil. nupt.* Licet de iure Canunico sit secus, & vtrunque ius habeat in se rationem: nam ratio iuris ciuilis fuit, vt reprimeretur vitium carnis. Ratio autem clericorum fuit, (quia carebant vxoribus) vt indulgerent libidinibus impune, &c. vt plerique hodie existimant. Sed de hac re videbunt Iudices ecclesiastici, & consistoriales auditores qnibus hæc tota causa committenda est. Et sic ego Iustinus Goblerus Goarious, iuris Doctor, & Consiliarius, Iudexque Curiæ Ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis, &c. sentio: cuiuscunque alterius meliori iudicio semper saluo.

QVÆSTIO ET CASVS.

AD quæstionem rationis negociorum gestorum reddendæ, in causa inter Annam N. viduam conquerentem, & Longolium N. Reum breuiter respondeo de iure, quia causa ipsa Iudici cognita est, aduersarium ad rationem reddendam rerum gestarum teneri legitimam ac sufficientem: Rationis enim vocabulum latius patet, *vt est in l. si quis. §. rationem. ff. de edend.* ac oon solum solutorum & expensorum mentionem continet, verum etiam vltro citroque datorum & acceptorum negociationem. Quare nimium errat Reus, si in hoc satisfecisse Magistratui, vel Iudici se putat, dum impensa per se duntaxat memorat, quantum autem ab Actricis marito Ioanne acceperit, omnino ooo recordatur, ex quo etiam sui lucri causa duntaxat negocium Ioannis gessisse Reum apparet. Atque ob id maxime ab iotentione & oppositione sua repellendum, *quod probatur l. si pupilli. §. sed et si. ff. de nego gestis.* Proinde per prędictam suam rationem, vt ipse falso nominat, releuari non potest, nisi plenam veram atq; sinceram vltro citroq; datorum & acceptorum, vt supra dictum est, rationem reddiderit, ad quam de iure tenetur, *l. qui proprie. §. procurator. ff. de procurat. Item. ff. mandati, l. ex mandato. & l. 2. ff. de nego. gest.* Idem etiam euidentissime probatur *l. 1. § officio. ff. de tutel. & rationib. distrah.* Si enim quod ibi dicitur. Tutorum officio incumbit, & rationem actus sui cooficere & pupillo reddere, itidem non minus gestori oegociorum incumbet, cum gestor & negociorum dominus in hoc casu coniunctæ fuerint personæ, ac dominos negociorum, pupillu non absimilis, morbo scilicet & senio, adeoque diuersis malis oppressus & afflictus.

Sic equidem ceoseo de iure sentiendum & iudicandum, ego Iustinus Goblerus Goarinus, V. I. Doctor, Illustrissimi Priocipis Erici Consiliarius, & Iudex Curiæ eiusdem Muoden. &c. Cuiuscunque iudicio meliori saluo, quod manu & sigillo meo attestor.

CASVS.

CHristi nomine suppliciter implorato. Imprimis docendo io hac causa appellatioois de nullitate ac inualiditate processuum ad instantiam D. Matthiæ Brandes. partis appellantis, aduersus dominum Nicolaum de Occa Appellatum emanatorum, ex rationabilibus, iustis & legitimis causis eosdem processus fore & esse tollendos & cassandos, prætensasqoe terminorum obseruationes, citationum mandata, executionis decretum, & alia desuper emanata, retractanda, cassanda, irritanda & cauillanda esse dico, ex eo, quod causa appellationis, quæcunque sit, debeat terminari & finiri infra primum fatale, videlicet iofra annum à die appellatioois computandu, nisi alius terminus recisior aut breuior à Iudice esset statutus, prout in præsenti causa statutus fuit & præfixus, infra quem qui appellationem suam minime prosecutus fuerit, appellationis commodo carebit, ac habetur pro eo ac si non appellasset, & sententia, à qua est appellatum, manet rata & firma. *in authent. ei qui appellat. C. de temp. appell & in c. cum sit Romana. de appellat.* oisi ex iusta causa, siue iusto impedimento interueniente, secundum fatale esset indultum. Sed pars appellaos, vt liquet, nullam iustam causam, siue impedimeotum legitimum, se habuisse, coram Iudice primæ iostantiæ edocuit, quo minus ipsa causa appellationis in primo fatali terminari poruerit, quod tamen Appellans facere debebat, & de sua diligentia docere, *vt tradunt DD. in l. si contra. in fin. C. de appellat.* Propterea secundum iurium sanctiones, quia Appellatus ipse appellationem suam legitimo tempore prosequi non curauit, debet sententia Iudicis à quo, valida & io suo robore firma manere, *cap. personas, c. ad aures, c. sepe, in § salais constitutionibus, de appellat.*

Sic iuris esse arbitror ego Iustin. Goblerus Goarinus, Doctor iuris, & Ducis Brunsuicensis, &c. Consiliarius, Curiæq; eiusdem Mundensis prætorii Iudex, &c. Saluo meliori cuiuscunqoe iudicio, &c.

INSTRVCTIO IVRIS DE Tutore pupillæ dando.

CASVS ET THEMA SIC HABET.

HOnesta Catharina N. mater pupillæ Margaretæ filię suę (patre Hammone N. de N. defuncto, auo quoque paterno non superstite) petit eidem filiæ suæ tutorem dari. Vnde quadruplex illa differentia tutoris dandi

dandi est in consideratione, videlicet Testamentaria, Legitima, Datiua, & Anomala, siue Extraordinaria. De prima, nempe Testamentaria, quæ cæteris præfertur, in casu nostro non est disputandi locus, cum nullum extet testamentum patris, vel aui, &c. Et quia Datiua cessat, legitimæ tutelæ immorandum est: Legitimis enim defertur tutela eo ordine, quo & deuoluitur hereditas & successio, hoc est, ad proximiorem heredem, non attento hodie iure agnationis vel cognationis, *in authent. sicut heredit. as, C. de legit. hered.* Ideo mater ipsa, nisi conuolasset ad secunda vota, & secundas nuptias, omnibus deberet anteferri, si velit, *C. quand. mul. tutel. offic. fungi potest, in authent. matres & auia.* Quando vero nunc iuris dispositione, & extantibus secundis nuptiis mater excluditur, locus erit aliis proximioribus legitimis. *ff. de legit. tut. l. tutela. §. fin.* Sed quod erit illorum officium, & quomodo administrabunt? Respondeo ante omnia mater potest petere filiæ suę tutores dati per Magistratum loci, cum non extent legitimi, alios dari, vt administrent, *l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul.* scilicet, vt inuentarium, & solennia faciant, ne ipsa se mater forte indignam reddat impuberis filiæ, sicuti ita casus contingat; successione, quia sedulom de iure officium à matribus requiritur. Debet & ipsa inuentarii confectioni interesse, quo illud citra suspicionem fiat, quam cito fieri possit, *arg. l. hac conditio. ff. de condit. & demonstr.* Alioqui si nec statim, nec legitime inuentarium fecerit, & aliqua inserere omiserit, haud pœnam effugiet, præsertim si non coram Notario publico aut scriba iurato ac testibus fecerit. *Bartol. in l. tutor. ff. de administ. tutor.* Cæterum administratio tutelæ confertur ac recipitur autoritate ac decreto Magistratus vel Iudicis, *l. fin. C. de arbitr. & l. final. ff. de administr. tut.* Debent & tutores iurare, se velle administrare res pupillæ fideliter, item facere vtilia, & inutilia prætermittere, *in authent. vt hi qui oblig. se hab. perhib. res minor. §. si quis, colum. 6.* Debent & satisdare, rem pupilli saluam fore, idq; sub hypotheca omnium bonorum suorum, *l. si ad speciei. ff. rem pupilli sal. fore, & l. legitimam. ff. de legit. tutor.* Nam si plures legitimi fuerint, omnes quidem in solidum admittentur, *l. decreto. ff. de admi. tut.* Et omnes simul inuentarium facere, iurare, & cauere debent rem pupillæ saluam fore; &c. Et quod legitimi tutores teneantur satisdare, habetur in *l. legitimos. §. 1. ff. de legit. tut.* licet Testamentarii vel Datiui satisdare non teneantur, *in l. in dubium. C. de tut. & cur. qui satis non dedit.* quia fides illorum satis à testatore & Iudice (vel Magistratu) probata est. Etsi forte legitimi satisdare recusauerint, per Magistratum ab officio tutelæ repelluntur, *l. 1. & 2. C. de tuto. qui satis non dedit. &c.* Ex quibus præmissis omnibus breuiter constat, quomodo discretus Iudex vel Magistratus se in deferendo tutelæ officio gerere debeat. Item, quid ad tutelam vocatis & admissis de iure sit faciendum, &c.

Quod ita de iure verum esse, sentio ego Iustinus Goblerus Goarinus, iuris Doctor, & Consiliarius, Iudexque Curiæ Ducalis Mundensis, &c. alterius tamen doctioris & melius sentientis iudicio semper saluo.

CONSILIVM ALIVD *D. Iustini Gobleri.*

ARGVMENTVM.

Informationis huius argumentum est, quod arrestum in rebus ecclesiasticis à ciuili Magistratu factũ, sit irritum, & arrestatus ad forum suum ecclesiasticum remittendus sit.

CASVS.

CVm satis constet Magistratui vt Iudici N. dominum Magistrum Hermannum N. per arrestum Ioannis Reinhart Actoris, contra ius fasque & præter merita, annuo reditu & suppellectile sua spoliatũ esse, nulla quidem alia de causa, quam quod ille nescio quid iuris ad domum seu habitationem in Metropolitana ciuitate N. sitam prætendat, quod tamen ius prætensum aliquanto rectius iustiusque coram Ordinario loci, vt suo Iudici, ꝓsequeretur, ex regula vulgata, Actorem sequi forum Rei, *l. iuris ordinem, C. de iurisd. omn. iud. &c.* quam quod ita temere & de facto dictum D. Hermannum, resque suas arrestando molestare ausus fuerit, haud grauabitur itaque Magistratus ille expendere, eoq; iure vti, quod in alium statuendum seruandumque duxerit, & vt priuatus in suam personam valere patiatur, quod in alterius personam æquum esse putauerit, *l. 1 & per totum tit. ff. quod quisque iuris in alium: l. fin. & ibi Bald. C. de pœna iudi. qui male iu. l. si negocia, in fi. ff. mandati, cum similibus.* Ita iuri & æquitati consentaneum est, vt prius restituatur spoliatus, quam spoliatori respondeatur, *c. super spoliatione, & c. seq. de ord. cognit. c. accedens, la 2. vt lite non contesta. domini de Rota, in decisio. 319 in nouis c. reintegranda, 3. q. 1. cum multis.* Quod autem nemini liceat aliquem possessorem vel quasi, spoliare propria temeritate, admonent, & sub grauissimarum pœnarum comminatione, leges. *l. extat enim decretum. ff. quod metus caus. l. si quis in tantum. C. vnde vi, c. vlti. la 1. de rest. spol.* Cæterum luculentius constat de possessione, vel quasi, istorum annuorũ prouentuum; pecuniarum & supellectilis domino Hermanno N. tale Arrestum subtractorũ, quam vt multis argumentis probati debeat. Et, quemadmodum non potuit dominus Hermannus renunciare fori priuilegio in fauorem totius ordinis clericalis introducto, ac in secularem Iudicem consentire, *c. si diligenti, de foro compet.* Ita neutiquã licuit & Actori Ioanni Reinhart, dominum Hermannum Reum, ad vetitum tribunal trahere, *iuxta l. in criminali, C. de iurisd. om. iud. authent. statuimus, C de episc. & cler.* pœna ibi tam parti quam Iudici imminente: Et Magistratui ciuitatis N. vt seculari Iudici super bonis clericalib. etiam incidenter & per viam reconuentionis cognoscere, *per textum notam in l. omni, C. de sacrosanct. eccle. ibi Bart. & Bald. c. lata, qui filii sunt legit. c. tuum, de ord. cognit. c. 1. de inut. petitionibus, &c.* Nam Ecclesias, & clericos eorumq; res, eodem priuilegio gaudere videmus, *c. ecclesiarum, 12. q. 2. DD. & glo. l. iubemus. §. nos igitur, & authent. hoc iure porrectum. C. de sacrosan. eccles. auth. Item nulla communitas. C. de episc. & cler. in authent. de statut. & consuet. contra liber. eccles.* Sed clericorum possessiones, & quæcunq; & vbicunque sunt sitæ, eadem cum ecclesiarum rebus libertatis prærogatiua; vt supra dictum est, gaudent. Ergo exempta sunt à laicorum potestate, *c. si Imperator, iuncta glo. 96. distinct. 33. quæst. 8. c. conueniet, &c.* Et si daremus citra veritatis præiudicium, gubernatoribus ciuitatis N. esse iuris dicendi in D. Herman. potestatem, tamen cum dictus Ioannes Reinhard. renunciauerit actioni & iuri, vt multis notum est, nõ video, cur ad lubricam eius instantiam Iudex secularis potuerit mandare domini Hermanni reditus & prouentus, res & suppellectilem arrestari, & in eiusmodi negocio sese intromittere, adeoq; ipse Actor extinctam impetitionis fauillam nouo calumniæ Iudicio ex-

ero excitare. Vbi enim obligatio non est, ibi cessat & actio, *l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. §. 1. Instit. de verbor. oblig.* Et sine actione nemo certe experitur, *l. si pupilli. §. videmus. ff. de nego. gest.* & sunt arrestata inta ecclesiastica, *c. quod semel, de regu. iur. in 6.* nec in alios vsus conuerti debent, *Clement. 2. de relig. domib. l. legatum. ff. de vsufruct. legat. & ibi per Bart. l. 1. ff. de admi. rer. ad ciui. pertinent.* Nec ipse Ioan. Reinhardus ecclesiasticarum rerũ capax, vel ad eas qualificatus, est nempe secularis coniugatus, vt vel ob id, si cætera omnino cessarent, repelleretur, *quod Ioan. Andre. in c. 2. de reb. eccles. non alie. in nouella fatetur. facit c. videntes, 12. q. 1. &c.*

Concludo ergo prætensum Arrestum Ioannis Reinhardi iniquum & reprobandum esse, & arrestatum dominum Hermannũ ad forum suum & Iudicem ecclesiasticum remittendum: saluo rectius sentientis meliori iudicio. Iustinus Goblerus Goarinus, iuris Doctor, & illustriss. Principis Erici Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis: &c. Consiliarius, & eiusdem Curiæ Mundensis Iudex subscripsi.

COMPENDIARIA INFORMATIO

in causa spoliationis feudi, inter validos domicellos seu Iungkeros D. Kunonem à Plutzko, Actorem ex vna, & Ioannem à Fonteinobleau, Reum spoliatorem ex altera partibus.

SVMMARIA.

1 *Terminus Replicandi non est substantialis.*
2 *Questio spolii est summaria.*

CASVS ET SPECIES FACTI SIC HABET.

NAchdem der beklagte Spoliator Juncker Johan von Fonteinob. in seiner vermeldten Duplickschrifft/den Proceß deß Ehrnvesten Junckher Cunes von Plutzko impugniert vnd bestritten hat/ mit anziehung vnd allegation desselbigen Proceß nichtigkeit/also/Ob derselbig Proceß bawfellig vnd vnmässig sey/von wegen Klägers Replicken/daß / da sie nicht en gebührlicher zeit vnnd in termino, sondern am Tage corporis Christi, welcher Tag ein Fest vñ Feyertag sey/ offerirt vnd eingebracht worden/auff welchen Tag nicht sol Gericht / noch auch ein Gerichtlicher Terminus gehalten werden/derohalben so sey auch inutiliter ac nulliter (vndienstlich vnd nichtiglich, dieselbig Replica deß Klagenden Junckern Cunes von Plutzko/ videlicet in non termino exhibiert/oder Gerichtlich einbracht/könd oder möge auch keinen Rechtlichen oder Gerichtlichen effect vnd krafft haben/oder wircken/sondern sey darvor zu achten vñ zu halten/ als ob die gemeldt Replica nicht exhibirt oder einbracht were / Es könne oder möge auch solchem nicht zu widerstehen oder schaffen/deß Richters Bescheidt oder Decret / auch nicht der streitigen Parteyen verwilligung/ oder consenß/dieweil weder d' Richter/noch die Partey wider das gemein beschriebẽ Recht/ vnnd am allermeisten / wider der Geistlichen Heiligen Kirchen Satzungen zu statuieren oder zu setzen einig Macht oder Gewalt haben/rc.

CHristi Iesu Saluatoris nostri vnici nomine & gratia suppliciter implorata. Ego infra scriptus requisitus & cõsultus iuris Doctor, ad hæc præmissa breuiter & succincte respondeo, ad propositum casum, qui sic habet: Validus domicellus Ioannes à Fontein. Reus & aduersarius validi domicelli Cuno. à Plutzko, Actoris, cum in asserta Duplicatione sua, impugnãdo Processum Actoris, allegauerit illius nullitatẽ, ipsumque fore & esse ruinosum retro, ac inualidũ, eo quod Replica Agentis in non termino sit oblata, videl. die corporis Christi, q̃ fuit & est de iure dies festius, in Dei honorẽ consecrata, qua non debeat dies seu terminus iuridicus obseruari, propterea inutiliter & nulliter existat ipsa Replica in non termino exhibita, nullumque iudicialem operari possit effectum, & perinde ac si non fuisset exhibita: Nec obstare possit Iudicis decretum, neq; partium consensus, eo quod nec Iudex, neq; partes, contra ius scriptum, & maxime contra sanctiones diuinas vllam statuendi habeant facultatem.

Ad hæc succincte respondetur, quod omnia quæ in contrarium allegari possunt, nihil valent efficere, idque efficacibus iuribus & rationib. sufficienter osten-
ditur: Primo, quia terminus † replicandi non est ter- 1
minus substantialis, nec in Processu formali necessarius: Poterit itaque obseruari, vel non, imo non obseruatus, non reddit Processum nullum. Secundo certum
est de iure, questionem † spoliationis esse summariam, 2
ergo non requirere Processum solennem, sed celerem & expeditiuum, quia in summariis sine strepitu & figura iudicii frequenter proceditur summatim & breuiter: Secus in ordinariis iudiciis, in quibus requiritur ordo iudicistius, *Clement. sæpe, de verbor. signif. & per DD. in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsa Maiest. crim. proced.* Huius fundamenti viuax conclusiua, ad Actoris propositum validissima redditur ratio, quia in omnibus iudiciis possessoriis summarie agitur & proceditur, *C. vnde vi, l. momentanea possess.* Mox auditi interdictum etiam sine inscriptione meretur, *ibi glo. ordinaria, & DD. in verbo, mox,* Quod possessorium intendens mox, id est, sine solennitate, vel sine aliqua dilatione debeat audiri. Tertio subtilius & neruosius attingendo, & pro fundando resolutius hunc passum, tenendum est, secundum DD. quod vbicunque petitur exhibitio sola, proceditur summarie, secus in actione ad exhibendum, *vt in l. Celsus, in §. Iulia. ff. ad exhibend.* Fit etiam, & de iure tenet executio in causis, vbi cognitio non requiritur die feriato, ob honorem Dei: & videmus quod die feriato ob honorem Dei &c. appellatur coram Iudice, *per text. cum glo. in l. 1. C. de feriis.* Conspicimus item, quod dari possit libellus coram Iudice tali die feriato, *l. miles, §. sexaginta, ff. de adult.* Comperimus quoque tali die feriato ob honorem Dei fieri adoptiones, emancipationes, & manumissiones, *l. actus omnes, C. de feriis.* Et similiter excommunicatio & absolutio, quæ non requirit causæ cognitionem, vtpote in notoriis iuribus. Præterea ob honorem Dei potest fieri delegatio, seu commissio causæ, *per Doct. in l. fin. C. de feriis.* Potest & examinatio testium fieri die feriato, ob honorem Dei, si iurauerunt die non feriato. Et multa alia talibus diebus fieri possunt de iure, quæ longum esset hoc loco recensere. Quid ergo vetat, si Replica die feriata aduersario in causa priuilegiata & summarie expedienda sit oblata, vt effectum tempore suo sentire non debeat, cum tali die nulla facta sit causæ cognitio, nec iudicialis seruatus strepitus, neque necessarius iudiciarius habitus ordo, qui, vt ex præmissis liquet, non requiritur.

Porro considerand\[a\] etiam est vulgatissima theorica in materia feriarum ad hunc casum, quã tradunt DD. *in l. dies festos, C. de feriis, in verb. differatur,* nempe, quod actus qui non potest exerceri die feriato, differtur in diem sequentem, vt apud practicos vsitatissimũ est, vt

si cita-

si citatio cadat in diem feriatum, intelligatur facta pro die sequenti, &c.

Postremo non oscitanter est aduertendum, quod maxime Replicę partes, imo pene omnes (veluti aperte ex ipsis euidenter constat) sint exhibitæ in modum informationis boni iuris ipsius conquerentis spoliati Actoris, & de nouo iure, seu iure nullo opponentis. Sed informationes omni tempore possunt Iudicibus per partes offerri. Ideo processus spoliati ex irrelevantibus & confictis causis opponentis, non redditur vitiosus aut nullus, neq; etiam per Iurisprudentes annullandos.

Hac consideratione præmissa de processu eruunt dicti spoliatoris N. N. omnia fundamenta, nimirum, quod non debeat agens possessor, etiam iniustus, sua possessione, nisi vocatus, & iudiciaria autoritate, priuari, *C. vt nemo priuatus, l. 2. in princip. de restitut. spol. c. ex conquestione. ff. quod met. caus. l. existat. ff. de vi & vi armat. l. 1. §. qui vi. ff. de acquir. poss. l. vt instr. ff. ad l. Iul. de vi priuata. l. creditores.* Iam, vt sufficienter in Replica Actoris deductum est, bonorū feudalium ante eiectionem possessor ipse non fuit ad instantiam spoliatoris vnquam in ius vocatus, nec alicuius Iudicis autoritate saltem legitimis bonis, & feudo quæstionis rite priuatus. Ideo male & perperam per Reum eisdem exitit violenter spoliatus, & extra possessionem eiectus. Venit ergo indubitanter de iure dictus Actor pristina sua possessione restituendus. Neque efficienter quidquam poterit moliri aduersarius, si cauillationem opposuerit, Actorem nunquam fuisse assecutum veram feudi possessionem, ergo frustra eum ipsum Actorem in possessorio recuperandæ possessionis laborare, &c. Huic cauillo plene satisfactum fuit in Replicis: & si huiusmodi resolutiones Reo tam stupido non sufficiunt, dimittendus erit ad dominum feudi, qui confirmationis & approbationis inuestituræ, seu infeudationis literas mandatorias dicto Actori suo vasallo, ad officiatos locorum, vbi bona feudalia sita sunt, dedit, mandauitque subditis, vt vasallo inuestito pareant, & de emolumentis, reditibus, obuentionibus, prouentibus, & cæteris fructibus Actori respondeant, &c. Ex quibus apparet possessionem bene comprobatam esse.

DE ET SVPER INFELICI

casu Mulierculæ cuiusdam, nuper in territorio Osen, seipsam ob impatientiam amoris erga quendam N. quem cupiebat legitimum sibi maritum habere, interimentis, consultatio ac quæstio proposita, cuinam illius relicta bona obueniant, Magistratuine, seu Fisco; an heredibus mulierculæ.

ET primum arbitror; Magistratui obuenire bona seu vendicari non posse, propterea quod nec ob delictum ceruen, nec metum futuræ sententiæ seu pœnæ infligendæ corpori, sed ex mera amoris impatientia, animi dolore, affectione atque insania, vti mihi relatum est, manus sibi ipsa iniulerit, mortemque consciuerit. Quemadmodum legitur non raro quondam apud Ethnicos, aliasque gentes accidisse, nempe aut ex impatientia doloris, seu animi perturbatione, luctusve alicuius causa, quemadmodum nobiles illæ Romanæ fœminæ, Porcia & Lucretia fecerunt: aut ne in hostium manus venirent, vt Cutius & Cato: vel iactationis, vt Empedocles, & Cleombrotus, & alii quidam Philosophi: vel amoris furore & vehementia, vt Pyramus, Thisbe, Erus, Dido, vt Poetæ narrant, & aliæ nonnullæ seipsas interficientes. Legitur quoque apud Virgil. & Tibull. de Cornelio Gallo antiquo vate, ipsum videlicet ex nimio amore Lycoridis amicæ in furorem incidisse. Quam mentis quidem perturbationem ac morbum τὸ ἐρωτ-, ni fallor, Græci vocant, qui tam vehementer ac grauiter quibusdam incumbit, vt in maniam aut phthisin, vel febrem ἐκτικὴν perducatur, testibus Medicis, de qua etiam affectione animi Parthenius Nicensis librum conscripsit. Cum autem eiusmodi casus præsens, vt fertur, ex impatientia mœroris, & amoris furore erga illum, quem sibi legitimum maritum habere volebat, prouenerit, & talem internecionem non fortis hominis, sed timidi esse Aristoteles dicat, qui tamen flagitium non admiserit: Idcirco leges non tanta seueritate hoc facinus puniunt, quanta illud, quod vltimi supplicii damnationem, vel exilii, atque proscriptionis pœnam inferret. Ergo in tali casu iura ciuilia, res seu bona illorum seipsos ex mœrore, aliave ægritudine animi necantium, vbicunque sita fuerint, simul cum nominibus, aut rebus creditis ad legitimos heredes & successores suos transmittunt: *clarus est & apertus tex. in l. 1. & 2. C. de bon. eor. qui mort. sibi consci. Facit huc quoque Imperialis constitutio criminalium iudiciorum Caroli V. articul. 135. Item Specul. Saxon. articul. 31. lib. 2. &c.* Quoniam autem hoc casu res seu bona dictæ mulierculæ seipsam, vt præfertur, interimentis, ad proximos ipsius heredes & successores de iure transeunt, nec Magistratus, eiusve Fiscus, seu superior & maior potestas, multo minus territorii illius Præfectus vel Officiatus, sibi vendicare potest: sequitur quoque, heredes mulierculæ de eisdem bonis seu de propriis aliis arbitratu suo disponere ac constituere posse. Quandoquidem id quod nostrum est, ad alium legitime transferre minime prohibemur, *argum. l. cum qui possit. ff. de regul. iur. l. si fundus. & ibi Bartol ff. de pignor.* Ex quo etiam illud argumentum locum sumit, seu ex cōtrario sensu affirmatiue, vt cum principalis causa consistit, ea quoque, quæ sequuntur, consistere, *l. cum principalis. ff. de reg. iur. &c.*

Altero autem casu, quo quis ex metu commeritæ pœnæ ipse sibi mortem cōsciceret, vti diximus initio, potestas maior, seu præses prouinciæ, qui que Regalia, ac merum mixtumque imperium, adeoque res bonaque se ipsum interimentis, ius confiscandi habet, de iure admittetur, heredibus omnibus exclusis, *quemadmodum probatur ex l. vnica. C. ne sine iuss. Princi. lice. confis. & ex supra alleg. l. 1. & 2. C. de bon. eor. qui mortem sibi consci. &c.*

Ita de iure censeodum esse, arbitror ego Iustinus Gobletus Goatinus, V. I. Doctor; Illustrissimi Principis Erici Ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis Consiliarius, & eiusdem Curiæ Mundensis Iudex ordinarius: Saluo cuiuscunque melius sentientis iudicio.

ARRESTATIO IN ET CONtra Personam facta, cuius actio infra sequitur.

SVMMARIA.

1 *Actio arrestata persona.*

2 *Ad notorium requiruntur tria, scilicet loci qualitas, temporis qualitas, & astantium multitudo.*

3 *Ecclesia non creditur in vtilitatem suam, & pro se.*

ero excitare. Vbi enim obligatio non est, ibi cessat & actio, *l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. §. 1. Instit. de verbor. oblig.* Et sine actione nemo certe experitur, *l. si pupilli. §. videmus. ff. de nego. gest.* & sunt arrestata iura ecclesiastica, *c. quod semel, de regu. iur. in 6.* nec in alios vsus converti debent, *Clement. 2. de relig. domib. l. legatum. ff. de vsufruct. legat. & ibi per Bart. l. 1. ff. de admi. rer. ad ciui. pertinent.* Nec ipse Ioan. Reinhardus ecclesiasticarum rerũ capax, vel ad eas qualificatus, est nempe secularis coniugatus, vt vel ob id, si cætera omnino cessarent, repelleretur, *quod Ioan. Andre. in c. 2. de reb. eccles. non alie. in nouella fatetur. facit c. videntes, 12. q. 1. &c.*

Concludo ergo prætensum Arrestum Ioannis Reinhardi iniquum & reprobandum esse, & arrestatum dominum Hermannũ ad forum suum & Iudicem ecclesiasticum remittendum: saluo rectius sentientis meliori iudicio. Iustinus Goblerus Goarinus, iuris Doctor, & illustriss. Principis Erici Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis: &c. Consiliarius, & eiusdem Curiæ Mundensis Iudex subscripsi.

COMPENDIARIA INFORMATIO *in causa spoliationis feudi, inter validos domicellos seu Iungkeros D. Kunonem à Plutzko, Actorem ex vna, & Ioannem à Fonteinobleau, Reum spoliatorem ex altera partibus.*

SVMMARIA.

1 *Terminus Replicandi non est substantialis.*
2 *Quæstio spolii est summaria.*

CASVS ET SPECIES FACTI SIC HABET.

Nachdem der beklagte Spoliator Juncker Johañ von Fonteinob. in seiner vermeldten Duplickschrifft/den Proceß deß Ehrnvesten Juncker Cunes von Plutzko mpugniert vnd bestritten hat/ mit anziehung vnd allegation desselbigen Proceß nichtigkeit/also/Ob derselbig Proceß bawfellig vnd vnmäßig sey/von wegen Klägers Replicken/daß/da sie nicht zu gebührlicher zeit vnnd in termino, sondern am Tage corporis Christi, welcher Tag ein Fest vñ Feyertag sey/ offerirt vnd eingebracht worden/auff welchen Tag nicht sol Gericht/noch auch ein Gerichtlicher Terminus gehalten werden/derohalben so sey auch inutiliter ac nulliter (vndienstlich vnd nichtiglich) dieselbig Replica deß Klagenden Junckern Cunes von Plutzko/ videlicet in non termino exhibiert/oder Gerichtlich einbracht/könd oder möge auch keinen Rechtlichen oder Gerichtlichen effect vnd krafft haben/oder wircken/sondern sey darvor zu achten vñ zu halten/ als ob die gemeldt Replica nicht exhibiert oder einbracht were/ Es könne oder möge auch solchem nicht zu widerstehen oder schaffen/deß Richters Bescheidt oder Decret/ auch nicht der streittigen Parteyen verwilligung/ oder consenß/dieweil weder d Richter/noch die Parten wider das gemein beschriebẽ Recht/ vnnd am allermeisten / wider der Geistlichen Heiligen Kirchen Satzungen zu statuieren oder zu setzen einig Macht oder Gewalt haben/&c.

CHristi Iesu Saluatoris nostri vnici nomine & gratia suppliciter implorata. Ego infra scriptus requisitus & cõsultus iuris Doctor, ad hæc præmissa breuiter & succinctè respondeo, ad propositum casum, qui sic habet: Validus domicellus Ioannes à Fontein. Reus & aduersarius validi domicelli Cuno. à Plutzko, Actoris, cum in asserta Duplicatione sua, impugnando Processum Actoris, allegauerit illius nullitatẽ, ipsumque fore & esse ruinosum retro, ac inualidũ, eo quod Replica Agentis in non termino sit oblata, videl. die corporis Christi, q̃ fuit & est de iure dies festiua, in Dei honorẽ consecrata, qua non debeat dies seu terminus iuridicus obseruari, propterea inutiliter & nulliter extitat ipsa Replica in non termino exhibita, nullumque iudicialem operari possit effectum, & perinde ac si non fuisset exhibita: Nec obstare possit Iudicis decretum, neq; partium consensus, eo quod nec Iudex, neq; partes, contra ius scriptum, & maxime contra sanctiones diuinas vllam statuendi habeant facultatem.

Ad hæc succinctè respondetur, quod omnia quæ in contrarium allegati possunt, nihil valent efficere, idque efficacibus iuribus & rationib. sufficienter ostenditur: Primo, quia terminus † replicandi non est terminus substantialis, nec in Processu formali necessarius: Poterit itaque obseruari, vel non, imo non obseruatus, non reddit Processum nullum. Secundo certum est de iure, quæstionem † spoliationis esse summariam, ergo non requirere Processum solennem, sed celerem & expeditiuum, quia in summariis sine strepitu & figura iudicii frequenter proceditur summatim & breuiter: Secus in ordinariis iudiciis, in quibus requiritur ordo iudiciarius, *Clement. sæpe, de verbor. signif. & per DD. in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsa Maiest. crim. proced.* Huius fundamenti viuax conclusiua, ad Actoris propositum validissima redditur ratio, quia in omnibus iudiciis possessoriis summarie agitur & proceditur, *C. vnde vi, l. momentanea possess.* Mox audiri interdictum etiam sine inscriptione meretur, *ibi glo. ordinaria, & DD. in verbo, mox.* Quod possessorium intendens mox, id est, sine solennitate, vel sine aliqua dilatione debeat audiri. Tertio subtilius & neruosius attingendo, & pro fundando resolutius hunc passum, tenendum est, secundum DD. quod vbicunque petitur exhibitio sola, proceditur summarie, secus in actione ad exhibendum, *vt in l. Celsus, in §. Iulia. ff. ad exhibend.* Fit etiam, & de iure tenet executio in causis, vbi cognitio non requiritur die feriato, ob honorem Dei: & videmus quod die feriato ob honorem Dei &c. appellatur coram Iudice, *per text. cum glo. in l. 1. C. de feriis.* Conspicimus item, quod dari possit libellus coram Iudice tali die feriato, *l. miles, §. sexaginta, ff. de adult.* Comperimus quoque tali die feriato ob honorem Dei fieri adoptiones, emancipationes, & manumissiones, *l. actus omnes, C. de feriis.* Et similiter excommunicatio & absolutio, quæ non requirit causæ cognitionem, vtpote in notoriis iuribus. Præterea ob honorem Dei potest fieri delegatio, seu commissio causæ, *per Doct. in l. fin. C. de feriis.* Potest & examinatio testium fieri die feriato, ob honorem Dei, si iurauerunt die non feriato. Et multa alia talibus diebus fieri possunt de iure, quæ longum esset hoc loco recensere. Quid ergo vetat, si Replica die feriata aduersario in causa priuilegiata & summarie expedienda sit oblata, vt effectum tempore suo sentire non debeat, cum tali die nulla facta sit causæ cognitio, nec iudicialis seruatus strepitus, neque necessarius iudiciarius habitus ordo, qui, vt ex præmissis liquet, non requiritur.

Porro considerãda etiam est vulgatissima theorica in materia feriarum ad hunc casum, quã tradunt DD. *in l. dies festos, C. de feriis, in verb. differatur,* nempe, quod actus qui non potest exerceri die feriato, differtur in diem sequentem, vt apud practicos vsitatissimũ est, vt

si cita-

si citatio cadat in diem feriatum, intelligatur facta pro die sequenti, &c.

Postremo non oscitanter est aduertendum, quod maxime Replicę partes, imo pene omnes (veluti aperte ex ipsis euidenter constat) sint exhibitæ in modum informationis boni iuris ipsius conquerentis spoliati Actoris, & de nou iure, seu iure nullo opponentis. Sed informationes omni tempore possunt Iudicibus per partes offerri. Ideo processus spoliati ex irrelevantibus & confictis causis opponentis, non redditur vitiosus aut nullus, neq; etiam per Iurisprudentes annullandus.

Hac consideratione præmissa de processu erunt dicti spoliatoris N. N. omnia fundamenta, nimirum, quod non debeat agens possessor, etiam iniustus, sua possessione, nisi vocatus, & iudiciaria autoritate, priuari, *C. vt nemo priuatus, l. 2. in princip. de restitut. spol. c. ex conquestione. ff. quod met. caus. l. existat. ff. de vi & vi armat. l. 1. §. qui vi. ff. de acquir. poss. l. vt instr. ff. ad l. Iul. de vi priuata. l. creditores.* Iam, vt sufficienter in Replica Actoris deductum est, bonorũ feudalium ante eiectionem possessor ipse non fuit ad instantiam spoliatoris vnquam in ius vocatus, nec alicuius Iudicis autoritate saltem legitimis bonis, & feudo quæstionis rite priuatus. Ideo male & perperam per Reum eisdem extitit violenter spoliatus, & extra possessionem eiectus. Venit ergo indubitanter de iure dictus Actor pristina sua possessione restituendus. Neque efficienter quidquam poterit moliri aduersarius, si cauillationem opposuerit, Actorem nunquam fuisse assecutum veram feudi possessionem, ergo frustra eum ipsum Actorem in possessorio recuperandæ possessionis laborare, &c. Huic cauillo plene satisfactum fuit in Replicis: & si huiusmodi resolutiones Reo tam stupido non sufficiunt; dimittendus erit ad dominum feudi, qui confirmationis & approbationis inuestituræ, seu infeudationis literas mandatorias dicto Actori suo vasallo, ad officiatos locorum, vbi bona feudalia sita sunt, dedit, mandauitque subditis, vt vasallo inuestito pareant, & de emolumentis, reditibus, obuentionibus, prouentibus, & cæteris fructibus Actori respondeant, &c. Ex quibus apparet possessionem bene comprobatam esse.

DE ET SVPER INFELICI *casu Mulierculæ cuiusdam, nuper in territorio Osen, seipsam ob impatientiam amoris erga quendam N. quem cupiebat legitimum sibi maritum habere; interimentis, consultatio ac quæstio proposita, cuinam illius relicta bona obueniant, Magistratuine, seu Fisco; an heredibus mulierculæ.*

ET primum arbitror; Magistratui obuenire bona seu vendicari non posse, propterea quod nec ob delatum crimen, nec metum futuræ sententiæ seu pœnæ infligendæ corpori, sed ex mera amoris impatientia, animi dolore, affectione atque insania, vti mihi relatum est, manus sibi ipsa intulerit, mortemque consciuerit. Quemadmodum legitur non raro quondam apud Ethnicos, aliasque gentes accidisse, nempe aut ex impatientia doloris, seu animi perturbatione, luctusve alicuius causa, quemadmodum nobiles illæ Romanæ fœminæ, Porcia & Lucretia fecerunt: aut ne in hostium manus venirent, vt Curtius & Cato: vel iactationis, vt Empedocles, & Cleombrotus, & alii quidam Philosophi: vel amoris furore & vehementia, vt Pyramus, Thisbe, Erus, Dido, vt Poetæ narrant, & aliæ nonnullæ seipsas interficientes. Legitur quoque apud Virgil. & Tibull. de Cornelio Gallo antiquo vate, ipsum videlicet ex nimio amore Lycoridis amicæ in furorem incidisse. Quam mentis quidem perturbationem ac morbum τοῦ ἔρωτος, ni fallor, Græci vocant, qui tam vehementer ac grauiter quibusdam incumbit, vt in maniam aut phthisin, vel febrem ἐκτικὴν perducantur, testibus Medicis, de qua etiam affectione animi Parthenius Nicensis librum conscripsit. Cum autem eiusmodi casus præsens, vt fertur, ex impatientia mœroris, & amoris furore erga illum, quem sibi legitimum maritum habere volebat, prouenerit, & talem internecionem non fortis hominis, sed timidi esse Aristoteles dicat, qui tamen flagitium non admiserit: Idcirco leges non tanta seueritate hoc facinus puniunt, quanta illud, quod vltimi supplicii damnationem, vel exilii, atque proscriptionis pœnam inferret. Ergo in tali casu iura ciuilia, res seu bona illorum seipsos ex mœrore, aliave ægritudine animi necantium, vbicunque sita fuerint, simul cum nominibus, aut rebus creditis ad legitimos heredes & successores suos transmittunt: *clarus est & apertus tex. in l. 1. & 2. C de bon. eor. qui mort. sibi consci. Facit huc quoque Imperialis constitutio criminalium iudiciorum Caroli V. articul. 135. Item Specul. Saxoni. articul. 31. lib. 2. &c.* Quoniam autem hoc casu res seu bona dictæ mulierculæ seipsam, vt præfertur, interimentis, ad proximos ipsius heredes & successores de iure transeunt, nec Magistratus, eiusve Fiscus, seu superior & maior potestas, multo minus territorii illius Præfectus vel Officiatus, sibi vendicare potest; sequitur quoque, heredes mulierculæ de eisdem bonis seu de propriis aliis arbitratu suo disponere ac constituere posse. Quandoquidem id quod nostrum est, ad alium legitime transferre minime prohibemur, *argum. l. cum quis possit. ff. de regul. iur. l. si fundus. & ibi Bartol ff. de pignor.* Ex quo etiam illud argumentum locum sumit, seu ex cõtrario sensu affirmatiue, vt cum principalis causa consistit, ea quoque, quæ sequuntur, consistere, *l. cum principalis, ff. de reg. iur. &c.*

Altero autem casu, quo quis ex metu commeritæ pœnæ ipse sibi mortem cõsciisceret, vti diximus initio, potestas maior, seu præses prouinciæ, qui que Regalia, ac merum mixtumque imperium, adeoque res bonaque se ipsum interimentis, ius confiscandi habet, de iure admittetur, heredibus omnibus exclusis, *quemadmodum probatur ex l. vnica, C. ne sine iuss. Princi. lice. confis. & ex supra alleg. l. 1. & 2. C. de bon. eor. qui mortem sibi consci. &c.*

Ita de iure censendum esse, arbitror ego Iustinus Goblerus Goarinus, V. I. Doctor, Illustrissimi Principis Erici Ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis Consiliarius, & eiusdem Curiæ Mundensis Iudex ordinarius: Saluo cuiuscunque melius sentientis iudicio.

ARRESTATIO IN ET CONtra Personam facta, cuius actio infra sequitur.

SVMMARIA.

1 *Actio arrestata persona.*

2 *Ad notorium requiruntur tria, scilicet loci qualitas, temporis qualitas, & astantium multitudo.*

3 *Ecclesia non creditur in vtilitatem suam, & pro se.*

cro excitare. Vbi enim obligatio non est, ibi cessat & actio, *l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. §. 1. Instit. de verbor. oblig.* Et sine actione nemo certe experitur, *l. si pupilli. §. videmus. ff. de nego. gest.* & sunt arrestata iura ecclesiastica, *c. quod semel, de regu. iur. in 6.* nec in alios vsus converti debent, *Clement. 2. de relig. domib. l. legatum. ff. de vsufruct. legat. & ibi per Bart. l. 1. ff. de admi. rer. ad ciui. pertinent.* Nec ipse Ioan. Reinhardus ecclesiasticarum rerũ capax, vel ad eas qualificatus, est nempe secularis coniugatus, vt vel ob id, si cætera omnino cessarent, repelleretur; *quod Ioan. Andre. in c. 2. de reb. eccles. non alie. in nouella fatetur, facit c. videntes, 12. q. 1. &c.*

Concludo ergo prætensum Arrestum Ioannis Reinhardi iniquum & reprobandum esse, & arrestatum dominum Hermannũ ad forum suum & Iudicem ecclesiasticum remittendum: saluo rectius sentientis meliori iudicio.
Iustinus Goblerus Goarinus, iuris Doctor, & illustriss. Principis Erici Ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis: &c. Consiliarius, & eiusdem Curiæ Mundensis Iudex subscripsi.

COMPENDIARIA INFORMAtio in causa spoliationis feudi, inter validos domicellos seu Iungkeros D. Kunonem à Plutzko, Actorem ex vna, & Ioannem à Fonteinobleau, Reum spoliatorem ex altera partibus.

SVMMARIA.

1 *Terminus Replicandi non est substantialis.*
2 *Questio spolii est summaria.*

CASVS ET SPECIES FACTI SIC HABET.

Consultus, vt sic moderatam sententiam, ius mouit me simul & factum: vbi enim acta huius causæ perlegi, vidi Actorem coloratum ius deducere: Reperi sæpius contestari litem per Reum, & Actorem in capite replicæ suæ offerre probationem, & Reum iterum ad suas tandem conuolare defensiones. Et in hoc rerum statu visum est mihi, & consultoris & iudicum esse partes, vt quemlibet litigantium suo & iuris ordine admitterent, ius suum probare, *per l. siquidem, C. de except. & cap. 1. de ord. cog. & c. finem, de dol. & contu. & quæ notant ibidem DD. cum remiss. copiose.* Quinimo, & si non offerent argumenta sua partes, Iudex ex officio suo (quo & potest & debet lites abbreuiare) posset ad id dilationem ipsis statuere, *vt pulchre & sancte Bart. rem ita declarat in l. 1. C. de dilat. & Paul. in c. licet causam, sup. gloss. 1. de probat. cum similibus.* Ergo &c. Tantum vnum prima fronte ex actis monebat, vt Reum ab Actoris iaculis hic absoluerem: cuius resolutionem pro veritate & sustentatione sententiæ prędictæ breuiter subiicio. Allegat Reus regulam *c. fin. §. actore, de iureiur. & l. qui accus. Cod. de edend. cum vulg.* & per eam ipse, quia Actor nihil probauit, absoluatur &c. Sed hic respondeo, hunc esse illius maxime intellectum, vt procedat tandem data & lapsa dilatione probatoria, si quis diffinitiue absolui cupiuerit, aut in foribus esset instantiæ terminus, vt daretur absolutoria ab obseruatione litigii, *quemadmodum post reliquos DD. Alexand. de Imola. in l. properandum. §. & si quidem in gloss. super verb. termino. C de iud. & Paul. de Cast. in l. oratione, mihi, column. 1. in fin & in princ. seq. col. ff. de ferus, & in l. admonendi, in vers. circa istum casum quæritur &c. mihi, colum. 6. vers. fin. ff. de iureiur. hæc ita pulchre distinguunt, declarant, concludunt, & tenent.* Sed vltra hoc aliud quoddã ex actis se ostendebat, non consideratum à Reo, quod viri vires vtique tentare & scrutari potuit, suadens & vrgens vsque ad conturbationem etiam Reum hic diffinitiue absoluere, & hoc est breuiter, quod Actor sponte, vbi nihil adhuc probauit, negocium nostrum generaliter conclusit, vt vltimum eius productum clare id ostendit. Et hic omnia iura (*quæ affert solus dominus Felinus in cap. cum dilectus mihi per 6. primas colum. de fid. instrum.*) clamant conclusionem in causa, tum maxime, vbi sponte sit à parte, excludere omnem probationem, nihilque admittere post se in illa instantia, quam vt diffinitiue pronuncietur. Et certe fortis est hæc obiectio, & fateor, aliquandiu suspensum me tenebat, ne in sententiam supra notatam animum componerem. Cumque studiosa lectione conarer argumentum hoc diluere, neminem inueni, qui in specie ex autoribus meis articulum aperiret: verum magis tam multa & tam diuersa, tum etiam opposita reperi in hac materia spatsim scripta, vt ne legendi quidem, quanto minus super his integre cogitandi tempus superesset. Nihilominus tamen ex his quæ ea de re lectio monstrabat, & ex laboribus antiquis cogitaui duas solutiones, quas puto infixi huius teli ictum penitus

enulsu-

tuulsuras. Et primo seruiet nobis *l. fin. C. de non numer. pecun.* decisio vbi etiam iuramenti adiectio super contractu, aut cautione mutui, exceptionem non numeratæ pecuniæ haud quaquam excludit, sed iuxta contractus & eorum quæ acta sunt, naturam exauditur & operatur. Similia possent in hanc partem adduci numerosa sed breuitatis gratia sufficiat hoc vnum huius l. ergo exemplo in casu nostro sentio ego hic conclusionem probationes non excludere, neque addere quippiam, aut operari, quam super his quæ in contentionem à partibus deducta fuere; at hic tantum Actor rem vendicabat, Reo id negante, nec quisquam eorũ ad probationes hactenus prosiliit, sed verbis additis verbis inter se magis conflictarunt: non probationib. ergo, sed verborum litigio conclusum esse puto. Et si cui hoc proximum argumentum quauis ratione non faceret satis, pro contrarii solutione, soluo rem aliter & secundo per facti & actorum considerationem, sic breuiter. Nihil hic coram Dominis Iudicibus nostris verbo propositum aut supplicatum est, sed omnia redacta in scripturis sunt producta, hoc quod partibus, vt videtur, forte de iudicii more, sic permissum est, vt quisque eorum ius suum deliberatius & consultius deduceret. Videns ergo Actor multiplicari producta, sed nihil cognosci neque decerni super actionis suæ aptitudine & probatione oblata, hac ratione, vt expresse etiam vltimum eius productum restatur, conclusit, vt super his primo decerneretur: Neque ob id probationibus renunciasse mihi videtur: non enim præsumo desiderium oblatæ probationis Actorem mutasse, cum id legibus contrarium sit, *argument. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legat. 3. & probat textus in l. eum qui. de probatio.* alioquin hic iactare velle Actorem ius & actionem suam, sequeretur, quomodo resupinum lex tamen neminem facile esse præsumit, *vt clarus text. est in l. cum de indebito. ff. de probat.* Neque iterum agentium actus vltra eorum intentionem aliquid operantur, *vt probant text. in l. non omnes ff. si cert. petat. & eiusdem tit. l. si quis nec causam, nec propositum, &c. Et cap. fin. de litis contestat. lib. 6 cum similibus.* Sic neque hic Actoris conclusionem ad aliud ex sic coniecturata eius mente extendo, quam vt super institutæ actionis admissione, & ublata probatione per Iudices interloqueretur, id quod Domini Feli. Sand. autoritate etiam probo, *in supra allegat. c. cum dilectus, mihi, 7. colum. post medium. de fid. instru.* vbi concedit, conclusionem in causa fieri posse etiam super vno articulo tantum, & non super alio, *autoritate & iuribus, de quibus per eum ibidem.* Ergo, &c.

Et hanc solutionem, qua me stabilio, corroboro vina satis persuasione tali, nisi enim Actor in terminis nostris ad probandum admitteretur, oporteret Reum ad diffinitiue, aut ab instantia iudicii absoluere, *vt probat satis vtrunque textus & ibi gloss. & DD. in lege properandum, Cod. de iudi. cum vulg.* Sed si fieret hoc, primo casu posset Actor appellare, & sic coram consultationis Iudice non deductum aut probatum adhuc inferre aut ostendere, *per text. in l. per hanc, Cod. de tempor. appellat.* Similiter & secundo casu alio iudicio de nouo Reum impetere posset Actor, eum saluam adhuc haberet actionem suam. *per textus in praallegat. l. properandum, §. & si quidem, iuncta gloss. super verb. ab obseruatione, C. de iudic. & quæ notant ibi DD. & in cap. examinata, de iudic. cum similibus.*

Verum quia circuitus euitandi sunt, *vt probat l. videamus ff. si cui plus quam per leg. falcid. &c. & bona gloss. in l. si procurator, in gloss. mag. vers. fin. ff. de conditio. indeb.* Et ad Iudicis pertinet officium, prospicere, ne partes laboribus & sumptibus vexentur, & lites exortaa, quo citius & expeditius fieri potest, celeritate fideli dirimere, *vt probatur in cap. iuregentium, de re iudic. in cap. final. de dol. & contumac. dict. l. properandum in principio Codic. de iudic. & in l. litibus. Cod. de agric. & censit. libro vndecimo.* Ex istis considerationibus ergo, causis & iuribus omnibus, & aliis quibusdam animum meum ad id mouentibus, quæ breuitatis gratia omitto, puto prouidenter commodius, & consulte magis sic sententiam dicere, vt supra eam concepi, quam quod partibus, si secus fieret & pronunciaretur, daretur occasio se iterum, aut noua instantia, aut coram aliis Iudicibus repetita lite, grauioribus sumptibus inuoluere & onerare. Et hanc sententiam tanquam minus partibus onerosam seu præiudicialem (*iuxta doctrinam l. prim. & gloss. ibidem ff. si quis caut.*) ego N.N. vtriusque Iuris Doctor, in terminis propositi negocii tam de iure quam de æquitate eligo, & sic de iure concludo & consulo, saluo semper cuiuslibet melius sentientis iudicio: & in eius rei testimonium, signetum meum solitum subimpressi, & manu propria subscripsi, pro gloria & laude Domini nostri Iesu Christi, qui pro misericordia & veritate sua semper sit benedictus in secula seculorum; Amen.

IM Nahmen vnsers Herrn Jesu Christi/Amen. In jerungen vnnd spån/so sich zwischen Hans Weichman/vnserm Bürger/Klåger an einem/vnnd Hansen Werner/Bürger zu Göttingen/auff sein Bewilligung vnd Prorogation beklagten/anderstheils haltende/Nach klage/antwort/Rede/widerrede/auch allem vorbringen (vor vnd nach vnser jüngst gesprochenen Interlocutorien geschehen Beschluß vñ Rechtsatz/erkennen vnnd sprechen wir Burgermeister vnd Rath zu Münden/auff die Hauptsach/nach fleissiger betrachtung aller Acten/vnd vorgehabten Rath bey den Rechtsgelehrten/auch nach vnserm selbst besten verstande/ zu Recht/Möcht Hans Werner/ der beklagt/ bey seinem Eydt erhalten vnnd schweren / als wir jhn schuldig erkennen/ vnd hiemit darzu lassen/ daß die acht becher leders/darumb Hans Weichman klagt/ in sein Hauß oder Gewaldt nicht kommen noch verkaufft ohn wissen vnd willen deß Klägers/daß er als dann von angestalter Klage zu entbinden vnnd loß zu Vrtheilen ist/ Als wir jhnen deßfalls jetzt alsdann/ vnd dann als jetzt dauon entbinden vnd loß theilen/ Vnnd auß Ehehafften Vrsachen vnser Gemüthe darzu bewegende / vergleichen wir die geforderte Gerichtskosten/also/daß jede Parthey die sein selbs tragen sol/ Alles von Rechts vnd vnsers Gerichtlichen Ampts wegen / Gott zu lobe in ewigkeit/Amen.

HAnc sententiam supra scriptam breuiter fundo & probo p Regulam illam vulgatem, notam & veram, quod Actore non probante, Reus absolui debet, *& probatur per textum in lege qui accusare. Codic. de edend. & in capitul. fin. de iureiurand. cum concordantiis & similibus ibidem.* Quia ergo Actor hic neque plene, neque semiplene probauit, vt ex Actis ad oculum id patet, & inferius latius ostendam, ea de re aduersarium illius Reum hic diffinitiue absoluo. Sed quia tamen suspicionem quandam contra ipsum Reum causare videtur mihi Societas præteriti temporis confessata, & quod corium, de quo contenditur, sin ul

cum corio & mercimoniia Actoris in Lubeca vni vectori Mundam vehendum impositum sit, & Actoe allegat: neque Reus nisi generaliter, non autem expressim seu nominatim id negat, vt Acta ostenduur: & idcirco, vt suspicionem hanc Reus expurget, onero ipsum iurisiorandi religione, vt litera seotentiæ habet, & id iure facio, *per apertum textum in preallegato capit. final. in versic præsumptio. vero, de iureiurand. & per glossam & quæ notat ibidem Bartolus & reliqui Doctores in l. admonendi, ff. & in l. in bona fidei. C. de iureiurand.* Et ex hac causa etiam propter suspicionem prædictam coniectura quadam arguentem petitionem Actoris: Er rursum, quia ad Sacramentum Reum absolno, moderaui me ab eapensarum iudicio, sed compensui eas. Quod his causia subsistentibua sic fieri oportere, solus Dominus Lanfrancus satis declarat & probat *in repetitio. cap. quaniam contra falsam. in §. de expensis, de proba tio.* quando ibi tractat, quæ sint iustæ causæ litigandi, quæ excusent ab expensis victoriæ, &c. *Iunctis ibidem causis litigandi iustis, secundo & quinto, maxime, vt latius ibi videro licet.*

Neque obmurmuret mihi hic Reus, quod non absque omni onere & iuramento eum absoluerim, iuxta allegatam Regulam, Actore non probante, quæ Reum absolui iubet, Actote non probante: esto etiam nihil ipse præstiterit, &c. Quia suspicio illa, quam sopra enarraui, in causa fuit, vt iuramento tandem Reum ipsum absuluerem.

Neque hic iterum replicet Reus, leuem esse eam suspicionem, quasi ex societate præterita, ad petitionē Actoris nunc nihil argui possit, & quod generaliter ipse omnia Actoris narrata negauerit. Verum Actor petitioni suæ vltra nihil adiecerit. Ergo &c. quia fateor hoc. Sed & hoc satia est hic leue iudicium adesse, quod non pertingat eo, vt Iudicii opinionem generet, aut in semiplenam fidem eum adducat, alioquin etiam non Reo sed Actori suppletorium iuramentom deferendum esset, *vt pulchro hoc ita declarat præcipue Dominus Bartolus & reliqui Scribentes post eum in præallegat. l. admonendi. ff. de iureiurand quando pertractant quæstionem illam, cui deferendum sit iuramentum, &c.* Et vtcunque suspicio hæc leuia sit, & talis qoalis, quia tamen viro bono verum lotare sine periculo est, *per textum in cap. etsi Christus, ff. de iureiurand.* & idcirco vt suspiriunculam illam Reus expurgaret (vtque etiam nihil quo veritas inquireretur & pateret, omitterem, *cap iudicantem tricesimo. quæstio. 5.* nec haberet præterea Actor, de quo minuscule querreretur) oneraui Reum ipsum iuramento, quod cum iuris authoritate fecerim, *per ea quæ iam supra allegaui & probaui, per textum gloss. & DD. in cap fin. & in l. admonendi. ff. & in l. in bonæ fidei, Cod. de iureiurand.* patiatur & bene ferat Reus hoc meum iodicium, quo non eum grauo, sed exquisita veritate tantum litem ditimere conor & laboro. Neque rursum obsistat mihi Actor, quod offereotem & petentem illum iuramentom, non audierim, quoniam me Iudice hoc rationem non habet, qoinimo & ius contra est, quandoquidem Actore non probante, Reus absoluendus est: Probationibus enim eum vincere oportet resistentem sibi, non quod actionem seu commodum suum ipse sibi iuret, *quod supra iam claris text. demonstraui per l. qui accusare. Cod. de edend. & per text. in cap. final. de iureiurand. & probatur in l 3. in principio. ff de iureiurand.* Sed probationem tamen allegat Actor, scilicet confessionem Societatia quondam, & quod merces suas vterque ipse & Reus in eundem currum vni vectori imposuerint: sicque vt Rei ita & Actoria ipsius Coriū delatum sit in domum eiusdem Rei, & per illum venditum, & quatenus aliquid fidei hic deesset, supplementum iuratorium petit & offert, &c. Sed hæc probationem mihi non arguunt, neque perfectam, neqoe semiplenam, quare etiam necessario iuramento, quod semiplenas pbationes tantū supplet, locuā non est, *quod in terminis ita probat communis DD. sententia in supra iam alleg. s. quotis, sub titulo de iureiurand. ff. Codic. & in decretis.* Semiplenas qoidem probationes enumerat gloss. *in præ allegat. ll. in leg. in bonæ fidei, Cod & in leg. admonendi ff. de iureiurand.* & superaddunt Doctores ibidem (& præsertim D. Lanfrancus *in dicta lege admonendi,*) species illarum quasdam alias, vt numero illarum sint octo, † quæ semiplenam credolitatem indocant: & sont hæc, breui enarratione, scriptura domestica, literarum compatatio, fuga Rei, vnus testis, fama, confessio facta parte absente, confessio facta in tormentis, & quando testea deponunt tenorem visi instrumenti, eius tamen confectioni non intererant. a

Et illis tantum casib. vbi intentionem suam Actor semiplenam probauit. iura statuunt, & Doctores concludunt, in supplementum probationis illius, semiplene iuramentum per Iudicem deferri posse, & debere hoc, iura iurisiurandi iam supra citata manifeste probant, quare non repeto. Sed Actor noster hic nihil tale quid probauit aut deduxit, ergo à sufficienti partium enumeratione (quod validum argumentum est in iure, *vt notat Baldus in l. conuenticulam. Cod. de Episcopis & Clericis. & probatur argumentum §. omnium. Instit. de actionibus, & Instit. de iure personarum, in princip.*) iuramentom suppletorium illi deferri noo debet, neque potest de iure.

Quanquam autem Doctores vtriusqoe iuris sic numero quodam communiter, semiplenarum probationum species concludant, *vt ex scriptis eorum in supra allegatis quotis videro licet, & per Canonistas, per Panormi. & D. Bald. in d. cap. final de iureiurand. &c.* Mea tamen sententia hoc magis arbitrarium est, & in boni viri iodicio positum, quam quod regulis aut specierum enumeratione ea res plene tradi possit. Causa enim cognita ea res expedienda est (*sic inquiunt Imperatores Diocletianus & Maximianus in præallegat. l. in bona fidei. Cod. de iureiurand.*) Causa cognita, hoc est arbitrio Iudicis moderato ad varias circumstantias rerum gestarum, *argum. l. aut facta ff. de pœn. & cap. sicut dignum, de homicid. cum similibus.* Veruntamen etiam hac mea sententia, nihil tale quid Actor hic allegauit aut deduxit, quo animum meum in semiplenam credulitatem libelli sui attraxerit. (& firmiter mihi persuadeo sine dubitatione, quod neque cuiquam alteri bono viro, libellus aut cæteræ Actoris allegatiooes dimidiatam probationem arguant) & idcirco ioramentum illi deferre noo possum, communi Doctorum opinione obstante, & quia in supplementum semiplenæ probationis tantum deferendum sit huiusmodi iuramentum, vt supra probaui. Et habet hoc rationem, cum alioqui, si quid minus probatum esset, quam semiplene, & daretur Actori iuramentom, tunc de facto proprio plus etiam quam in alieno probaret: In facto enim alieno solus semiplene tantum probaret tanquam vous testis, vt supra patuit: sed hic adderet & perficeret hoc ipso minus semiplenam probationem, & insuper iuramento semiplene (& sic perfecte) probaret, hoc patet ad seosum. Sed hæc absurda sunt, & iuri contraria, nec admittenda, non etiam ad maximum, nihil plus quam

semi-

semiplena in facto proprio iuramento suo quis probare & supplere potest, *quod vtiliter concludunt & tenent Doctores in praallegatis quotis ord. sub titulo de iureiuran.* Ergo &c. Et hæc ratio præmissa est, Bart *in dict. l. admonendi, in quaest. illa, cui deferendum sit iuramentum necessarium. ff. de iureiuran*, vbi etiam in terminis subiungit id, quod supra conclusi. Et casu, vbi suspicio tantum adest, seu minus quid semiplena probatione, purgationis iuramentum Reo iniungendum esse, vt innocentiam istam testetur, & hoc Doctores ibidem sequuntur. Obiicit deinde Actor, quod bona fide hic negocia sua cum Reo ipso gesserit, quare aditum ad Sacramentum suppletorium patere sibi putat, nec altius aut subtilius rem esse perquitendam, & suadet hanc allegatioorem, *l. si fideiussor, in §. quidam. ff. mandati cum similibus.* Vbi
3 enim † de bona fide agitur, non congruit de apicibus iuris disputare. Sic loquitur textus ibi. Sed soluo obiectum hoc formaliter bina solutione: Primo, quod nullum neque bona fide, neque etiam stricti iuris iudicium Actori hic competit, nihil enim contraxit, neq; quasi contraxit cum illo, vt Acta nostra ipsa in lucem aoferunt. Sed extra hos casus contractus, aut quasi, ciuiliter, ciuilis Actio nulla aduersus alium competat. *Stat hoc in §. sequent. Institut. de obligation.* Frustra ergo hac bona fide Actor iuramentű petit, cum hæc vt qualitas sine substantia actionis subsistere non possit, *arg. l. 1. ff. de vsufruct. cum sim.*

Secundo soluo, Esto enim bona fides non bene patiatur apices iuris, fateor hoc, sed non eo sequitur, vt quis sibi ipsi in causa propria testis esse possit (tum maxime, vbi non alio argumento iam semiplene probanit, vt supra iam ostendi) quia & diuinum ius alienum testimonium requirit, nec proprium solum admittit. *Rotundus est textus de hoc apud Matthaeum capitulo decimo octauo.* Posito ergo, veritate tamen salua, etiamsi de optima fidei iudicio hic ageretur, tamen probare oporteret Actorem id quod conuentione sua proponeret probatione integra, aut semiplena, & tunc tandem delata conditione eam supplere & proferre: hoc enim non de apicibus iuris est disputare, sed veritatem inquirere, quod & diuinum & naturale ius simul requirunt, *teste Matth. vbi supra.* Et probo hoc vino satis simili, Ecce miles priuilegium habet, vt testetur quoquo modo velit & possit, *per textum in leg. Lucius. ff. de militar. testament.* sic & imperfectum valet testamentum parentum inter filios liberorum ipsorum fauore. *l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Codic. de testament. & in leg. final. Codic. famil. hereiscund.* Veruntamen etsi his casibus valeant huiusmod iudicia, nec requirantur solennitates iuris ciuilis, oportet tamen ea legitime probare, hoc est, communi iuris probatione per duos testes, vt *textus glossa, & Doctores id ita ibidem inquirunt, concludunt, & probant.* Et iterum, esto liceat quibusdam ius ignorare quandoque, vt fœminis, rusticis, & militibus, *per l. error. & l. regula. ff. de iur. & fact. ignorant.* non tamen rusticitati venia præbetur, vbi in ius naturale peccat & delinquit, *per textum in leg. secunda Codic. de in ius vocand. & in leg. prima. Codic. de interd. matr.* Sic & hic dico breui repetitione: Ius diuinum exigit testimonium alienum, nec proprium tantum admittit. Id probaui supra ex Euangelio Matthæi & idem dictant ius gentium & naturale. Quandoquidem etiam illud quod est de iure diuino, est etiam de iure gentium vel naturali, *vt probat textus in capitulo primo, & cap. secundo. in principio distinct. prima & notat id ita Bartolus in dicta l. admonendi, mihi, columna penultima. ff. de iureiurand.* Vtcunque ergo de bona fide ageretur, aut agi posset, probari tamen oportet id, quod actionis iure quis proponit, & petit, iure diuino simul & gentium & naturali id ita exigente. Sed nihil hic actor probauit plene, quod de se patet notorie ex actis, neque etiam semiplene, vt iam in superioribus probaui. Quo capite ergo ad iuramentum admitteretur, certe neutiquam video.

Vltimo loco hoc se iuuare conatur Actor, quasi priore interlocutoria iuramentum iam sibi sit datum: hoc enim omnia eius producta contendunt, quæ post latam hanc interlocutoriam obtulit, Reo id vbique negante & contrarium vrgente. Sed hic non nutu partium, sed aut iusta legis interpretatione, aut Iudicis declaratione res hæc decidenda venit. Sic enim verba Iudicis & sententiarum exaudienda sunt, vt ius ea interpretatur, aut Iudex sane declaret: *probat hoc plane Bart. in l. ab executore, in princ. ff. de appell. & D. Felin. in c. qualiter & quando el. 1. mihi colum. 15. & sequenti, de accus. cum concordant. copios. ibidem.* At quomodo hic nunc intelligendum sit id quod interlocutoria nostra de iuramento dicit, hoc iam supra patuit: Vbi enim Actor nihil semiplene probat, ibi iuramento suo non licet ei fidem supplere, *Hoc rotunde probat Bartolus vbi supra in allegata l. admonendi, mihi, colum penult. in fin. ff. de iureiuran. & est communis opinio DD.* Intelligi ergo oportet illa verba interlocutoriæ, quod licuisset Actori iudiciale iuramentum deferre Reo, & sic probationem extorsisse ab eo, quia sic ius hæc verba interpretatur, *vt patet in sæpe iam alleg. iam quotis sup. Et quæ notant ibi longe & late gloss. & Doctores in cap. final. de iureiurand. & in l. 1. in bonæ fidei. C. & in l. admonendi l. prima in & in l. manifeste. ff. eo. titulo. de iureiurand.* Et hoc iure modo interlocutoriam priorem declaro, neque alia etiam mens vnquam mihi fuit, sed iustam hanc interpretationem etiam tűc illis eisdem verbis de iuramento sensi, & nunc sic apertius eam interpretationem probo, & animum meum aperio & manifesto. Mouit autem singulariter, vt hæc verba de iuramento interlocutoriæ nostræ adiicerem: Constat enim, quia stricti iuris sunt sententię, ipsorum verba proprie sumi, *vt notat. Panormitan. in cap. auditis, de præscript. in 1 num. & concordans allegat. ibidem.* At proprie iuramentum non est probatio, *secundum glossam ord. in leg. cum de indebito. ff. de probationibus. Et notat D. Lanfrancus in dict. l. admonendi. in 14. conclu. ff. de iureiuran.* sicut etiam in simili dicitur de confessione quod nő est proprie probatio. *vt notat late D. Felin. in Rubric. de probation.* Ne ergo si probationis verbo tantum interlocutoriam dictassem, putasset aliquis exclusisse me iudiciale iuramentum consulte & prudenter, nominatim de iuramento adieci, subiungens etiam generaliorem clausulam post aliquot enumeratas species probationis, quia cum illæ perplures sint, *vt declarat & enumerat eas Specul. tit. de probationibus. §. videndum. part. 1.* à nulla illatum volui Actorem esse exclusum, sed petitionem suam omni specie † proportionabili pro- 4
bare posse, quod non arctanda, sed laxanda sit magis probandi facultas, *vt inquit textus in l. quoniam. in fine. Codic. de hered. cum similibus.* Verum ex hoc non vsurpabit sibi Actor iuramentum necessarium, aut decisorium, quia id tum iuri, tum etiam menti meæ omnino abalienum est & fuit, vt iam proxime supra declaraui & probaui. Non delatum autem sibi iuramentum per Iudicem, aut Relatum per Reum, Actor iurare non potest, imo suspicioni non mediocri se inuoluit, sibi non iussus iurare volens *contra legem ait Prae-*

tor

tor in princ. ff. de iureiuran. quod optimi argumenti vice iuuat id quod notat Batt. *in l. vxori. §. qui se filio. ff. ad leg. Cornel. de fals.* quod testis, qui vltro se offert, suspectus est, & dictum eius non valet: sic & hic non nisi suspecte iuramentum Actor offert, tum præcipue, quando nihil semiplene probauit, *per ea quæ supra ex ordine dicta sunt & probata.* Et per ista, puto, supra conceptam sententiam satis esse roboratam de iure, & responsum etiam esse per substantiam & effectum omnibus, quæ per aduersarium in contrarium allegata sunt, aut etiam allegati possent. Et ita consulo & concludo ego N.N. in hac causa, & super actis mihi transmissis, ad hoc requisitus à sapientibus & prouidis Dominis Iudicibus huius causæ: Saluo semper cuiuslibet melius sentientis iudicio: & in rei testimonium, manum & signetum meum hic supposui, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui est misericors & multum misericordiæ Dominus, & verax in misericordiis, omnibus in se confidentibus: qui sit benedictus in secula seculorum, Amen.

Veluti supra deductum & conclusum est, ita de iure interrogatus, adsero quoque & adfirmo ego Iustinus Goblerus Goarinus, Iurisconsultus, Illustris Principis Erici, Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis Cõsiliarius, & eiusdem Curiæ Mundensis Iudex ordinarius: alterius tamen sententia & iudicio, melius nimirum sentientis, semper saluo.

Eruditione & Prudentia Ornatissimo viro D. Adamo à Merula, Patritio & Aduocato Confluentino, amico veteri, Iustinus Goblerus Goarinus Doctor, Iureconsultus, & ciuis Francofurtensis,

S. P. D.

QVod pro rè & persona mea, Ornatissime vir Domine Adame, quondam contra Rechiotum arrestantium insolentiam & temeritatem te obsidem & sponsorem constituisti, quanquam tantum operæ illa lis & controuersia precium, tantiue momenti tunc non habebat, tamẽ eo facto tua erga me perspecta atq; declarata est singularis beneuolentia & humanitas, vt qui amicum & commilitonem veterem non volueris quicquam discriminis aut periculi extra culpam pati. Idque non modo iunctam nostram amicitiam hactenus conseruauit, verum etiam meritorum vicissitudinem & gratiam maiore cumulo, studio, & beneuolentia auxit. Sic arbitror antiquitus de eo, qui amicum opportuno quopiam beneficio iuuit, vere dictum esse, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Cuius diuersum hoc est, quod iidem Græci alio verbo aiunt, ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος. Idque nunc mihi accidisse video in illis pectinibus seu Rechiis arrestantibus, qui sua improbitate, effreni audacia & maleuolentia contra me ibi metere (quod dicitur) conati sunt, vbi nihil seminauerunt, 200. aureos inique postulantes, quum ipsis ne teruncium quidem seu obolus à me iure deberetur, vt hic videre est in his clarissimorum & doctissimorum virorum responsis, seu consiliis, quæ propterea tibi iam hac editione nominatim inscripsi & dedicaui, vt tu obses seu sponsor meus ad tela illorum scutum quoddam & obicem nostræ defensionis haberes, & alii boni viri & æqui Iudices contra illos ius nostrũ adserere non grauentur aut dedignentur. Contractus enim ille empti plaustri vini reditus annui cum pacto retrouendendi seu reemendi, scilicet quandocunque venditoribus Dominæ Stubenæ eiusque conuentui visum esset placuissetque redimere, iam olim ante 40. annos fere initus, paucis post annis, vtpote octo vel nouem ad summum, oblatione facta, & restituto precio, resolutus est, sicque ex contractu illo distractus factus. Pactum enim, aiunt Iureconsulti, quod coherentia contractus vestitum est, siue confirmatum (quemadmodum præsens pactum nostri negocii, de redimendo quandocunque venditoribus reluere visum fuerit, vt dictum est) tantisper vires habet, quandiu principalis contractus, cui est appositum, suas vires retineat: quando vero oblatum est precium, seu emptionis pecunia restituta emptori, contractus totus tollitur, & fit distractus, quemadmodum fieri æquum est in redemptiuis & resolutiuis contractibus. Nihil enim tam naturale est, vt inquit Vlpianus, quam eodem genere quodque dissoluere quo colligatum est. Idem Iureconsultus *in l. obligationum. ff. de act. & obligat.* docet, quamuis vsusfructus aut fundi reditus ex stipulatione promittitur, tamen obligationis eius substantiam in eo non consistere respondit, vt seruitutem nostram faciat, sed vt nobis sponsorem obliget ad præstandam seruitutem: vbi sub apposita conditione redimendi quandocunque venditoribus placuerit reditum plaustri vini redimere &c. ea conditione pactoque in continenti contractui addito, non nisi personalem parari vel fieri actione, quæ ad res mobiles & in personam obligatam detur, quę quidem persona quotannis, donec pensio illa redempta non fuerit, dare, facere, vel soluere tenetur. Et sic est pensio illa, non in corpore vel pignore, seu re immobili, sed in persona debitrice obligata, pensionem illam plaustri vini præstare pollicita, eo quod personalis obligatio sit propter pactum de retrouendendo appositum: quæ nimirum obligatio à corpore, vel à fundo vel pignore non pendet, sed vt dictum est, à persona obligata, videlicet Domina Abbatissa Stubena, quæ & ipsam pensionem plaustri vini intra octennium aut nouennium, suo ex arbitrio, & conuentionis lege oblatione bis facta, pracioque ducentorum aureorum restituto redemit & exoluit, eo maxime, quod Domina venditrix, ipsiusque Conuentus eiusmodi annalem plaustri vini præstationem grauem sibi & onerosam, adeoque molestam & damnosam sentiret, quam ipsa tamen initio indigens pecunia, à Doctore quodam Vlricho Fabricio Confluentino, & Heduige coniugibus emptoribus exorasset & impetrasset, ergo & eo onere, molestia, seu grauamine rursus leuata, & liberata voluit esse, prout ex ipsius literis oblati simul & restituti precii ad Heduigam defuncti vxorem superstitem liquido constat, patetque. Nec dubium est, quin hic contractus fuerit licitus, & pactum de retrouendendo licitũ, videlicet cum plaustri vini reditus emitur ea lege, vt quandocunque vel quotienscunque venditori visum fuerit, redimere pensionem possit, quam, ni fallor, cõtractus speciem, veteres videntur ἀντίχρησιν dixisse, vel saltem speciem τῆς ἀντιχρήσεως esse, si quando videlicet pro exposita pecunia in annuam pensionem aliquam seu reditum fructus oleum, aut vinum præstatur, cum pacto redimendi, tam diu, donec sors ipsa, seu precium, vel emptionis pecunia emptori restituatur: de qua contractus καὶ τῆς ἀντιχρήσεως specie non raro Nouellæ Constitutiones meminerunt: & quidem vir optimus & doctissimus Constantinus Harmenopolus, quondam Thessalonicensium Græciæ vrbis Nomophylax, [Proprætor & Iudex in suo ἑξα-

βίβλῳ

βιβλίῳ (quem nos Germanice noper vertimus, & D. Maximiliano II. Rom. Imperatori nostro clemeotiss. dedicauimos) Marcianus idem Iureconsultus eo verbo (ἀντιχρήσει) vtitur, *in l. si is qui. §. 1. ff. de pignoribus, & in l. si pecuniam. ff. de pignor. act.* Si quando in vsuras (inquit) creditor fructus pereipiat: Hoc enim pacto de redimendo, quandoeunque venditori liber, in eontinenti interposito, Impediri dominii translationem affirmari non posse putant, *propter l. 2. Cod. de pact. inter empt. & vend.* Atque huiusce conuentionis non obseurum exemplnm tradit Imperator Iustinian. *in Nouell. Constitu.* 160. vbi somma quædam pecuniæ ex legatis Aphrodieosi eiuitari relictis collecta, ne quando ea periret, à Magistratibus ita collata fuisse traditur, vt qui eam pecuniam suscepissent, pensionem aliquam eo nomine Reipob. singulis annis persoluerent, quanto tempore pecuniam illam penes se habuissent. Facit igitur isto in loco, Imperator magnum inter murui, & annuę præstarionis eootractum discrimen & differentiam, eam scilieet, eum in mutuo sots alienatur, ita tamen alienatur, vt debitoris obligatio semper eam debitori, cum illi videbitur seu visum etit, præster, hoe est, vt sors in omne tempus salua & integra ereditori remaoeat: contra ve ro vsitata conuentione, ipso stipulationis momento sors ei deperit, à quo data est, adeo, vt eā neque vllo iure, neque vlla obligatione, quandiu reditus penditur, reuocari possit. Atqui in nostro casū plaustri vini peusio annua, seu teditus, sub redimendi lege & conditione seu pacto venditus, temporaneus plane, hoc est, redimibilis, seu resolotiuus, & eeu momētaneus redditus fuit, & propteroa ex eo tedacta pecunia, seu precium ipsnm restimrum & exolutum superstiri vxori paciscenti, omuino res mobilis seu inter mobilia existimatur, præleitim cum Rechii arrestantes ipsi pecuniam illam ex eadem pensione & tedemptione solutam, deinde quoque mutuo datam, & sie rem mobilem factam esse fateantur. Quin & sancit ibi dictus Imperator, vt qui id auri pereeperunt in hoc, vt pensionem aliquam pro eo persoluant Reipubl. singulis annis, quoad illud penes se autum habuerint, cōferre compellantur id, quod pro eo se illaturos eonstituerant. &c. Et sie vtique est in his pensionibus, pręstationibus & reditibus cum pacto retrouendendi seu reemendi quandocunque &c. apposiro emptis, & sorte seu emptionis precio intra breue & legitimum tempus, non præscriptibile, restituto redemptis, pecunia illa non res immobilis, sed mobilis, atq; ipsa actio pro ea, personalis, quæ cum persona contrahente expirat, proprie existimatur: *id quod apertissime Vlpianus docet in d. l. obligationum. ff. de actio. & oblig. &c.* Quæ cum tā in huius materiæ & tractationis argumento, tibi chariss. domine Adame, tanquam spōsori & amico veteri in memoriam reuocare vellem, hæc ipsa iuris collectorum responsorum editione & occasione inuitatus, nequaquam importuna ducas, oro: nosti enim meam erga te voluntatem ex antiquo, nec amicitia vetus (vt aiunt) indiget testibus, cum istic nemo non sciat, summam quondam inter nos necessitudinem & amicitiā intercessisse, quam ab initiu communionis studiorum olim sic iostituueramus, vt io hunc diem integram & inconcussam cōseruanerimus, adeo quidem, vt nihil familiaritate nostra fuerit & sincerius & coniunctius. Quapropter fieri non potuit, quin nostram distractioem aliquando, vt mihi persuasum est, ægre tuleris, certe mihi illa sæpe acerba fuit, dum varie & moleste iactatus interea fido & charissimo amico caruerim. Quæ peregrinationes meæ, seu mauis ærumnas & exilium dicete, etiamsi noo opulentum vel doctum me reddiderunt, attamē seniorem fecetunt. Neq; te tuorum Præceptorum pœnitet scio, Menradi Moltheri, Ioann. Synapij. Ioann. Sichardi, Symonis Grynęi, Henrici Glareani, Bonifacij Amerbachij, Philippi Melanthonis, Hieron. Schurpffij, & aliorum multorū, qoorum iam nullus est in viuis. Hæc cum ego, Adame charissime, apud me cogito, eogito autē frequenter, eerte in hoc mundi Oceano repens & oberrans, votum Deo facio, vt tandem omni prætemauigata Syrte, Scylla, & Charybdi, secundis ventis in portum Christi applicē atque delabar. Quo me eompellit ætas iam sexagenaria, & valetudo afflicta, oee, vt olim firma vegetaque: quin vt multa nune sui parte cœpit laborare, ita ingrauescenre rorpore vis quoq; animi & vigor aliquanto frangitur, indiesque magis atque magis debilitatur, vt recte vereque ab antiquo dictum sit, Senectutem ipsam morbum esse. Quod equidem hactenus si non eredidissem, attamen re ipsa nuoc & in eorpore meo quotidie experior verum esse, minimeque falso vetustatem verba illa vsurpasse & protulisse: ideoque magis magisque incipio expetere liberari ex hoe mortali & ærumnoso corpore, quasi à carcere. Ad quam recitationem hoc tempore, cum vetus consuetudo & familiaritas nostra, tum dulcis amieitiæ recordatio iam me pertraxit, tuumq; erga me perpetuum studium & beneuolentiam, constanter retineas velim, ac bene valeas, Adame charissime, cum tota domo tua, quam amanter saluto, & alios nostri amantes omnes: nominatim autem & millies Viruicellom nostrum. Honorabiles itē Dominos, Ioannem Castnerum, & Ioann. Hemspachium, quondam meos in literarum studiis; alterum Moguntiæ, alterum Erphordiæ, commilitones & socios charissimos. Rursus vale.

Datum Francofurti ad Mœnum, calendis Februariis, 1565.

ORNATISSIMO, DOCTISSIMOque viro D. Iustino Goblero, Goarino, Doctori, atque Cancellario Monasteriens. Episcopi, domino & amico suo obseruandiss. Gerardus à Vuelfeldt, Iuris Licentiatus,

S. P. D.

REmitto, vir eximie, ante biduum transmissos ad me articulos, Iuris censura, quod poscis, enodatos. Quod si à facti veritate non est aberratum, hæc responsa, quamuis rudi Minerua scripta, iure tamen scripto fundata, existimo: penes te tamen esto iudiciom. Vale, & me tuorum in numero habere perge. Explicatius deducere materiam transmissam superuacaneum duxi, satis putans capita diiudicationis attingere, tum quod oeeupatior in præsentiarum sum, tum etiam quod docto per se hæc præmeditata habenti scriberē. Iterum vale, & me Priocipi, q facis, cōmenda.

Articuli, Iuris scripti autoritate resoluendi, proponuntur huiuscemodi tenoris. Primo, an pensio plaustri vini annua eum pacto retrouenditionis, stante matrimonio empta, sit mobiliū, an immobilium bonorum loco censenda.

Secundo, altero coniugum, marito scilicet, decedente, nullis liberis extantibus, an vxor superstes censeatur in huiusmodi pensione durante matrimonio empta, vsufructuaria tantum, an magis proprietaria.

Reso-

Resolotio primi articuli: siqoidem talis teditus annui, seu pensionis venditio vnius plaustri vini annui ex corte Monialium Stufarum in pago Ernst prope Mosellam situato, cum pacto retrouendendi ac redimendi quandocunque & quotiescunqoe Monialibus venditricibus libeat, restituto precio, 200. videlicet aureorum Rhenensium facta est, idque non ad certum deputatum, modicum, vel longum tempus, sed, vt dictum est, quandocunque & quocunque tempore Monialibus venditricibus libeat vel placeat, prout etiam intra 8. aut ad summam, intra nouem annos mrie cōtinue secutos, precio oblato, tetrouenditus & redempius fuit de facto. & superstiti vxori Heduigi paciscenti principali ementi, precio restituto illo 200. aureorum, quos deinde eadem Heduigis constante matrimonio secundo; cum Doctore Iustino Goblero per nnuationem contractus, cuidam nobili fœmioæ Margaretæ dominæ in Spurckenburg mutuo dedit, vbi eam pecuniam sic mutuo datam, prioris defuncti, videlicet Doctoris Vlrichi Fabricii (vulgo Windenmachers) Confluentini, præ:ēsi ab intestato hæredes, vulgo die Paul Rechs Erben zu Coblentz nuncupati, arrestauerunt, vt in actis ex atresto illo patet, prætendentes eam peconiam seu precium redemptum, pro reimmobili, & non mobili (cum omnia mobilia superstiti vxori Heduigi ex consuetudine loci, videlicet oppidi Confluentini, seu iure municipali, debeantur) censendam esse. Primo itaque constat; reditus annuos non temporales, sed perpetuo debitos, immobilibus æquiparati. At qoi breui statuto tempore fiant, quippe sint temporales & redimibiles cum pacto retrouendendi seu redimeodi quandocunque, vt in præsenti casu nostro, pro mobilibus vtique reputantur, *cap. querelam. de elect. l. iubemus nulli. & ibi Bart. in princ.* C. *de sacrosan. eccles.* Quod tamen Andreas Alciatus intelligendum putat, vt si dies solutionis iam cessit, incipiantq; iam deberi, tunc mobilibus æquiparentur, nam ex quo actio pro illis iam debitis competat, videntur res ipsæ baberi, alioquin immobiliū potius similitudinē in illis probat *Pro hac sententia Bar. videatur etiā Bal. in c. 1. de feu. cognit.* Et *idē fusius hac tractās in l. priuilegia, & in Aut. ingressi,* C. *de sacrosan. eccles. Ab Panor. in c. nulli. de rebus eccles. non alien. &c.*

Ergo reditus plaustri vini, præsentis quæstionis, nō perpetuus, sed redimibilis, prout etiam redemptus est, & tam diu saltem doraturus. donec precio restituto redimatur. quod quandocunq; venditricibus Monialibus Stufanis ex pacto conuento licuit, habetur inter bona mobilia. seu res mobiles. vt decidit Baldus *in l. hac edictali. §. hu illud col. 2. vers. annorum.* C. *de secundis nupt.* pro quo allegat text. *in l. fi. ff. quorum bonor.* vbi interdictum, quod datur ad immobilia, non datur ad prædictos reditus, tali modico tempore fiuituros. Et *idem tenet in l. si certis annis. in fin. C. de pact. & Federicus de Senu, in consi. 12 alias 122. & Bald. in c. 1. § 1. vers. quarit Dominus Federicus, de cog feud & Alex. in addit. ad Bart. in leg. mouentium. ff. de verb. sig. & Card. Alex. in d. c. 1. col. 2. vers. in annum prastat. Adde Ioan. de Anania. in c. in ciuitate. &c.* Nec attenditur destinatio, nempe quod semel illi 200. aurei ad reditum annuum plaustri vini cum pacto redēptionis quandocunque & quotiescunque &c. ab emptoribus partibus principalib. paciscentibus destinati fuerint: quæ destinatio hoc casu non babetur pro facto, *Bartolus Socinus, in consil. 15. & Lud. Rom. in suo sing. 103. incip. Tu habes, &c. & ibi Baptist. in addit. & Andreas Barba. in Rub. de rebus eccles. non alien. chart. 14. num. 192. & in c. insinuatione, nu. 5 de feud. &c.*

Sic cum vtriusqne coniugis, videlicet Doctoris Vlrichi & Heduigis vxoris nomine talis reditus vini initio cum pacto retrouendendi ac redimendi quandocunque libuerit, fuit comparatus, si verba eiuscemodi contractus venditionis & pacti conuenti, certe expēdantur, ambos coniuges coniunctim concernunt, ita; vt conoentionis placita seruentur, cum Ius huic contractui non resistat. Et hoc casu, quia cootractus ex partium conuentione legem accipiunt, *l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi,* habeat superstes coniunx, oempe vxor Heduigis, matrimonio per mortem mariti Dn. Vlrichi soluto, talem coemptum & redemptum reditum totū, tam iure dominii & proprietatio, quā consuetudinatio seo municipali, præsertim liberis nullis ex eo matrimonio existentibus: Et pacta quidem conuenta nou egrediuntor personas hoc casu, nec extenduntur ad tettiam personam. Et ita respondi ego (inquit Zasius) & credo me obtinuisse, quod imo heredes prioris mariti teneātur soluere dotē, & lucrū antenuptialis donationis secūdo marito D. Iustino, nō iure pacti; sed iure successurii debiti: quæ sunt singulariter notanda.

Proinde, quia reditus qoæstionis initio per pactum retrouendiiionis quandocunque redimere libeat, emptus & rursus redemptus, preciumque mutuo datum, & res mobilis facta sit, partique paciscenti principali, superstiti vxori restituta, ad quam omnia mobilia de iure municipali referuntur & spectent, nulli dubium sit, quin pecunia illa ex reditu redempta, & superstiti vxori restituta, illius propria sit, maneatque; nullius; nedum prætensorum heredum contradictione attenta: In confesso enim & indubitati iuris est, annuos reditus cum pacto retrouendendi quandocunque h. e. breui tempore duraturos, mobiliom nomine venire censendos: Contra vero, qui perpetuo debentur, immobilib. vt supra dictum est, æquiparati: quod post alios ipse quoque Alciatus, ita intelligendum esse putat, nimirū vt si dies cessit, incipiantq; iā deberi mobilib. equiparētur, nā cū actio inde cōpetat, videtur res ipsa haberi. Idē animaduertendū monuit, ꝙ ex sentētia *Iul. Paul. l. si chorus. ff. de le. 3.* mobilib. legat. manifeste possit ostendi. Tū & priore cōtractu p preciū, ex pacto retrouendirionis solutū, abolito & abrogato, nouatio & immutatio facta est, & ea ipsa pecunia iu mutuū commutata, vbi ꝑtensi beredes (die vermeint Pauls Rechs Erbē) eā temere arrestauerūt, quid n. nouare aliud est, q̄ prioris precii seu debiti obligationē in aliā, vel naturalē, vel ciuilē, traosfūdere? *l. 1. ff. de no. l. cū Aqu. ff. de trāsa. l. ex chirographis. ff. de admi. tut.* Fit quoq; nouatio, cum vel ꝑsona, vel cōditio, vel dies, vel fideiussor innouatur, vti in pręsenti causa sępe factū est, *astipulante Bar. in d. l. 1. de noua. & in l. fi. C. de vsur. re. iud.* Ergo preciū illud 200. aureor. ex cēsu plaustri vini, & quidē pecunia illa mutuo data, tanq̄ res mobilis, superstiti vxori debebatur: Tum etiā ꝙ illa obligatio redit⁹ empti ꝑsonalis fuerit, nō realis, ꝙ quidē multa ꝓbatione iā nō indiget, extat n. *in l. vlt. §. vlt. ff. de cont. emp.* in hac ipsa quæst. Scæuolæ respōsum satis ꝑspicuū atq; disertū, vide. ꝙ talis cōtractus seu obligatio redemti redit⁹ mere ꝑsonalis sit, quoniā personæ, vtpote supstiti vxori, Heduigi semel & initio obligatæ adhæreat, neq; rē aut rei possessorē comitatur; quare & precium illam, seu pecunia ex reditu restituta, tanquam res mobilis, vt ostensum est, sequitur.

Atq; sic de iure censendū esse arbitror ego Gerardus à Welfeldt, Legum Licentiat. & Cap. Monasteriensis Aduocat. Saluo tamen alterius cuiuscunq; meliori iudicio.

CLARISSIMO SIMVL ATQVE Doctissimo viro D. Iustino Goblero Goarino, J. V. Doctori, & Nassauiensi, &c. Consiliario prudentissimo, Domino atque amico suo inter primos obseruando, S.D.P.

RE&te scribis, doctiss. simul atque optime D. Instine, Principum diffidentiam subditos etiam quodammodo afficere, atq; à veteri illa cõsuetudine etiam amicos paulatim retrahere, qui licet candide & pro sua animi libertate nihil non aperte, ac sine vllo adfectus incendio inuicem versari velint, possintque: sunt tamen semper, qui innata sua libidine atque deferendi cupiditate illud pessime vertant. Vnde dici non potest, quantum mihi desiderium multis iam annis fuerit, causam hanc videre compositam, quæ vt diutina, ita toti Imperio quoque formidabilis esse, poterat videri. Quapropter Principibus nostris summe gratulor, vt qui non solum quod priuatum est, considerantes, negotium illud semel transigere permiserint, verum etiam publicam veritatem ob oculos habentes, eo respexerint, vt pacis quietudinisque studium apud posteritatem etiam stabiliri posset. Neque dubito, quin Deus Optim. Max. vota hæc Principum in maiorem quoque pietatis progressum sit excitaturus; vt domesticis rebus sic pacatis, atque in portum, quantum in hac vitæ tenuitate fieri poterit, reductis, animos suos ad Christianum orbem propagandum sedulo conuertant: quod vti fiat, omnes precari non cessabimus. Ad ea, quæ mihi executienda proposuisti, quod attinet, occupationes non multum deliberationis mihi permiserunt; ne tamen pro ignorantia mea nullum tibi morem gerere, & veteris inter nos amicitiæ tesseram omnino reiecisse videri possem, nonnulla adieci, quæ si non omnem scrupulum excusserint, cogitabundum tamen reddere te valeant, vt tandem pro iudicio tuo, quod in te non vulgare esse scio, atque iuris cognitione, ipse prudenter statuas, quid per legem atque etiam æquitatem in his fieri conueniat: quem meum erga te animum, vt boni consulas, vnice opto. Vale, & Principi tuo, si quando occasio sese offert, me, ceu mancipium ad iussa paratum etiam inter canos illos, commendare; mihique amicus esse perge. Datum Marpurgi ex Musæo nostro 19. Iulii, Anno 1557.

Tuus Ioannes Ferrarius Montanus.

AD primum quæsitum quod attinet, Annuos reditus inter immobilia, seu bona, quæ soli sunt, haberi, iuris est expediti, *in l. iubemus nulli. vbi & gloss. super verbo, annonas C. de sacrosanctis Ecclesiis. authentic. de non alien rebus Eccles. §. vult enim. ver. aut ciuiles annonas. in Clement exiui de paradiso. §. cum annui reditus. de verb. signi. & respondet Alexand. consil. 85. ver. stante ergo. volum. 7. Ad. de Vigel. decis. iur. contro. cent. 1. q. 1. vt reliquos prætermittam.* Id tamen, quod ad eam distinctionem accipiendum est, quam Doctores, & eos secutus Alcia. *in l. mouentium, ff. de verb. sign.* temperamenti loco adiiciunt, vt si reditus illi perpetuo debeantur, immobilibus æquiparati debeant, si vero breui tempore sint duraturi, mobilibus. Pro indubitato tamen esse, si dies solutionis cessit, vt deberi incipiant, inter mobilia censeri, vti & Canonistæ *in c. querelam. de elect.* tractant, vbi etiam Zabatella *in 4. oppositione* ait, pensionem esse quandam præstationem personalem. Bald. quoque *in cap. 1. §. sciendum est. de feud. cognit.* hanc quæstionem ex Frider. de Sen. & Cyno restricat, tandem concludens, si quando annalis præstatio mere personale debitum contineat, mobilium numero haberi. Idem *in c. 1. ver. oppono quod quæstio non procedat. numero quinto.* decimas inter immobilia computari adserit, quia immobilibus adhærent, & stabile subiectum habent, quod & in aliis annuis & perpetuis præstationibus locum habeat, vti sunt annonæ ciuiles, &c. Ex quibus semota omni disputatione respondendum arbitror, idque secundum ea, quæ adhuc proponerentur, etiamsi sors illa seu pecunia ducentorum aureorum, dum in hypothecis subiectum haberet, inter immobilia censeri cui videretur, quod & in nonnullis locis moribus receptum esse scimus: quia tamen propter redemptionis interpositum pactum, quam creditor, quocunque ad hoc præscripto tempore, expectare cogebatur; breui tempore deberi visa est, à perpetuitate aliena, mouentium appellatione in dubio venire videtur. Deinde atque ex alio capite, quãdoquidem post luitionem illam factam, pecunia illa rebus, quæ soli sunt, inhærere desiit, sed ad Heduigam peruenit, etsi debitum factum sit, personale est, & mouentium erit numero, tantum abest, vt pro immobili habeatur.

II. Consequens igitur est, pecuniam illam in reditus expensam à re, in qua subiectum habebat, redemptione auulsam, & Heduigi contigisse, neq; pretii numero esse, vt in rei locũ succedat, neq; naturam sapere eius, quod pignori datum erat: ex eo, quod res illa non est perempta, vt in subsidium pretium reciperet, neq; in vniuersali iudicio negotium controuertitur, quib. casibus pretium rei loco succedere conuenit, *l. mater. C. de iudic. l. si rem & pretium. vbi Bart. quoque. ff. de pet. her. Bal. in l. venditor. ff. de hered. vel act. vend.*

III. Neque heredibus ius quæsitum à morte D. Vlrichi Fabricii, contra vxorem in hisce rebus videri posset, vt quæ pignori tantum erant apud debitores relictæ, quibus facultas erat luitionem facere, quod & factum est. Sed & Heduigam reditus post defunctum maritum vsucapere, & sortem recipere permiserunt, ex quo capite exceptione submonerentur, etiamsi iuris aliquid vindicare contenderent. Sub hac autem conditione oporteret ius sibi vt successores vniuersales quæsiisse, si bona illa non essent redempta, modo iuris quæsiti appellatione venit, quod pure quæsitum est, vtrunque in casum aliquem differatur, vti in feudo antiquo, atque id genus aliis rebus respondemus: *accedit l. si ita scripsisset ff. de legat. 2. & habet Ludoui. Roman. consil. 152.*

IV. Non admodũ referre puto, breui an longo tempore reditus annuus steterit, quando perpetuus non erat, vti in 1. quæstione est relatum. Insuper, ius redimendi facit, vt breui stetisse videri posset, per locum à contrario sensu. Præter hoc, quod tempus non est modus inducendæ vel tollẽdæ obligationis, *l. obligationum fere. §. placet. ff de oblig. & act.*

V. Quandoquidem pecunia illa non inhæret rei, vt sortis nomen habeat, sed Heduigi per luitionem pignoris contigit; non secus atque præstatio propter temporis lapsum, aut cessum diem inter mouentia haberi debet, *per Alexandrum & Doctores in dicta l. mouentium.* & hoc ad similitudinem fructuum separatorum,

qui feudi pars non ſunt, ſed inter mouentia exiſtimantur, *l. fructus pendentes. ff. de rei vend. tradit Fel. in l. ſi fur. ff. de vſufructu. & Durandus in titul. de fructibus & intereſſe. §. 1. verſ. ſed pone.*

VI. Nihil referre video, ſi dimidium pecuniæ Hedwigis fuerit: nam & hoc forte heredes admittent, alterum dimidium petentes, cuius etiam ex hoc capite non tam cauſam habere videntur, quod Hedwigam à morte mariti reditos illos vini longo tempore accipere, adeoque vſucapere ſunt paſſi, quando rem, quæ ſoli eſt, longo tempore, eam vero, quæ mobilis, triennio vſucapi ſit conſtitutum, *l. 1. C. de vſucap. transfor. & §. & ideo conſtitutionem. Inſtit. de vſucap.*

VII. Si quando præſtatio illa annua vini defuncto Vlricho Fabricio, redempta ſit, & pecunia vxori, ſeu viduæ relictæ, numerata, non video, vt de contractu admodum ſolliciti eſſe debeamus, vt qui iam ſolutus eſt, cum recepti ſit iuris, ſi in eum caſum res redigatur, à quo incipere non poterit, extingui obligationem, *l. exiſtimo poſſe. & l. pluribus rebus. cum ſimilibus. ff. de verborum obligation. & habent Bartolus atque Paulus de Caſtr. ibidem eleganter.*

VIII. Marpurgi, atque in adiacenti ditione moribus introductum eſt, vt pecunia non ſolum in annuas præſtationes, ſaluo iure redimendi, collata, ſed etiam pignora ipſa inter mobilia habeantur, eaque coniuges ſine liberis defuncti ſibi inuicem perpetuo deferre ſoleant: Secundum quam conſuetudinem in iudicio etiam vtcunque contradictorio pronunciatur. Veruntamen Gulielmus iunior Haſſiæ Landtgrauius ordinationem quandam prouincialem promulgauit, Anno 1497. in qua eſt, vt ex duobus coniugibus, ſi alter ſine liberis diem ſuum obiiſſet, alter in omnibus bonis, quæ vel alter alteri attuliſſet, vel ſtante matrimonio cõparaſſent, ſuperſtes vſumfructum retineret: & eo etiam defuncto, ad vtriuſque coniugis heredes dimidium taliſmodi bonorum deferatur: verum non audio, illud vnquam fuiſſe in vſu, quando ſecundum eam obſeruationem, cuius mentionem fecimus, iudicari ſoleat.

IX. Si loci conſuetudo prædictam Hedwigam minus tueatur, aliis iuuari poſſet, nempe, vt diſpiceretur, quænam ſint pacta nuptialia, ſi donatio propter nuptias ab heredibus ſoluenda adhuc ſit: aut ſi vxor non tam locuples relicta, quando omnium bonorum quartam partem, aut triuncium habere debeat, & ſic pecuniam quæſtionis compenſare detur, *per authenticam, de exhibend. & introducend. reis. § quoniam vero. & authentic. præterea. C. vnde vir & vxor. & habet Matthesilanus cum Bolognino in poſtremo tractatu, de ſucceſſion. ab inteſtato.*

1. Summatim igitur & breuiter in hoc caſu ſic colligo & concludo, pecuniam ſeu pretium ex penſione redimibili redemptum non poſſe inter immobilia, ſeu bona, quæ ſoli ſunt, cenſeri vel haberi.

2. Ad hæc temperamentum illud, & diſtinctionem Doctorum, inter annuos reditus perpetuos, & breui tempore duraturos, atq; etiam ex pacto retrouendendi redemptos, in caſu noſtro cumprimis perpendendam & obſeruandam eſſe.

3. Pro indubitato etiam eſſe, ſi dies ſolutionis reditus ceſſit, vt deberi incipiat, vtique inter mobilia cenſeri.

4. Eſt item penſio, præſtatio quædam perſonalis: Quod ſi vero annalis præſtatio mere perſonale debitũ contineat, mobilium numero potius cenſeatur, Huius autem penſionis plauſtri vini præſtatio minime fuit octennalis, nedum decennalis, ergo non fuit perpetua, neque in numero immobilium, ſed imo mobilium rerum habenda.

5. Pecunia ipſa 200. aureorum ad annuum reditum plauſtri vini cum pacto retrouendendi quandocunque, &c. collata, reſtituta eſt parti principali contrahenti & paciſcenti, idque intra paucos annos, vt ſupra dictum eſt. Ergo penſionis ipſius præſtatio à perpetuitate re ipſa, ipſoque facto aliena fuit, & mobilium nomine cenſeri debet.

6. Reditus autem redemptionis interpoſitũ pactum, redemptione ipſa actualiter ſecuta, facit vt penſio & præſtatio illa plauſtri vini omnino breui tempore deberi viſa ſit, & pro re mobili putanda.

7. Cæterum & pecunia illa 200. aureorum poſt binam factam denuntiationem redemptionis, oblato pretio vxori Heduigi ſuperſtiti, à Monialibus venditricibus ſoluta eſt: ſicq; illa pecunia, rebus, quæ ſoli ſunt, inhærere deſiit: Et ſi debitum ſit, perſonale eſt, & mouentium rerum loco eſt & numero, atq; vxori Heduigi debetur, &c. vt ſupra deductum eſt.

Quod ita ego ſupradictum conſulens in hac cauſa cenſeo, & iuris eſſe, dico Ioann. Ferrarius Montanus: ſaluo tamen cuiuſcunque melius ſentientis iudicio.

CLARISSIMO VIRO D. IVſtino Goblero Goarino, Iureconſulto, Comiti à Naſſau, &c. à conſiliis, Domino ſuo obſeruandiſſimo, Dillenbergæ, S. D.

Redditæ ſunt mihi ſtatim poſt nundinas literæ tuæ, vir conſultiſſime, in quibus præter eximiam & inſignem cum eruditionem, tum humanitatem ſingularem, te noſtri, rerumque noſtratum, ſtudioſiſſ. eſſe, non ſine voluptate ſumma animaduerti. Status igitur & conditio rerum noſtrarum eiuſmodi eſt, vt ſuſcepti laboris & ſumptuum neutiquam me pœniteat: nam collegas mihi coniunctiſſimos, & mei amantes habeo, Principem clementiſſimum: ciues item & auditores ad omne officii genus pronos. Etſi autem in publico docendi munere, quo hactenus ſum functus, ita me geſſerim, vt non exiguam de me ſpem conceperint omnes, tamen cum cauſis patrocinari in vtroque iudicio hic nuper cœperim, & negotiorum mole obruar, vt illud profitendi munus mihi deſerendum eſſe cenſeam, niſi de ampliori ſalario ſpem mihi faciant. In qua re ipſe Reuerendiſſimus non parum laborat. De ineundo matrimonio collegæ quotidie & ad tædium fere inſtant, mouent, cohortantur: Vereor, ne tandem ſuis precibus ſit cedendum. Meum de caſu ad me miſſo, habes iudicium, quem quod tardius remiſerim, certe per occupationes factum eſt. Eum hoc ipſo die Doctori Paulo Volmaro ſubſcribendum dedi, deinde cæteris collegis quoque, quorum copiam habere potero, deferam. Salue plurimum Mæcenas optime. Datæ Moguntiæ, die 14. Maii, Anno LVII. Tuus vſu & fructu, Andreas Sexheldanus Moguntinenſis, vtriuſque iudicii Aduocatus.

CASVS.

ABbatissa, Monasterium & Conuentus in Stufa supra Mosellam, vendiderunt annuatim præstandum de sua corte in pago Emse, plaustrum vini Doctori Vlricho Fabricio (alias Windenmacher) Confluentino, & Heduigi eius vxori, pro ducentis aureis, constante matrimonio acquisitis, hoc pacto contractui in continenti apposito, vt venditores quandocunque, & quocunq; vellent tempore, dictum plaustrum vini pensionis seu reditus annui, vel pro parte media, vel in totum redimere possent. Paulo post obiit Doctor Vlrichus in legatione Hispanica ad D. Imperatorem Carolum V. nomine Reuerendissimi Archiepiscopi Treuirensis Richardi legatus, ac deinde dicta Abbatissa intra octo vel nouem annorum spacium, denuntiatione redemptionis cum oblatione pecuniæ ducentorum aureorum, vxori eius relictæ facta, pensionem illam plaustri vini redemit: Quæritur iam, an hi ducenti aurei ex pensione illa redempti, & vxori superstiti restituti, inter res mobiles aut immobiles sint recensendi vel numerandi? Quæstionem vna ex parte videtur facere, quod reditus annui perpetui inter immobilia connumerentur, *c. exiui de paradiso. §. cumque reditus annui. in Clementin. de verborum significatione. & titulo 1. lib. 2. in fine. de consuet. feud.* Ex altera parte dubitationem mouet, quod hic reditus seu pensio plaustri vini redimibilis non videtur annua nec perpetua esse, propter contractum, seu pactum appositum de redimendo quandocunque, & quocunque temporis articulo. Quo pacto ipsi contractui in continenti apposito, natura reditus annui perpetui prorsus immutata creditur: Pacta enim in continenti facta contractum informant, *l. iure gentium. §. quinimo. ff. de pactis. l. lecta. ff. si certum petatur, l. fundi. ff. de action. empt. &c.* Iam secundum ea, quæ in facto proponuntur (saluo meliori iudicio) respondeo, annuam hanc pensionem, & plaustri vini præstationem, prædicta pecuniæ quantitate matrimonio constante emptam, sub dicto pacto redimendi quandocunque & quocunque tempore, quando venditorib. libeat, quemadmodum post paucorum annorum curriculū realiter & de facto redempta fuit, pro re mobili accipiendam esse: Ideoque pecuniam ex retractu vel luitione vxori superstiti restitutam & acquisitam, pristinam pecuniæ, hoc est, rei mobilis obtinere naturam, siquidem ex generali regula: Res facile ad suam naturam reuertitur, quod & legum authoritati & æquitatis regulę consentaneum esse ex sequentibus rationibus & argumentis quoque constabit. Initio enim hunc reditum seu pensionem, de qua nunc quæritur, annuam vel perpetuam non esse, sed temporalem, & mere personalem præstationem, id est, talem, quæ omni anno vel singulis annis & momentis ex pacto contractui apposito, quandocunque & quocunque tempore, relui vel redimi possit, propemodum vt annua legata, & legata in singulos annos relicta, quæ cum vsufructu habent pleraque communia, *l. si quis ita legauerit. ff. de vsufructu.* Inest autem temporali reditui seu pensioni propter pactum adiectum talis conditio, si reempta vel redempta non fuerit. Vnde merito dicetur, hunc reditum seu pensionem plaustri vini annue præstandam, momentaneam & temporalem, adeoque per consequens rem mobilem esse, & pro re mobili, vt ipsam quoque pecuniam, censendam, maxime cum ea ipsa pensio seu præstatio plaustri vini pro pecunia ex pacto conuento redempta fuisset. Et vt maxime quis contendat, plaustrum illud vini, & præstationem eius cum pacto redimendi emptam, annuum reditum esse, & propterea rem immobilem, negari tamen nullo modo potest, huius contractus naturam per pactum de retrouendendo quandocunque & quocunque tempore venditoribus libeat, in continenti factum, mutatam esse: pacta enim, quę ab initio contractus fiunt, non tantum legem contractui dant, vt si conuenerit, vt & factum & pretium simul pro re vendita præstetur, *d. l. iure gentium. §. quinimo. versicul. ea enim pacta. & versicul. idem responsum, &c.* Item, si postea per pacta in continenti facta augeantur vel minuantur pretia, *vt in l. pacta conuenta. de contrahenda emptione. & in l. emptionibus, C. eod. titulo.* sed ipsius contractus naturam etiam mutāt interdum, vt ne emptor de euictione agat, *l. emptori. ff. de euiction. &c.* Ergo in specie proposita recte dicemus reditum hunc, seu pensionem plaustri vini temporalem, redimibilem, & ceu momentaneam fuisse, vel ob solum retrouenditionis pactum, quod in continenti, hoc est, in ipso contractus ingressu, fuit adiectum & interpositum. Deinum, vt maxime doceatur; vel etiam fateamur vtrunque, & reditum plaustri vini fuisse & esse annuum, & pactum reluitionis non impedire eius naturam, tamen & hoc firmi certique iuris est, pecuniam ex venditione rerum immobilium collectam rem esse mobilem, quemadmodum alia quæuis pecunia, quæ consumendo consumitur, &c. Ergo idem quoq; multo magis dicemus, redim annuo iuxta pactum appositum quandocunque, &c. vendito, pecuniam ex venditione illa restitutam & acquisitam, rem esse mobilē, & communem habere pecuniæ naturam: res enim, vt antea dictum est, facile ad suam naturam conuertitur, &c. vel iuxta priscum adagium: Sal, vnde venit, redit, &c.

Ex præallegatis igitur abunde constat; pensionem illam plaustri vini cum pacto retractus seu redimendi emptam, videlicet, vt ad venditorum libitum, quocunque tempore, redimi posset, eamque pecuniam superstiti vxori restitutam & solutam, inter res mobiles, & minime inter res immobiles esse recensendam seu connumerandam. Quare cum etiam loci consuetudo, superstiti coniugi Heduigi, mobilia omnia tribuat, ipsos nimirum ducentos aureos ex præfata pensione restitutos, & acquisitos, eodem quoque proprietatis iure deberi alteri. Ad hanc quidem sententiam amplectendam, maxime etiam ipsius causæ circumstantiæ suadent. Proponitur enim, Doctorem Vlrichum maritum defunctum sine liberis, sine ascendentibus, & descendentibus decessisse, neque cognatos ex latere venientes (qui tamen hanc pecuniam, postquam redempta & restituta vxori fuit, per arrestationem sua temeritate sibi vendicare conati sunt) instituisse; neque hereditatem eius à testato vel intestato legitime adiisse, vt ex Actis clare patet. Deinde etiam præscriptio obiici nullo modo potest: Primum, quod præscriptio propter pactum adiectum emptioni, initium habere non possit: Placuit enim inter contrahentes quandocunque & quocunque visum fuerit tempore, pensionem illam plaustri vini redimi posse à venditoribus, &c. Secundo, quod ipsa pensio seu præstatio vini intra tempus nouem aut decem annorum, non præscriptibile fuerit per restitutionem pecuniæ emptionis redempta, &c. Andreas Sexheldanus, qui supra, & Paulus Volmarius, DD. saluo cujuscunque melius sentientis iudicio, subscripserunt, non esse annuum, ideoque tam ipsum, quam pecuniā ex redemptione eius collectam,

esse rem mobilem, Sexheldanus censuit. In eandem reliqui omnes iuere sententiam.

ORNATISSIMO IVVENI D. ANdreæ Sexheldano, Herbornensi, Iuris studio deditissimo apud Bituriges, amico charissimo, Iustinus Goblerus Doctor, S.P.D.

BInas literas abs te accepi, ornatissime D. Andrea, priores 21. mensis Iulii, anno superiore, & alteras 21. die Februarii, hoc anno Biturigibus datas. Sic vtræque longe diuerso tempore ad me peruenerunt: ex quo conicere possum, tibi, vt nobis, plerunque deesse oportunos tabellarios, quoniam vtraque epistola tua post sex integros menses, quo abs te perscripta fuerat, huc tandem applicuit: nec rescire etiam à matre tua potui, quo tabellario tibi respōderem, cum ipsa se nullas abs te accepisse diceret. Ego tamē (ne qua iam prolixiori excusatione vtar) hæc ad te scribo, de nullo certus grammatophoro, saltem expectans casu aliquem mihi dari in his nundinis Francofurtens. Laudo autem humanitatem tuam, & officium, quod me ex tam longinquo interuallo literis binis appellandum duxeris, è Biturigibus scilicet, vbi me quondam sub Alciato & Hansnino Præceptoribus, eadem quę te nunc habent, iuris studia detinebant aliquandiu. Hinc iucundior olim mihi tuus erit aduentus atque cōspectus, cum, vt spero, de eodem loco, de iisdemque studiis & præceptoribus colloquendi dabitur commoditas. Nunc de rebus tuis certe lubens tibi omnia meo calamo declararem, si quæ mihi vel à matre tua, vel à quoquam amicorum quicquam declaratum esset. Collocutus sum quidem matri aliquoties, istuc iter faciens, curru vectus, vel equo insidens, ac plane velut in transcursu rogans de literis & tabellariis: sed illa se, vt dixi, vtrunque nescire affirmabat, & de pecunia tibi transmittenda sane magna est hoc tempore periculosi itineris difficultas, quum adhuc bellis in Germania passim seruiant, & inquinentur omnia: Inuenient tamen & mater & frater, reliquique cognati tui, rationem, qua tibi, vt spero, de pecunia transportanda prospiciant: quæ, vt in aliis rebus omnibus, sic & in studiis nostris νεαρίτης πλεῖστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει, καὶ ἄνδ τοῦτον ἐκλείπει χαλεπὸν τῶν λοιπῶν. Ego non desinam illis, si qua via possum, author & hortator esse, te confouendi in hoc studiorum tuorum cursu, quorum certe pergrata mihi fuit in tuis literis significatio, præsertim etiam, cum Præceptorum meminisses, Eguinarii Baronis, Ioannis Bornæi, Duareni, Balduini, Donelli, Bugerii, & cæterorum, qui iam istic post Alciatum veram & antiquam Iurisprudentiam ex ipsis fontib. haustam syncere, perspicue ac sedulo doceant: inter quos equidem præcipuo loco ponam Duarenum, virum, vt omnes fatentur, doctiss. cuius disputationes anniuersarias, & comment. in tit. de verb. obligat. vidi legique. Vtinam sic pergeret in vniuersum Ius ciuile commentari, aliquanto tamen (vt ego arbitror) copiosius. Salutabis autem meo nomine virum clariss. sisque mihi prolixæ epistolæ apud eum loco. Cum hæc scriberem, fama venit, Balduinum Argentorati agere, & Molinæum Tubingæ, mox accessurum Marpurgum. Sic Gallia forsan olim vertetur in Germaniam. Sed extra locum: Tu per otium & occasionem de his, καὶ πάντα περὶ πάντων perscribas, ac bene valeas, Andrea charissime. Datum ex arce Dillenberga, Calend. Septembribus, Anno salutis 1555.

Tuus ex animo
Iustinus Goblerus Doctor, &c.

CLARISSIMO ATQVE OMNI virtutum & doctrinæ genere ornatißimo viro, domino Iustino Goblero, iurium Doctori nostræ ætatis facile principi, ac generosi Comitis Gulhelmi à Nassau, &c. Consiliario supremo, domino & Mecœnati suo plurimum colendo, S.P.D.

QVantula tua erga me singularis beneuolentia iam antea mihi satis cognita atque perspecta fuerit, vir clarissime, tamē nuper eam manifestius deprehendi, cum tu omnium Iureconsultorum nostræ ætatis facile princeps, nonnullas quæstiunculas, numero quidem paucas, attamen materia difficilimas atque argutissimas, à me iuris infimo prolyta resolui cupiuisti. Quanti enim me facias, quantumque mihi tribuas, ex eo non obscure intelligi potest. Etsi autem tenuitatem ingenii mei, & mediocritatem doctrinæ agnoscam, prouinciam istam tanquam viribus meis longe superiorem, facile recusare potuissem: tamen tibi pro tua authoritate id amice & syncere à me petenti non potui nec debui denegare. Remitto igitur eas ad te, non prolixe quidem, sed breuiter (quantum innumeræ meæ occupationes, & catenati quasi labores permisere) ex iure scripto, & nonnullis authoritatibus Doctorum resolutas: In quibus si quid forte erratum, aut per temporis angustiam, & negotiorum multitudinem non satis exacte & sufficienter explicatum sit, condones quæso, ac tuo iudicio corriges atque emendes: Neque enim ita ea à me scripta sunt, vt certi commentarii lege velim habere vim, sed tibi amico intimo meam sententiam simpliciter atque paucis explicaui: Omnia interim tuo iudicio, tuæque limæ submittens. Quod reliquum est, peto, vt eundem hunc animum, eandemque voluntatem erga me conserues, atque ita de me statuas, eorum, quæ ad augendam tuam dignitatem, nominisque tui amplitudinem spectabunt (modo illis aliqua occasio fieri possit) me nihil vnquam prætermissurum. Vale, & communes amicos meis verbis officiosissime salutes quæso. Missæ Budingæ Calendis Maii, Anno, &c. 57.

Tuus ex animo
Paulus Steinlinus,
V. I. Licentiatus.

CASVS.

DVlrichus Fabricius Confluentinus, cum desponsasset sibi Heduigim vxorē, fecerunt pacta dotalia, & inter alia pacti sunt, si ipse maritus decedat sine prole vel liberis, dos simul & donatio propter nuptias cedat lucro ipsi Heduigi vxori superstiti. Dos est ab vxore statim initio data marito, cuius quantitas fuit quadringentorum circiter aureorum. Est & vxori donatio propter nuptias quingentorum aureorum Rhenensium à marito promissa, sed nondum tradita. Ille postea peregre, nēpe in Hispaniā legatus ad Cæsarem

rem proficiscens in itinere moritur, nullis liberis relictis, nulloque testamento legitime facto. Emerant autem sibi de acquisitis constante matrimonio, annuum reditum vnius plaustri vini pretio ducentorum aureorum, cum pacto retrouendendi in continenti apposito, videlicet, quandocunque venditoribus libeat, oblato pretio, vel medietatem, vel totum redimere possent: qui reditus etiam intra decennium proximum à die interpositi pacti de retrouendendo, & sic ante præscriptionem longi temporis, mortuo marito, redemptus est, & Heduigi vxori superstiti pretium totum ducentorum aureorum redditum est: Postea medietatem pretii cẽsus redempti, hoc est 100. aureos, defuncti mariti nepotes ex sorore, eandem pecuniam seu pretium per nouationem contractus alibi mutuo datam, tanquam ab intestato heredes arrestarunt, cautionem vsufructuariam petentes: vxor resistens dicit, redemptum pretium, seu restitutam pecuniam totam rem mobilem esse, ac sibi vna cum cæteris mobilibus ex consuetudine ciuitatis Confluentinæ, ac iure municipali, quo superstes coniunx omnia mobilia retinet, deberi: Quos ducentos enam secundò marito in dotem dedisset, & donationem propter nuptias quingentorum aureorum Rhenensium ab Vlricho defuncto nondum recepisset.

Prima quæstio.

An pensio annua cum pacto retrouenditionis stante matrimonio vtriusq; coniugis nomine pro ducentis aureis empta, ac rursus intra decennium proximũ à die interpositi pacti redempta, marito absque liberis mortuo, cedat vxori superstiti in totum vel in partem, sitque mobilium an immobilium loco censenda.

Ad hanc quæstionem sic respondeo, quod prima facie videatur hunc reditum annuum vxori superstiti in partem tantum cedere debere, idq; ex subsequentibus rationib. Primo, quia ex proposita facti specie cõstat annuum hunc reditum non es pecunia vxoris tantum, neque ex pecunia dotali, neque ex donatione propter nuptias, quæ nondum soluta fuit, sed ex pecunia communi, ac nomine communi acquisitum atque comparatum fuisse, quare & ipse videtur communis, & per consequens nunc pro parte deberi hæredibus mariti. Deinde verisimile est, quod hæc fuerit voluntas contrahentium coniugum, vt hic reditus communi pecunia emptus, communis esset, nec vxori soli post obitum mariti remaneret. Non enim pręsumitur maritus pecuniam suam voluisse iactare, & nepotes suos ex sorore ea post mortem suam defraudare, & vxorem eis pręponere: Non magis atque ipsa vxor partem precii contribuere voluisse pręsumitur, vt annuus reditus inde emptus, post mortem eius in totum cederet lucro mariti, & eius heredibus.

Sed tamen his contrariis non obstantibus, pro decisione illius quæstionis distinguendum puto, quod aut conuenit inter ipsos coniuges, quòd huiusmodi annuus reditus ex communi istorum pecunia emptus, ipsis eorumque heredibus esset communis, & pacto standum erit, cum nihil tam naturale sit, quam pacta seruare: Aut nihil inter eos conuenit, & tunc subdistinguo; quia aut in eo loco viget ius commune, nec est specialis consuetudo, & audiendi sunt heredes mariti, petentes diuisionem annui illius reditus, quia ipsi succedunt ei in omnibus bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, exclusa vxore, quæ non nisi in subsidium, hoc est, deficientibus omnibus aliis legitimis heredibus, marito de iure communi succedit, *vt habetur in l. prima. ff. & C. vnde vir & vxor.* aut recessum est à iure communi, & viget ibi specialis aliqua consuetudo, & ea modis omnibus seruanda est, *per l. minime. & l. de quibus ff. de legibus.* Cum igitur nunc ex *Consuetudo Confluentina.*
proposita facti specie manifestum sit, eam esse huius loci, vbi ambo coniuges contraxerunt, consuetudinem, vt post mortem vnius coniugis, superstes coniunx omnia mobilia retineat, erit hæc consuetudo omnino seruanda, & idcirco cedet hic annuus reditus vxori superstiti soli, ac in totum, exclusis aliis heredibus mariti. Et ratio est, quia annui isti reditus modico tempore duraturi, qualis hic est, de quo controuertitur, inter mobilia numerantur; quamuis alias perpetui census, vel longo tempore duraturi regulariter inter mobilia censeantur, *iuxta authenticam, de non alien. §. primo. verb. ciuiles. & l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccles. & text. in Clementin. exiui. §. cum annui. & ibi gloss. de verborum significatio. & latius notat Alexand. in addition. ad Bartolum in l. moventium. ff. de verborum & rerum significatio. & in l. si constante. §. finali. ff. soluto matrimonio. De quo etiam vide Cynum & Baldum in l. hac edictali. §. hu illud. C. de secundis nuptiis.* Non obstat primum contrarium supra positum, quia respondeó, quod illud procederet de iure communi, secus autem, vbi est contraria consuetudo, vt in nostro casu, quæ derogat iuri communi, *per ea quæ notantur in dicta l. de quibus.* Non obstat secundum contrarium, quia cum nihil (exceptis pactis nuptialibus & dotalibus) specialiter in hoc contractu inter se pacti sint coniuges, nec aliud expresserint, non videntur à consuetudine loci contractus (secundum quam omnia mobilia superstiti coniugi debentur) recedere voluisse, *per l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris.* Similiter non obstat, quod dè præsumptione obiicitur, quia cum leuis sit præsumptio, potest per contrariam præsumptionem tolli; quamuis reuera dici non possit, maritum collocando pecuniam ad comparationem annui census, eam iactasse, aut heredes suos ea defraudasse, sed potius suam ipsorumque conditionem meliorem effecisse. Primo enim constat, reditum hunc annuum constantè matrimonio communibus oneribus matrimonii inseruisse: deinde certum est, si vxor præmortua fuisset, quod ipse maritus ex eadem consuetudine illius regionis & ciuitatis Confluentinæ; integrum quoque reditum, tanquam rem mobilem fuisset consecutus, quod sane ipsi & heredibus eius fuisset percommodum. Nunc igitur, cum res aliter ecciderit, fortunam accusent, nec inuideant vxori, quod ipsi ex morte eius consequi sperarant. Tertio, negari non potest, quod si pecunia penes maritum integra remansisset, nec reditus ille annuus inde esset comparatus, quin vxori superstiti ea nunc quoque deberetur, tanquam res mobilis, vigore supra dictæ consuetudinis; ita quod conditio heredum mariti per huiusmodi emptionem annui reditus non modo non deterior, sed etiam vno casu longe fuisset effecta melior, si scilicet vxorem priorem in fata concedere contigisset, quamuis reuera de hoc non sit magnopere curandum, nec enim habuit maritus necesse respicere ad commodum vel incommodum suorum nepotum ex sorore; cum eos etiam omni omnino successione priuare potuisset, *iuxta legem primam. ff. de inofficioso testamento. & leg. fratris. Cod. eodem titulo.* Ex his igitur breuiter remanet decisa prima & principalis quæstio.

Secunda quæstio.

An vxor superuiuens marito, nullis extantibus liberis in huiusmodi redempta pecuuia ducentorum aureorum vsufructuaria sir, an magis proprietaria in totum vel in partem: Et nunquid ad cautionem vsufructuariam præstandam obligetur, nec ne?} Ad hanc secundam quæstionem breuibus respondeo, quod vxor in redempta pecunia annui reditus proprictaria sit, & non quasi vsufructuaria, idque in totum, non in partem. Supra enim ostensum est, eam integrum dominium ipsius reditus tanquam rei mobilis, post obitum mariti sui, vigore consuetudinis loci, nempe ciuitatis Confluentinæ, solam consecutam esse, exclusis heredibus mariti. Si igitur ipsius reditus fuit domina effecta & proprietaria, non video, quid obstet, quo minus & pecunię, ex eo reditu postea intra decennium redempto redactæ, domina & proprietaria esse debeat, cum & ipsa pecunia per se res mobilis sit, & hic in locum rei mobilis succedat, quare & eiusdem erit naturæ, cuius ipsa res: Surrogatum enim per omnia sapit naturam eius, in cuius locum surrogatum est, *iuribus vulgatis*. Ex quo deinde amplius sequitur, quod cum vxor superstes vsufructuaria non sit, quod nec cautionem vsufructuariam præstare teneatur: Non enim entis nullæ sunt qualitates: & destructo antecedente, destruitur & consequens, *vt per Bartolum in l. sed & heres §. Prætor. ff. de procuratoribus.* Præterea illam proprietariam esse, vel inde facile colligitur, quod debita hereditaria soluere tenetur: quod si enim nullum lucrum econtra sentiret, magno damno afficeretur, & consuetudo illa, quæ in fauorem superstitis coniugis videtur introducta, in eius odium retorqueretur, contra legis prohibitionem.

Tertia quæstio.

Anne differentia sit facienda, & in iudiciis obseruanda inter perpetuoa & non perpetuos reditus, atque etiam redemptos: & quæ sit vis pacti retrouenditionis in continenti appositi, intra decennium proximum secuta redemptione: Et anne magna sit bonorum, seu rerum mobilium & immobilium in hoc casu differentia, & quid de præscriptione huius pacti de retrouendendo? Ad hanc tertiam quæstionem respondebo, magnam esse in iure differentiam inter perpetuos & non perpetuos, atque etiam redemptoa reditus: Supra enim ex Alexandro aliisque docui, perpetuos reditus inter immobilia, non autem perpetuos, & modico tempore duraturos inter mobilia censeri. Quantum autem ad redemptos attinet, referre puto, an intra decennium redempti sint, an vero postea, vt priore casu inter mobilia numerentur, posteriore vero inter immobilia. Quare, cum quæritur, quæ sit vis pacti retrouenditionis in continenti appositi, intra decennium proximum secuta redemptione? Respondeo, hunc esse effectum, quod facta redemptione intra decennium, annui illi reditus censeantur inter mobilia, quasi non longo tempore durauerint, *per iura supra allegata.* Si autem redemptio eorum fieret post decennium, tunc meo iudicio inter immobilia computari deberent, quasi longo tempore durassent: Dicitur enim hoc casu longum tempus, decem annorum, *vt notat gloss. singular. in dicta Clementin. exiui. §. cum annui.* ita quod multum intersit, quo tẽpore pretium à venditore offeratur, & redemptio fiat, ad hunc effectum, vt reditus annui cum pacto de retrouendendo empti, loco mobilium vel immobilium habeantur: Inter quæ sane bona multiplex sæpe est de iure & consuetudine differentia, vt in sequenti parebit quæstione, quamuis in his maxime ad consuetudinem & communem obseruationem respici debere putem: Ea enim est vera legum interpres, & in iudiciis sequenda. Dum autem hic præterea quæritur, quousq; & ad quod tempus huiusmodi redemptio fieri possit, & an huic iuri redimendi præscribatur? Inuenio Doctores in hoc articulo nonnihil secum pugnantes, nam Petrus de Anchorano, & eum sequentes *in consilio 322. quod incipit, Visis diligenter actis & actitatis. in secunda columna.* tenent, quod huiusmodi redemptio intra decem tantum annos fieri possit, ita quod venditor postea offerendo pretium amplius non audiatur, etiamsi sit factum pactum, quod quotiens & quandocunque soluatur pretium, emptor reuendere teneatur. Angelus vero *in consilio 55. quod incipit, Guliel. & Francisc.* quem refert & sequitur Iason *in l. petens C. de pactis.* in diuersa est opinione, & vult, quod in generalibus illis verbis, *quandocunque, quotiescunque,* &c. pacto retrouenditionis appositis, venditor audiatur, intra triginta annos redimere volens, non autem postea: ita, quod iuri redimendi tanto tempore præscribatur.

Quarta quæstio.

Si consuetudo loci est, & ciuitatis Confluentinæ, quod superstes coniunx omnia mobilia retineat, an etiam pretium redempti reditus tanquam rem mobilem proprie sibi vendicet atque retineat, cum debita defuncti mariti soluere teneatur, ex illa consuetudine patriæ? Ad hanc quæstionem eodem modo respondeo, quo supra, videlicet distinguendo, an reditus annuus fuerit redemptus intra decennium, an vero post decennium, vt priore casu vxor vigore consuetudinis vel statuti pretium quoque redempti reditus, tanquam rem mobilem loco ipsius reditus consequatur, atque sola retineat: Posteriore vero casu pretium redempti reditus, tanquam ex re immobili communi pecunia comparata redactum, vxori & heredibus commune sit, maxime autem lucrabitur vxor illud pretium redempti reditus intra decennium, si ex eadem consuetudine loci teneatur soluere debita mariti, iuxta æquissimum illud dictum, quo emolumenta & commoda eum sequuntur, quem sequuntur incommoda, *l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & c. qui sentit. eod. tit. libro 6. cum similibus.*

Quinta quæstio.

An vxor secundo marito ducentos illos in dotem dare potuerit? Ad hanc quæstionem breuiter respondeo, quod sic: quia mulier nullis extantibus liberis ex primo matrimonio, potest de lucris à primo marito prouentis, prout voluerit, libere disponere, *per text. in l. fœmina. §. quod si nullam. C. de secund. nupt.*

Sexta quæstio.

An vxor superstes super dote sua, & donatione propter nuptias, prætensos heredes mariti defuncti, partem vel totum hereditatis eius petentes reconuenire possit? Ad hanc quæstionem respondeo, quod quantum ad dotem attinet, nullum sit dubium: dos enim mulieri indistincte debet restitui post mortem mariti ab heredibus eius, & habet mulier contra eos non solum actionem personalem, de dote vel ex stipulatu, sed etiam

etiam actionem hypothecariam ad res mariti, quæ ei tacite pro dote obligata sunt, *per text. & quod ibi not. in l. 1. §. vt plenius, C. de rei vxor. act. & §. fuerat, Institut. de actio. cum innumeratis aliis legibus.* Quantum vero ad donationem propter nuptias attinet, videtur dubitandum: nam cum in facti specie narretur, quod donatio illa propter nuptias à defuncto marito mulieri promissa, constante matrimonio non sit soluta, videtur, quod iam finito matrimonio, ea demum ab heredibus mariti peti non possit, quasi mulieri obstet exceptio illa, Dolo petis, quod statim es restitutura: Est enim aperti iuris, donationem propter nuptias, soluto matrimonio, marito vel eius heredibus restitui debere: statim enim mulier desinit esse domina donationis propter nuptias soluto matrimonio. & dominium eius ipso iure reuertitur ad virum, vel heredes eius. *§. est & aliud, & ibi gloss. ord. Instit. de donat. gloss. & Bald. in authen. siue à me, C. ad Velleian.* Itaque in nostro casu non videtur, quod mulier amplius audiri debeat, quasi petat id quod statim sit restitutura. Sed tamen contrarium puto verum: nam ex proposita facti specie constat, mulierem Heduigim, istam ex pacto donationem propter nuptias lucrari debere: quare iura superius allegata locum habent, vbi nihil inter ipsos coniuges de lucro dotis, & donationis propter nuptias conuentum esset: imputet enim tunc sibi mulier, quod constante matrimonio eam donationem non exegit, *iuxta formam authen. dos data, C. de dona. ante nuptias.* Secus autem vbi de lucro pacti essent, prout in præsenti casu: nam tunc superstitem coniugem etiam finito matrimonio, donationem propter nuptias ab heredibus mariti bonis hereditariis se immiscentibus, petere posse constat. *text. est in d. authent. siue à me. & in authen. vt immobi. ante nupt. donat. per tot. Bartol. in l. ex diuerso, in princip & in l. si marito. §. si pater, in fin. ff. solut. matrimonio.* Imo crederem, quod vxor etiam posset bona mariti retinere, donec ei ab heredibus eius tam de dote, quā donatione propter nuptias satisfieret; Sunt enim bona mariti non tantum pro dote, sed etiam pro donatione propter nuptias vxori tacite obligata, prout est textus, & communis opinio Doctorum, & Bald. *in d. §. fuerat, Institut. de action. colum. 8. vers. an autem hoc priuilegium, &c.* Cum igitur actionem habeat mulier, ergo multo magis videtur habere exceptionem & retentionem, *per l. in aitus. §. cui damus. & quod ibi not. ff. de reg. iur.* Et videtur Barto. expresse hoc tenere *in l. si filiofamil. la 1. in princip ff. solut. matrimon.* vbi inquit, quod mulieri petenti dotem, non opponatur compensatio, licet illa retinere & compensare possit. Et amplius posset, etiam meo iudicio, mulier hoc nostro casu vsuras quoque tam dotis quam donationis propter nuptias à tempore soluti matrimonii ex more debitas petere, *iuxta formam in d. l. r. §. executio, C. de rei vxor. act.* Quamuis interim non negam consultius & tutius esse mulieri, vt donationem propter nuptias constante matrimonio exigat: licet enim fructus eius donationis cedant lucro mariti constante matrimonio, propter onera matrimonii, quæ maritus cogitur sustinere, quemadmodum & fructus dotis, *iuxta l. doris fructus, & l. plerunque. §. si serui. ff. de iure dot. & not. gloss. in authentic. de non eligen. secund. nub. §. illud quoque, in verb. percipiat, & glo. in d. §. est & aliud, Institut. de donat.* Tamen etiam alia ratione expedit mulieri constāte matrimonio dictam donationem sibi tradi, nimirum pro maiori securitate dotis, & alias ob causas, *prout not. in locis iam allegatis, & in l. fin. §. sancimus, C. de donat. ante nupt. & habetur per Bald. in d. auth. siue à me.* Verum contra solutionem iam datam obiici posse videtur, quod in facti specie proponitur, quod mulier tantum sibi pacta sit lucrum ex donatione propter nuptias, econtra vero maritus nullū sit pactus lucrum ex dote: quare huiusmodi pactio videtur inutilis, & contra leges facta: Iure enim cautum est, quod pacta de lucranda dote & donatione propter nuptias debeant esse æqualia, alias non valent, *per l. ex morte, cum auth. ibi posita, C. de pact. conuent.* Sed paucis solui potest, quod huiusmodi æqualitas hodie de consuetudine non seruatur, quia aliquando nulla datur donatio, aliquando minor quam ipsa dos sit, ita quod lucra nuptialia non semper hodie æqualia sint, sed varientur quandoque secundum qualitatem seu conditionem personarum, *vt notat ibidem Salicetus in summario, & D. Nicol. Boerius in quæstione & decisione sua aurea 22. 1. part. num. 10. fol. 23.*

Septima quæstio.

An in hoc casu, & vtra partium teneatur ad confectionem inuentarii, vxorne superstes in omnibus mobilibus, vigore cōsuetudinis Confluentinæ (cum nulla immobilia illi reliquisset) marito succedens, an heredes ab intestato petentes hereditatem defuncti, & eam absque inuentario ab intestato adeuntes, pecuniam illam pensionis redemptæ arrestando: Et quid de præscriptione non confecti, sed omissi inuentarii? Ad hanc quæstionem respondeo, inuentarii cōfectionem regulariter pertinere ad omnes hæredes, siue in totum, siue in partem: & siue ex testamento, siue ab intestato heredes sint, *iuxta text. in l. fin. §. 1. C. de iure deliber. & per Specul. in titul. de instrumen. edit. §. fin. vers. nunc dicemus.* Et quidem in nostro hoc casu non video, cur heredes mariti defuncti ad confectionem inuentarii cogi atque compelli non debuissent, cum vltro suaq; temeritate, volentes & scientes hereditatem defuncti ab intestato, & quidem onerosam dotis restituendæ, & donationis propter nuptias soluendæ exactione & præstatione petita & debita, adierint. & tanto oneri se immiscendo, rebus & bonis defuncti subiecerint, absque confectione inuentarii, scientes vxori Heduigi superstiti bona omnia mobilia & immobilia pro dote restituenda, & donatione propter nuptias soluenda, hypothecata & obligata esse, tum etiam omnia mobilia ex consuetudine loci, & ex iure municipali ipsi vxori deberi ex contractu nuptiali conuento, & in scriptis iam antea exhibito, & iudicialiter in actis causæ reproducto, &c. Quanquam igitur mulier dotata & proprietaria ad confectionem inuentarii in hoc casu non cogitur, sed ei liberum est, eius beneficio vti, vel non, *d. §. 1.* tamen videtur ei non inutile fore, si & ipsa inuentarium conficiat, primo ne ex aditione rerum mobilium ex cōsuetudine loci sibi delatarum damno afficiatur, & forte creditoribus hereditariis vltra vires illas hereditarias obnoxia fiat, *iuxta formam dicti §. 1. & §. si vero postquam.* Deinde ne actiones, quas ipsa contra maritum & heredes eius habet ad dotem & donationem propter nuptias, per hanc aditionem confundantur, *iuxta l. si debitori. ff. de fideiussor. cum similibus*, sed confecto inuentario, ei integræ & saluæ remaneant, *iuxta §. in computatione; dict. l. final.* Dum autem hic præterea quæritur, intra quæ tempora inuentarium fieri debeat, & quid de præscriptione non confecti inuentarii? Respondeo idem clare decidi *in d. l. fin. §. sin autem dubius*, quod scilicet inuentarium inchoari debeat intra mēsem post apertas tabulas, vel delatam hereditatē ab intestato, & perfici

debere, intra alios duos proximos meoses, vel ad summum intra annum, si res hereditarias longius abesse contigerit. Quo neglecto vel omisso, heres beneficio inuentarii amplius se iuuare non potest, sed postquam adiuit hereditatem, tenetur creditoribus & legatariis in solidum, etiam vltra vires bereditarias, nec Falcidiam dettahit, *d. §. si vero, & not. Angel. in l. 1. §. hac stipulatio. ff. si cui plus quam per Falcid.* Sciendum tamen est, quod istud tempus ooo currit ignoranti, sed tantom scienti, *vt habetur & notatur in d. §. sin autem dubius.*

Octaua questio.

Quid in huiusmodi contractibos emptionis & venditionis redituum cum pacto retroueodendi operetur clausula hæc: Sibi, videlicet, coniugibus, & ipsorum heredibus, jhnen (verstehe/ den Eheleuten / vnnd jhren Erben) anne soluto ioatrimooio oullis extantibus liberis, vxori præiudicet in parte vel in toto? Ad hanc quæstionem respoodeo, qoodnon obstantibus illis verbis vxoti soli potuerit redemptio annui census fieri, & precium solui: Er qood per illa verba pacti nullum præiodicium ei creari potuerit, neque in toto oeque iu parte. Primo enim reperitur in pacto, quod redemptio fieri possit & debeat ipsis coniugibus, vbi intelligitur tacite, vel alteri eorum, mortuo videlicet vno. Deinde non reperitur in dicto pacto illa dictio copularius, &, quod scilicet redemptiu fieri debeat superst[illegible]i coniugi, & heredibus simul, sed verba ita sonant (ipsis scilicet coniugibus, ipsorum heredibus vel possessoribus, &c.) quæ verba ad important, vt redemptio primum ipsis coniugibus, vel alteri eorum, aut si hi amplius in viuis non siut, deinceps ipsorum heredibus: ac nec his existentibus, ad extremum extraneis possessoribus fiat: Ita quod hæc verba non denotent connexitatem temporis, aut concursum personarum, sed volunt vt redemptio fiat ordine successiuo: Attamen posito quod hæc dictio copulatiua, &, apposita fuisset pacto, tamen hoc casu resolueretur io disiunctiuam, per ea quæ notat Bart. *in l. sæpe. ff. de verborum significatione, & idem plane in l. si quis ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. & Bald. in l. fin. C. de codicill. & in c. 1. de duobus fratribus, à C. pit. inuestit. & Oldrad. consil. 161. vide omnino Bartolum in l. Gallus. § 1. ff. de liber. & posthum.* Et hanc interpretationem amat loci consuetudo, secondom quam ipse reditus vxori soli, tanquam res mobilis, fuit debitus, quare est seruanda: qnia in dubio contrahentes noluerunt recedere à consuetudine loci, sed præsumuntor iuxta eam coorraxisse, *iuribus supra allegatis.* Cum igitur redemptio annui istius reditus soli mulieri semel sit iuste facta, atque ipsa totius precii domina effecta atque proprietaria, vt supra ostensum est, sequitur, quod nec mortua ea, heredes mariti defuncti aliquod ius in eo prætendere poterunt, sed deuoluetur totum istud patrimoniom mulieris, ad proximos eius heredes: Nec enim hic inspicitur ioitium contractus, hoc est, cuius pecunia reditus ille annuus comparatus sit, sed mortis euentus, vter scilicet ex coniugibus prior decesserit, vt alteri superstiti vigore consuetudinis, rerum mobilium, inter quæ & hunc reditum, iotta decennium, à die interpositi pacti redemptum, coonumerati debere, supra pluribus probatum est, successio delata sit.

Nona questio.

Item quid operetur hæc clausula in contractu & litera emptionis, &c. Quod redemptio omni tempore quandocunque placuerit venditoribus, sit reseroata libera & permissa, vel in medietate pretii soluendi, vel in toto: Anne faciat pretium solutum, rursus rem mobilem esse? Ad hanc quæstiooem supra respousum est, quod licet illa verba pacti de retrouendendo generalia, infinitatem temporis continere, & sic perpetuum reditum efficere videantur: tamen non impediunt, quo minus reditus cum eiusmodi pacto venditus inter mobilia connumeretur, secuta videlicet postea intra deceooium proximum redemptione. Ex quo sequitur, quoniam ipse reditus res mobilis est, & vxori vigore consuetudinis debetur, quod etiam precium inde redactum res mobilis, & vxori debita dici debeat, per ea quæ supra scripsi, ad quæ nunc denuo me refero.

Decima questio.

Quid item hæc clausula, perpetui & annui reditus, Erblichen vnd järlichen Renthen/&c. In hac quæstione videtur nonnihil hærendum, quia à verbis contractus non est recedendom, *l. si quis stipulatus sit Stichum, de verbor. obligat. & l. fideiussores Magistratuum. ff. de fideiuss. & l. fin. C. communia vtriusque iudic. cum similibus.* Com igitur in litera emptionis & veoditionis reperiatur illud verbum, scilicet (erblichen) videtur quod contrahentes voluerint buoc reditum perpetuum esse: Id enim significare videtur vocabulum illud (erblichen.) Ex quo sequererur, quod annuos iste reditus inter mobilia esset censendus, & per consequens vxori soli oon relinquendus, sed inter ipsam & heredes mariti defuncti æqualiter diuidendus per ea quæ supra adduxi. Sed tamen duobus modis ad hæc respondeo. Primo, licet illud vocabulum (erblichen) in nostra lingua vulgari & vernacula videatur hanc habere significatiooem, quod scilicet idem sit quod perpetuum, quod tamen in hoc nostro casu hanc significatiunem babere non possit, idque sic probo: nam constat ex ipso pacto retroueoditionis cōtractui emptionis & venditionis apposito, quod contrahentes voluerint annoum hunc reditum non perpetuum, sed redimibilem esse: Quare oon est verisimile, quod eum perpetuum nominarint, ne scilicet ipsi re & verbis secum pugnare viderentur. Erit igitur illa significatio aptior, vt verbum illud (erblichen) idem significet quod hereditariom, hoc est, quod ad heredes transeat: Ita enim semper est facienda interpretatio, vt contrarietas vitetur, & res potius valeat quam pereat, *per notata in cap. inter dilectos, de fide instrument. & cap. contra eum, & cap. vtile, de regul. iur. in 6. l. quotiens. ff. de rebus dub. cum similibus.* Deinde dato, quod illud vocabulum (erblichen) idem significaret quod perpetuum, & sic à contraheotibus literis emptionis & venditionis per imprudentiam forte esset insertum: tamen quia in nostro casu constat expresse de mente & voluntate contrahentiom, qoi hunc reditum redimibilem esse voluerunt, nón est magnopere de isto verbo curandum. Magis enim in contractibus attenditur quod actum est, quam quod sctiptum, per text. *in l. sed Celsus. § si fundus, de contrahend. emption.* vbi dicitur, quod in contractu potius id quod actum, quam scriptura perspici debet, vt dicitur *in l. 1. C. plus valere quod agitur, & in l. 3. eodem titu.* vbi dicitur, noo quod scriptum, sed quod gestum est inspicitur: Iustum enim est voluntates cuntrahentium magis quam verborum coocepti onem inspicere, *vt dicitur in l. fin. in princip. C. quæ res pigno. oblig. poss. ad idem text. in l. in conuentionibus. ff. de verborum*

verum signification. & in l. promittendi, ff. de iure dot. cum concordan.

Et ita paucis ad quæstiones supra positas de iure respõdendum, puto ego Paul. Steinlinus, iurium Licentiatus minimus, generosorum Comitum Isenbergensium superiorum Consiliarius in Budinga: Saluo tamen tuo, vir clarissime, & aliorum Doctorum virorum rectius sentientium saniori & perfectiori iudicio.

CONSILIVM, vnd Rathschlag/ Ob das angelegt Gelt auff Widerkauff/ vnd widerumb abgelöst / sol für beweglich Gut vnd fahrende Habe geacht werden.

THEMA NOSTRVM EST tale.

QVod pecunia ad reditus comparationem destinata, & restituta, sit vere mobilis, & inter res mobiles computanda.

CASVS.

DEr fall helt sich also. Weilandt der Hochgelehrt Doctor Vlrich Windemacher / Trierischer Churfürstlicher Hoffrath / vnnd seine Haußfrawe Hedwig / haben in stehender Ehe zweyhundert Goltgülden der Wirdigen Frawen Abbatissin vnd Kloster zur Steuben auff der Mosel geben auff ein Fuder Weins jährlichs auß dem Hoff zu Ernst zuentrichten / auff Widerkauff / vnnd mit dem Vorbehalt / wann es gemelter Frawen Abbatissin vnd Convent gefällig / mögen sie solch Fuder Wein Renthen abkündigen / vnnd in erlegung gemeldter Summa 200. Goltgülden widerum̃ an sich lösen / lauth der verschreibung / welche im jahr 1525. zu Coblentz auffgericht / vnd ist gemelter Doctor Vlrich kürtzlich darnach in Hispanien zu der Key. Mayst. geschickt / vnd auff der Reise on Eheleibliche Kinder verstorben / Anno 1526. am Tag Mariæ Magdalenæ, Folgend / als Doctor Justinus Gobler gemelte Frawe Hedwig zur Ehe genom̃en / hat sie jme solch 200. Goltgülden widerkauffs vnnd ablösiger Renthen in dotem vor jre Heyrathgut versprochen vñ gegeben. Darnach hat gedachte Abbatissin vñ Convent vber wenig jahr solch Fuder Wein Renthe jetzgemelten Eheleuten auffgekündiget / vnd in erlegung genandter sum̃a jre Verschreibung widerumb zu sich genom̃en: Es habens darnach die Eheleut an einem andern orth / nemlich zu Bürgen am Hame auff der Mosel bey Jacoben von Aldenawe / vnd seiner Haußfrawen: Zum dritten bey d' Edlen Frawen Margreta von Schöneck / weilandt Trierischen Hoffmeisters Witwen zu Spürckenburg / zum dritten mal angelegt. Ist jnen abermals abgelöst worden: Nach beschehener ablösung haben gemelts verstorbenen Doctor Vlrichs Windenmachers Schwester Kinder solche abgelöste 200. Goltgülden ex petitione hereditatis ab intestato vñ als ein vnbeweglich widerfellig Gut gefordert. Es gestehen aber die Eheleuth nit daß den angemasten Erben solch abgelöst 200. Goltgülden nach gestalt vñ gelegenheit dieser Sachen / gebüren möge / sonder sagen / es seyen die abgelöste 200. Goltgülden barschafft / vnd jhnen nach Gewonheit der Statt Coblentz / vnd sonst auß folgenden rechtmessigen Vrsachen / eygenthümblich zuständig.

Erstlich ist hie vnderscheid zumachen zwischen erblichen / ewigen / vnablösigen beständigẽ gewissen Renthen vnd Gütern / vnd vnder denen die nit erblich / nit ewig / beständig / gewiß / sonder ablösig / auch allbereit abgelöst seind / wie hernach an 5 den Denunciationen / loßkündigungen der Würdigen Frawen Abbatissin zur Steubẽ / vnd auß deß ersten Contracts cum pacto retrouendendi quandocunq; &c. apposito, Verschreibung zusehẽ / wie dann auch zu derselbigen zeit die Ablösung wircklich geschehen / vnd das Kauffgelt / nemblich 200. Goltgül. Frawen Hedwigen widerumb zugestelt seyn / &c. Aber die Erblichen / ewigen / gewissen / vnablösige Renthen / zinß / vnd jargülte werden gemeinlich im Rechten / vnd nach Gewonheiten für vnbewegliche Güter gehalten / & ita intelligitur Clementina, *exiui de paradiso. §. cumq; annuos reditus, de verb. sign. & quæ not. Bald. in l. subemus, & in auth. ingressi. & in l. priuilegia, C. de sacros. eccles. Et prædictam decisionem tenet Alex. Imol. in l. sciendum, in princ. col. 3. in ver. extr. gl. quærit hic. ff. qui satisd. cog. &c.*

DOminus Doctor Vlrichus Fabricius (vulgo Wildenmacher) Confluentinus, & Heduigis vxor, de suis acquisitis constante matrimonio emerunt reditum plaustri vini annuum pro ducentis aureis cum pacto retrouendendi in continenti apposito, quandocunque venditoribus libeat, oblato ac restituto pretio, reditus ipse seu pensio liberetur. Fabricius moritur absque liberis, Heduigis vxor ad secundas it nuptias, ac intra decennium ab interpositione pacti, reditus totus redimitur, & vxori superstiti ducenta illa restituuntur. Redemptione sic facta, pretii medietatem per arrestationem eiusdem petunt heredes collaterales mariti defuncti, tanquam bonum immobile sibi ab intestato delatum: Cui vxor contradicit, & contendit pretium seu pecuniam ex reditu vini redactam & solutam sibi, rem esse mobilem, ac soli sibi deberi totam: Quæritur, quid iuris, & an vxoris magis, quam aduersariorum fundata sit intentio? Pro decidenda hac controuersia allegari potest primo, quod in contractibus initium spectandum est, *l. Pomponius, la 2. vbi Bartolus, ff. de negot. gest. & l. quid ergo, à princip. ff. de his qui notantur infa.* præsertim, cum actus recipit essentiam vel validitatem ab initio, secundum ea, quæ tradit Nicola. Euerhard. *in suis topicis, in vltimo loco, à virtute finis. circa fin.* & Bal. *in consil. 154. in 2. part.* dicit, non inspici euentum, sed principium, *per l. sed si vitro. §. fin. ff. de negotiis gestis.* Modo in præsenti casu constat, pecuniam, qua annuus reditus de acquisitis coniugum emptus fuit, rem mobilem esse. Ergo cum de facili res ad naturam suam redeat, *l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. c. ab exordio. 35. distinct. & Decius consilio 69. part. 1 numero 5.* sequitur pro reluitione reditus annui, pecuniam solutam pro re mobili habendam esse. Neq; obstat in contrarium, quod annui reditus inter mobilia computantur, *vt Clementin. exiui de paradiso. de verbor. significat. & Bald. in tit. de feud. cogni. §. sciendum. in fine.* quia hoc indistincte verum non est: nam si perpetuo debentur, immobilibus æquiparantur: si vero breui tempore duraturi sint reditus, mobilibus, *cap. querelam. de elect. vt refert Alciat. in l. mouentium. ff. de verbor. signif.* Huc facit etiam distinctio Baldi in *§. sciendum. in titul. de feud. success.* vbi dicit, quando debitũ annuum mere personale est, quod tunc inter immobilia, si vero reale sit aut mixtũ (vt hic) quod tunc inter mobilia computetur. Quare secundum hanc distinctionem, quia iste annuus reditus perpetuo debitus non fuit, imo propter pactum retrouendendi appositum, quocunque tempore redimi potuit, magis inter mobilia quam immobilia censendus erit. Posito etiam, quod quandiu persolutus iste annuus reditus fuit, tunc naturam immobilium rerum habuisset, certe post reluitionem factam, eam naturam retinere non potuit: Imo ad pristinam naturã suam, nempe mobilium rerum redit. Et in contractibus quidem ista clausula subintelligitur, rebus sic stantibus, prout stabant tempore initi contractus seu dispositionis. Vnde si quid superueniat de nouo, non habet locum illa dispositio, & eiusdem est virtutis seu effectus, distractus, cuius & contractus. Item pacti retrouenditionis, cuius & emptionis, cæteris paribus in suo genere, vt est casus, & ibi late notat Iason *in l. quod Seruius. columna tertia. ff. de condi. ob causam. vbi allegat ad hoc l. quæro §. inter locatorem. l. locati. l. si fuerit. in principio. ff. pro socio. & l. cum quis. in principio. ff. de solut.* & inquit Iul. Paulus Iureconsultus: fere quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur, quum quib. modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittamus. Vt igitur nulla possessio adquiri, nisi animo & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua vtrunque in contrarium actum est, *ff. de regulis iuris. Firmat Decius in consil. 335. parte 3. colum. tertia. & sequent. cum multis concordant.* Nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrogatoris action. cum similibus.* Vnde rerum conditione mutata, iam & conuentionis status mutatur, *vt per multas allegationes tradit Zasius in consilio duodecimo, numero 20.* Accedit huc, quod cum in primis etiam mens contrahentium attendi debeat, minime præsumatur, coniuges in emptione reditus annui suismet acquisitis sese inuicem spoliare voluisse, nimirum è mobilibus immobilia, quæ ad alienos pertinerent, constituendo. Nemo enim suum iactare præsumitur, *l. cum de indebito. ff. de probationibus.* præsertim quoad vxorem Hedwigim, incongruens est enim, & contra sexus naturam, mulierem donare suis aduersariis, vtpote Arrestantibus, *l. si stipulata. ff. de donation. inter virum & vxor.* Imo ex pacto retrouendendi in continenti apposito colligitur, contrahentes ab initio eo fuisse animo, vt iste reditus seu pensio plaustri vini perpetuo non duraret, sed vt reluerctur, quod & reuera de facto intra breue tempus, & omnino intra decennium ita contigit, eamq; quam

initio

initio, & sic mobilium rerum naturam reciperet, nisi dicere vellemus, coniuges sese inuicem defraudare voluisse, qui dolus non præsumitur, nisi probetur. Verum enimuero si Heduigis Doctoris Vlrichi vxor, agnatis eius pecuniam ex reluitione annui reditus redactam, tanquam rem immobilem restituere deberet, quis dubitaret, illam circumuentam fuisse in mobilibus sibi debitis, & constante matrimonio per coniuges acquisitis cum mulieribus succurrendum sit, ne fraudentur, *leg. in eo. §. mulieribus. ff. de reg. iu.* Non obstat etiam in contrarium allegata iuris theorica scilicet, quod precium succedat loco rei, vt sicuti prætensi heredes Vlrichi Fabricii ab intestato medietatem pensionis annuæ plaustri vini, ceu rem immobilem petere potuissent, nunc ex ea pensione redactum precium pro dimidia parte petere velint, quia scilicet precium istud videatur (vt ipsi prætendunt) loco pensionis successisse, & tanquam res immobilis peti posse, *l. imperator. §. fin. ff. de legat. 2.* Nam hoc ipsum argumentum pro Heduige vxore Fabricii retorquetur, quæ sicuti in petitione, vel diuisione hereditatis Vlrichi Fabricii constante matrimonio acquisitam pecuniam (qua postea reditus plaustri vini emptus fuit) retinere potuisset: ita nunc etiam precium, ex pensione redempta, redactum, tanquam rem mobilem retinebit: nam, vt supra dictum fuit, initium contractus inspiciendum est, & res, id est, acquisita pecunia, per redemptionem reditus, ad suam naturam rediit. Deinde precium succedat loco rei in subsidium re perempta, in actione reali, id est quia acquisita pecunia conuersa in reditum fuit, qui redemptus postea fuit: Eius precium nunc loco acquisitorum est, *pro quo faciunt quæ tradit Bald. in l. mater. colu. antepenult. vers. demum quæro, Cod. de rei vendic. text. & gloss. in l. si seruum. ff. si cert. petat. Idem Bal. in l. fin. §. etsi præfatam, in 4. notab. ibi, quandoque tamen hoc contingit casu, culpa, vel mora, scilicet vt precium pro re succedat, cum similibus in priore consultatione allegatis.* Huc etiam facit trita illa regula, subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quoad naturam primordialem non accidentalem. *secundum Sozinum in regulis fallen. Regul. 383. & Nicol. Euerhardi in Topicis suis, in loco à surrogatione, circa finem.* Quod si igitur natura primordialis hic consideratur, acquisita illa bona, pecunia, siue res, quib. reditus & pensio illa plaustri vini empta fuit, mobilia & mobiles fuerunt, nec attenditur natura accidentalis, scilicet quod reditus emptus medio tempore, ante reluitionem, inter immobilia fuerit cōputatus, quod tamen ipsum secundum Alciatum supra allegatum, indistincte verum non est, sed in nostro casu fallit, quia reditus ille non fuit perpetuus, nec pensionis præstatio perpetua, *argumento l. si chorus aut familia. §. his verbis. ff. de legat. tertio.* Denique cum consuetudo loci, superstiti coniugi Heduigi omnia mobilia cōcedat, huic consuetudini in nostro casu neuter coniugum renunciauit: quinimo pactum retronendendi hoc saltem tacite operatur, quod istis acquisitis sese inuicem fraudare minime voluerint, sed imo quandocunque reditus plaustri vini redimeretur, vnicuique ius suum saluum esset, alioqui aperta fraus, & circumuentio detegeretur, contra quam saltem ex clau- *Conuentionis clausula* sula generali, Si qua iusta causa mihi videbitur, Heduigis vxor restituenda foret, penes quam non stetit, ante vel post mortem Fabricii, mariti reditus redimeretur. Ergo sibi imputari, vel nocere non debet. Cæterum agnati Fabricii, Arrestantes aduersarii cum illis qui reditum plaustri vini demum post mortem eiusdem Fabricii redemerunt, non omnino extra suspicionem collusionis, vel callidæ machinationis sunt, vt qui etiam impedimento fuerunt, ne post mortem ipsius Fabricii viduæ Heduigi præstaretur, & Archiepiscopum implorare cogeretur, ex quo vt præmium consequantur, & Heduigis vxor damnum ferat, iniquissimum esset. Tali enim euentu (qui non est spectandus. *l. sed an vltro in fin. ff. de negot. gest.*) fraudaretur suis acquisitis constante matrimonio, quæ per consuetudinem loci ipsi vxori Heduigi competierunt, & adhuc debentur. Per quæ vtcunque ad præscriptum thema responsum: Saluo cuiuscunque rectius sentientis meliore iudicio.

Chilianus Sinapius Iureconsultus, & iudicii imperialis Cameræ Aduocatus, propria manu subsc.

SCHEDVLA.

Hochgelehrter günstiger lieber Herr / wo dieser punct bestehet / quod annui reditus temporales, non perpetui, vel debita annua personalia & realia, pro mobilibus bonis censiert vnd gehalten werden sollen / wie ich es dann gänzlich darfür halte / vnnd in meinem bedencken angezeigt / So habet jr euwer intention schon erhalten / wann gleich sonst andere adminicula iuris nicht vorhanden weren / deren jr doch / Gott lob / genugsam habet / vnd wo von nöten / mehr anziehen kündt / Bitte derhalben auff dißmal mit meinem geringen fleiß vor gut zu nemen / vnd wo mangel / mich hinfüro nicht zu sparen. Ewer Ehrnuest williger / Chilianus Sinapius Doctor, & Aduocatus Iudicii Cameræ Spiræ.

Clarißimo ac Consultissimo D. Iustino Goblero Goarino, Vtriusq; Iuris Doctori, Domino & adfini suo charißimo, S.P.D.

COnsultissime ac Clarissime domine affinis. Non dubito, quin maxima dominationem tuam teneat admiratio, quid acciderit, quare in eo, in quo dominо affinis mea petiit sibi communicari studia, qui non illubens, neque inuitus hoc me facturum receperam, singularemque in ea re operam impensurum promiseram, in eo tamen me hactenus tardiorem, negligentioremque reppererit, cum constantem virum nihil magis deceat quam stare promissis: verum enimuero non est quod meæ negligentiæ imputari debeat partim quod ipsis in diebus Bacchanalibus, postquam dominus affinis à nobis discessit, propter obitum infantuli mei, animus fere consternatus iacuit: partim quod deinde in diebus quadragesimalibus (vt vocant) ob alias occupationes non dabatur ad eam rem, quæ totum hominem requirebat, ocium & tempus, ita vt quod destinaram, efficere non potuerim. Et sic quidem huc vsque fere tempus dilapsum est: maturius tamen scriptum misissem, nisi veritus essem, nimiam temporis dilapsi diuturnitatem & cessationem, videlicet ne intempestiuius tardiusque multo quam decuerat, mitterem: atqui tamen promissis standum erat, nisi omnino vanus aut leuis haberi voluissem. Itaque dignitati tuæ iam mitto quod adest his scriptis, ac peto, si visui commodoque esse poterit, dominus affinis

meum hunc laborem boni consulere velit ac bene valeat. Datum Coloniæ octaua Iulii, Anno 1558.

Martinus Fastardus à Brakel, Legum Licentiatus, ciuis Coloniensis.

Consilium D. Martini Fastardi à Brakel Coloniensis.

SVMMARIA.

1 *Statuta strictam, non extensiuam recipiunt interpretationem.*
2 *Nomina debitorum non continentur appellatione mobilium.*
3 *Consuetudo vbi non esti, in contrarium iuri communi statur.*
4 *Iura & actiones respectu sui ipsius inspiciuntur.*
5 *Annui reditus ad modicum tempus duraturi, pro mobilibus reputantur.*
6 *Perpetuum quid sit.*
7 *Statutum non extenditur.*
8 *Destinatum habetur pro impleto.*
9 *Pactum de retrouendendo quid operetur.*
10 *Pacti vis & natura inspicienda.*
11 *Restituo verbum, plenam habet significationem.*
12 *Pacti de retrouendendo vis.*
13 *Dominus consulens dicit hoc pactum personale, & pecuniam Heduigu vxoris esse.*

IN causa quæ inter dignitatem tuam, seu dignitatis tuæ proximiores agnatos vel cognatos, aut familiares, nec non alios agitur, Quæstio (vt intellexi) suborta est talis:

Statuto, aut iure municipali cautum est, vel consuetudo loci obtinet, quod altero ex coniugibus mortuo, superstes omnia bona mobilia defuncti mariti siue vxoris lucrari debeat, vel ad postremo superstitem iure hereditario debeant pertinere: Quæritur, an tam iura & actiones, quam nomina debitorum sub appellatione mobilium comprehendantur, & si sub appellatione mobilium tam iura quam actiones complectuntur, an etiam annui reditus redimibiles, quos defunctus emit cum pacto de retrouendendo, de quibus spes est, quod aliquando mobilia fieri possint, continebontur. Et si contingat post alterius de coniugibus obitum annuos reditus simul emptos redimi precium illud inter mobilia, an immobilia reputabitur, an succedet loco rei: Ita quod precium hoc deueniet ad vltimo superstitem maritum seu vxorem, an vero ad heredes, qui alias successuri essent.

Quoniam hæc quæstio perquam est ardua mihi atque difficilis, ita, vt vix ipsi *DD* in ea conueniant, me æque vires in ea adamussim discutienda parum sufficiant, tamen quo tuæ præclaritatis petitioni aliquo modo satisfacerem, operæ precium duxi, quicquid pro ingenioli mei tenuitate visum mihi esset, quod ex ipsorum Iureconsultorum, quam iuris interpretum sententia, in hac re obtineri posset, his meis scriptis declarare, atque latius tuæ claritati diiudicandum, tuæque perspicacitati examinandum relinquere. Et quidem diuino Christi fauente numine, eoque diligenter implorato, quantum viribus rem ipsam expendi, quod annui reditus inter mobilia reputari non possint, etiamsi redemptio fiat, videtur ea communior Iureconsultorum sententia, ex eo quod communi quadam regula per DD. traditur & obseruatur, simplici nempe & stricta appellatione mobilium, iura & actiones non contineri, sed esse separatam quandam ab his speciem. Quod si regulariter verum est, quanto ma-
gis locum sibi vendicabit in Statutis, quæ strictam re- 1
cipiunt, non extensiuam interpretationem, *iuxta ea quæ notantur per Bartolum & DD. in l. iubemus, §. sane si hoc, C. de sacr. eccles.* & quo ad antecedentia, quod appellatione mobilium simpliciter nõ veniunt iura & actiones, probatur per DD. *in l. Quam Tuberonis. ff. de peculio, l. à diuo Pio. ff. de re iudic. §. 2. Speculator & Ioan. Andre. in addit. in tit. de fructibus & interesse, DD. in l. mouentium, & ibi Alexand. in additionibus. Bart. ff. de verbor signif. Bald. in l. iubemus, C. de sacrosanctis eccles. Bartol. in l. potest. ff. de autor. tutor. Bald. in c. 1. de feudi cognitio. & in cap. 1. de pace constat. l. 1. C. de suffragiis, Canonista in capit. nulli, de rebus eccles. non alienand. Castrens. ac alii l. 1. C. si aduersus rem iudicat. DD. in l. bene à Zenone. ff. de quadriennii præscriptione, Dynus in l. potest. ff. de auto. tutor. Alciat. d. l. mouentium.* Deinde dicit Bartolus, nec non & ibi cum eo consentiunt DD. *in l. 1. 2. & 3. C. de supellect. lega.* quod vsufructu omnium bonorum legato, non veniant no-
mina debitorum, quia vsus communis non recipit, 2
quod appellatione † mobilium contineantur nomina debitorum, *l. quibus diebus. §. dominum. ff. de condict. & demonstra. l. stipulatio ista. ff. de verb. stipulat. l. auiculus. ff. de verborum significat. leg. non aliter, l. liberorum. § quod tamen, l. nummis. ff. de legatis 3. l. cum de lanionis. ff. de fundo instructo legat.* Vsus vero communis, neque vulgaris sermo admittit, quod appellatione mobilium, an-
nui reditus comprehendantur, excepta contraria 3
consuetudine, quia igitur † consuetudo loci contrarium non obtinet, atque vulgaris sermo passim non admittit, vt appellatione mobilium annui reditus comprehendantur, nulla est spes successionis marito aut vxori superstiti in illa pecunia, seu precio, per quod redemptio est facta in totum seu in parte.

Tertio confirmantur superiora, quod etiamsi generalissimis verbis statutum contineret, vt vltimos superstes in omnibus bonis quibuscunque mobilibus succederet, cum tunc sine dubio intelligenda veniant etiam actiones quam iura, ac nomina debitorum, *prout Romanus in l. in tempore, in fin. de vsucapio.* nam cum de quibuscunque contractibus dicimus, etiam de abusiuis dicimus, *l. vlt. §. cognatorum. ff. de quæstionibus. Alexand. consil. 31. 3. colum. versic. sed si ita, consi. 16. 1. vol. Bart. in l. si sic. §. fin. ff. de legatis 1. Alexand. consil. 36. in fin. & consi. 49. circa principium 3. volum. Bartol. in Authen. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccles.* Dicitur enim in locis allegatis, quod si statuto generalissimis verbis mobilium quorumcunque fiat mentio, etiam actiones comprehendi, & quod tunc iura † & a-
ctiones, si respectu sui ipsius inspiciantur, censentur 4
immobiles: Si vero respectu rei ad quam competunt, inspiciantur, tunc secundum id, quod respiciunt, competunt, vt si actio competat ad rem immobilem, immobilis, si ad mobilem, mobilia. Quod si nunc respiciatur actio hæc, quæ pro annuis reditibus datur, ad rem mobilem aut immobilem petendam destinata sit, potius ius quoddam percipiendi, ex re immobili intelligitur, quod vim habet iuris realia, & quasi possidetur, vnde facilius inter reales actiones,

actiones quam immobilia bona computãtur annui re-
ditus, *prout text. in cap. exiui, de verbo sign. in Clemen. &*
ibi per Fridericum de Senis. & communiter Canonistas, Bar-
tol. & DD. in leg. final, ff. de contrahenda emptione, l. liber-
to. ff. de adimendis legatis. Bartol. in l. secund. §. institutio. ff.
de legatis secund. leg. final. C. de rebus alienis non alienand. l. si
ita, ff. de vsufruct. Innocen. in c. in ciuitate, c. nauiganti, de
vsuris, cap. ad nostram, de contrahenda emptione & vendit.
c. illo vos. de pignoribus. Et dicunt D D. in iuribus alle-
gatis, quod vbi huiuscemodi ius statuitur in re, vel ven-
ditur, quod vera sit alienatio, & quasi possidetur, et-
iamsi ad tempus venditum sit, *Hostiens. & Panormitan.*
in dicto c. in ciuitate. Ludou. Rom. consil. 302. nec non quod
contractus redituum vera sit emptio & venditio, le-
gitimaque alienatio, & quod res immobilis censeri
debeat, etiamsi ad tempus constitutus sit, vtpote ad vi-
tam aut aliud certum tempus, aut incertum. Ioan.
And. in addit. ad Speculatorem, *tit. de vsuris.* Cynus Bald.
Angel. Salicetus *l. si ea pactione. C. de vsuris, leg. si pater pu-*
pillæ, & ibi Cynus Baldus, *C. de inoffic. testam.* Lud. Rom.
cons. 423. qui etiam dicit, quod & cum pacto de retro-
uendendo emptio annui reditus, nihilominus perfe-
cta sit alienatio, & inter immobilia computari debeat,
cui consentiunt Canonistæ d. cap. in ciuitate & c. illo vos. vnde
cessat opinio illorum, qui putant, pro immobilibus
annuos reditus computari non posse, per ea quæ no-
tantur per DD. & Canonist. *in cap. hac consultissima, nec*
non c. 1. in Clement. de rebus eccles. non alienan. vbi annui
5 reditus perpetuo, aut † ad longum tempus duraturi,
alienari prohibentur, ad modicum vero tempus mi-
nime, quia quasi pro mobilibus reputantur, illisq; rebus
vilibus, cum preciosæ res mobiles vendi non possint,
nempe sine decreto aut legitima solennitate seruata.
Et dicunt per huiuscemodi reditus ad modicum tem-
pus duraturos, intelligi quandam solutionis dilatio-
nem, adeo quod etiam velint vsumfructũ seu emptio-
nem vsus fructus sine decreto alienari posse, eamque
pro mobili haberi. *d. c. exiui, & Fredericus de Senis. Zaba-*
rella, Petrus de Ancbora, Ioan. Andre. Philipp. Francus in d. c. 2.
de rebus ecclesiæ non alienandis. glossa, in c. tua, de his quæ fiunt
à Prælat. Hostiens. in summa. §. fin. eod. tit. de his quæ fiunt
à Prælato. Sit autem opinio eorum qualis velit, omni
um tamen hic allegatorum Doctorum sententia eo re-
cidit, quod alienatio ad longum tempus, nempe de-
cem annorum, tam ad vitam sit prohibita, licet de fa-
cto fieri possit à Prælato, quoad confirmationem au-
tem contractus, quam potestatem transferendi domi-
nii necessario requiri Prælati consensum, quam debi-
tam solennitatem, alia vero iura contrarium dicentia
de iure correcta esse, quare cum emptio vsusfru-
ctus sit perpetua, cur non emptio redituum ad tem-
pus incertum, cum hæc vt illa momento vel vno die
interire potest, maxime tamen annui reditus eo pacto
emuntur, vt in perpetuum durare debeant, licet gra-
tuito illa concessio redimendi, contractui adiiciatur.
Potest enim quis rem ab aliquo emere, quam illi quo-
que reuendere, maxime & hoc pacto sibi reseruare,
contractui continenti apposito, *prout latissime per DD.*
in l. 2. C. de pact. inter emptorem & venditorem: nec verisi-
mile est Clementinam 1. quam 2. cogitasse de his an-
nuis reditibus emptis cum pacto de retrouendendo,
cum illa sit legitima & vera alienatio. Et quod si hoc
verum non esset, tunc tamen cum plerunque vili pre-
cio non emantur, sed magno, potius inter res precio-
sas mobiles computari deberent, sed verius videtur de
reditibus & fructibus locutum fuisse Pontificem, pro-
ut res in reditu & fructũ est, plus enim est in reditu
quam fructu, maxime cum etiam glossa ibi ita inter-
pretetur. Et licet vera esset opinio, quod paruo dura-
turi tempore reditus, inter mobilia computari debe-
rent, tunc tamen sufficit, quod inter perpetuas aliena-
tiones hæc emptio redituum regulari possit, cum va-
riis causis euenire queat, quod perpetuo duratura sit,
l. sufficit. ff. de condit. & demonstr. gl. in c. fin. in versic. perpetuus, 6
de rescriptis, in 6. Et de perpetuo † quid in dubio intelli-
gendum veniat, satis tractat Barto. & Ias. *in l. cum quis, C.*
de iuris & facti ignorantia, &c.

Postremo, quoniam indubitati iuris est, hanc em-
ptionem redituũ cum pacto de retrouendẽdo veram
& legitimam esse alienationem, quæ quasi ius domi-
nii constituit in re, ita quod semper inter immobilia
bona connumeretur, nihil obstabit pactum de retro-
uendendo, quod sustollat ipsam emptionem, quasi fa-
cta non sit, cum maxime perfecta sit, atque infectã
reddi non possit, sed facit per contrarium actum simi-
lem quasi venditionem ab eo recedi, ita vt restituto
precio restituatur & res, vt est empta, ita iisdem mo-
dis resoluatur, vt precium pro re, & res pro precio
detur, *prout communis D D. opinio, præcipue Castrensis. in*
leg. secund. & tert. C. de pact. inter emptorem & venditorem,
quod is contractus legis secundæ de restituenda re &
precio, qui hodie communiter in vsu est, & approba-
tus *in cap. illo vos, de pignoribus. cap. ad nostram,* nec non
in annuis reditibus per Martinum Pontificem confir-
matus, non sit contractus ipso iure perimens contra-
ctum emptionis & venditionis, sed quod nouus qui-
dam sit contractus, qui non possit retrotrahi, vt em-
ptio habeatur pro non facta. Et licet emptio non sit
noua (vt quidam volunt) non tamen idem est effectus,
nam rem tradere non tenetur alter contrahentium
nisi pecuniam soluat, aut precium restituat, & sequi-
tur hoc pactum tam rem quam personam habentem
rem, nam tradere aut dominium transferre nemo a-
lius potest, quam qui rei dominus est: aut si aliter di-
catur, tunc dominium rei consequi alter contrahen-
tium non potest, nisi vt precium datum est pro re, ita
restituatur, & hoc in effectu *ar. l. 1. C. quando licet ab em-*
ptione discedere, & ibi gloss. neque precium ad alium per-
tinere potest, quam ad illum, qui dominium rei rece-
pit, ex æquitate rationis quam ex actu illo æquiualen-
te: vnde si mortuus esset emptor, qui huiuscemodi
reditus emit, dominium omne quod habet, siue ius
in re, totum transfert in heredem, qui immobilium
dominus est. Ex quo igitur ius quæsitum est in re, eo-
dem modo in precio, non secus quam si reuendidis-
set, aut alii vendidisset heres, quoad effectum, qui ma-
xime in rebus considerandus est. Et licet dictum esset
à venditore, quod restituto precio, res esset inempta,
aduersus quem hæc actio resolutionis competeret ni-
si habentem rem: quid si heres vendidisset, an non
contra secundum emptorem competeret actio con-
sequendæ rei, dato vel oblato precio? cum alias rem
consequi non posset. Eo tamen admisso, prout de iu-
re subsistere non potest, quod precium hoc ad alium
spectare deberet, tunc quo iure aut ex qua causa ac-
quireretur heredibus, ad quos mobilia spectare de-
berent, cum non possint causare initium actionis:
Nulla enim obligatio est defuncti, ex qua obligatum
habet venditorem ad dandum precium aut restituen-
dum, imo est potius quasi quædam alienatio aut gra-

tuita concessio, quare alium concernere non potest, quam illum qui habet rem. Aliud enim est, vbi contractus residet in persona defuncti ex quo actio oriri potest, quia emptum sub conditione aut promissum, quemadmodum *l. a. ff. de collatio. l. contractus, & ibi Decium. ff. de reg. iur.* vbi contractus sub conditione in persona defuncti initus, conditione eueniente, retrotrahitur, & habetur tanquam ab initio factus esset: quare aliud est ibi quam hic, nam ibi spes futuræ actionis, hic longe secus. Quamuis autem sit obligatio quædam, qua tenetur emptor ad recipiendam pecuniam, quam eius heres retradere aut restituere non tenetur, nisi pecuniam haberet, atque ex quo res apud heredem esse debet, eodem modo & precium, cum precium detur vt res restituatur, atque dominium resoluatur, quare precio non restituto, dominium non resoluitur: Inest enim hoc vi pacti, adeo, vt si emptor paratus esset acceptare pecuniam, venditor vero obsignare & deponere vellet, non esset satis factum contractui, cum obsignatio quam depositio inducta sit in subsidium, contra refragantem recipere, qui alias recipere teneretur, atque sic quis iuri suo consulere possit, *text. in l. si à te, C. de pact. inter emptorem & vend. l. 3. C. de iure emphyt. l. 1. C. quando decret. opus non est. DD. in l. acceptam, C. de vsuris.*

Tandem, si mobilium appellatione non veniunt actiones & iura, ob id quod consuetudo loquendi non admittit, quanto minus intelligetur de annuis reditibus redemptis cum mortuo marito, seu mortua vxore, nunquam mobilia fuerant, nec pro mobilibus haberi, & hoc etiamsi statutum generalissimis verbis loqueretur: vt enim non potest dispositio testatoris extendi vltra ea, quæ mortis tempore erant mobilia, vel
7 testamenti tempore, verbo restrictiuo vsus. Ita † multo minus statutum extendi debet, *argum. l. vxor. §. vxori. ff. de legat. 3. l. si ita. ff. de auro & argen. legat.* Regulatur enim dispositio statuti secundum leges, loquentes de vltimis voluntatibus, cum tamen dispositio statuti sit restrictior, *l. 1. Cod. de his quibus vt indig. cum gloss. ibidem, Bartol. & Imola. l. non solum. §. morte ff. de noui operis nuntiat. Bald. in l. & si post tres. octau. colu. ff. si quis cautio.* Quare concludendo dicendum venit, quod dum heredibus alterius ex coniugibus defuncti, in parte reditus, quem defunctus eius superstite in vita emit, ius est quæsitum, eo quod pro immobilibus bonis habentur annui reditus, precium hoc maxime succedet loco rei, prout in petitione hereditatis *per vulgatam l. si rem & precium. ff. de petit. hered.* Et ex quo res spectare debuit defuncto marito aut vxore ad heredes eo modo & precium, apertissima dictante ratione naturali. *argu. l. qui solidum. §. qui post mortem. ff. de legat. 6.* vbi contractu plene resoluto & habito pro non facto, dicitur tamen precium succedere loco rei, maxime in legatario, cum in singulari successore hoc minime locum habeat.

PRIORIBVS DICTIS CONTRArium adseritur, & pro Heduigi concluditur.

Contrarium adseritur.

QVoniam autem superiora vera sunt, atque in se subsistunt, nihilominus tamen non parum rationes aliquot sequentes, obstare videntur.

Et quidem primo, non abs re est, quod communiter per DD. obseruatur *in Clemen. 1. & 2. de reb. eccle. non alien. & Clemen. exiui, de verb. sig.* vbi communiter tam per DD. quam per textum dicitur, quod annui reditus perpetuo duraturi, pro immobilibus reputantur; si vero ad modicum tempus duraturi sint nempe ad 6. 7. aut 8. annos, tunc censeri dilationem quandam solutionis & non computari pro immobilibus, in quam sententiam communiter omnes recidunt DD. licet tamen alii aliter interpretari conentur, hoc vero indubitanter verum est, hunc contractum ideo quotidiano esse in vsu, quod venditores plerunq; pecunia egeant, quo facilius pecuniam sibi cōparare possint, vendunt annuos reditus cum pacto de retrouendendo, sperantes se breui hoc redempturos. Fit hinc quod venditores affectionem aliquam reseruent sibi circa rem suam eo, quod eam magis velint in suum dominium reuerti, quam in perpetuum ex eo exire. Aut si quid constituant in re quasi ius seruitutis: magis tamen cadit desiderium illud auferendi & tollendi. Et est ratio, quare potius breui tempore dicantur duraturi annui reditus, quam longo, cum semper proniores simus ad liberandum nos quam vt diu in obligatione seu seruitute persistamus. Nec video rationem, quibus ex causis in perpetuum facile perdurare possint: nam etsi eueniat, vt conditio status non admittat (ob pauperiem forte) contractum resolui, hoc tamen eo casu perpetuum non est, quin in herede aut singulari successore per alienationem aliud facilius contingere possit. Et quamuis sit hæc emptio redituum quædam alienatio, prout est constitutio vsusfructus, attamen multo eo est inferior, cum vsusfructus certo constituatur, vt incommutabiliter penes vsufructuarium sit, quousque viuat: Emptio vero redituum, incertum est, quousque penes emptorem permanebit, imo quotannis sperari potest aut expectari restitutio pecuniæ, prout in casu nostro, vbi pensio plaustri vini inuitis, nolentibus & reluctantibus venditricibus præstita fuerit, & alioqui voluntatem & propositum redimendi semper habuerint, quod ius redimendi quandocunque ipsis placeret, per pactum reseruatum erat, ac scirent illud ipsum ius redimendi post decenniū lapsum præscriptibile esse, ac tolli posse, eo quod tale ius redimendi natum est ex pacto vestito cohærentia contractus, *l. iurisgentium. §. quinimo, & ibi Bart. & DD. ff. de pact.* Est enim & fuit retrouenditio illa tota collata in voluntatem dominæ Abbatissæ & Conuentus eius reementis, vt ex litera contractus & pacto apposito constat. Deinde immobilia proprie ea dicuntur bona, non solum quæ vsu consumi non possunt, sed ea quæ incommutabiliter penes emptorē aut possidentem, aut dominium habentem permanent, & sine alterius facto in mobilia conuerti non possunt: nam qui huiuscemodi bona aut precium, seu reditus habet, incertum dominium, vel quasi dominium habet, ita, quod si hodie immobile, cras mobile fieri potest, inuito etiam emptore. Potius igitur inter mobilia computari debent tales reditus annui seu potius ad naturam mobilium accedere, quam immobilium. Videtur enim quod huiuscemodi reditus destinati sint ad hoc, vt semper in primum suum statum & vsum conuerti possint, nempe in rem mobilem, arg. eorum quæ notantur per DD. *in l. ex eo, & l. seq. ff. de testa. milit. l. fundo, in fi. ff. de actionib. empti.* vbi quæ perpetui vsus causa in ædificiis sunt, ædificio permanent: si vero ad præsens aut ad tempus, ædiū non sunt, nisi perpetui vsus causa constituti sint. Vnde notant Doctores, quod destinatio ad vsum, in quo primo

fuit

fuit, habetur pro facto. Item habetur pro facto, quod
proxime fiet, aut fieri potest, nec nõ habetur pro dato,
quod paratum est, vt detur, *l. item legato, de legat. 3. in*
Authent. vt exact. instant. dot. §. fin. & l. fin. C. de conditio.
instit. vbi deficit conditio, quam constat de facto im-
pleri non posse, & è contra, non deficit conditio quæ
impleri potest, sed quia euentura aliquando, habetur
pro impleta, Bartol. *in leg. si filius. ff. de verbor. obligat.*
Deci. *in l. quæ legata, de reg. iur.* Bartol. *in leg. cætera, §. fin.*
ff. de legat. 1. & ibi Alex. vbi dicitur, quod destinatum
8 habetur aliquo modo pro impleto. Hoc enim in con-
tractibus† de retrouendendo agitur, vt pecunia quam
res, vbi venditori libitum erit, reuertatur † ad pristi-
num suum vsum, vel pristinum suum dominum & do-
minium. Vnde Alexand. ibidem dicit, quod si statu-
9 tum disponat, quod mortua vxore, mobilia specta-
bunt ad virum, immobilia ad heredes vxoris: Quod
si pecunia exposita sit ad emptionem prædiorum,
quod computatur inter immobilia, & quod conditio
quoquo modo cœpta, habeatur pro impleta. Et idem
videtur sentire Bartolus. Quod si hoc verum est, quan-
to magis verum erit in casu nostro, vbi in obligatione
est, quod res & pecunia quandocunque libet, ad pri-
mum suum statum & vsum conuerti possit. Quid e-
nim interest, pecuniam expositam esse ad emenda
prædia, pretium pro re datum, ac rem traditam esse,
cum pacto, quod ex voluntate venditoris liceat resti-
tuto precio à contractu recedere, seu vt contractus re-
soluatur, ac cuiuslibet res in primum suum dominiũ
reuertatur, an non videbitur res aliquo modo incœ-
pta esse, vt sub conditione finiatur, quod maxime in
contractibus spes futuræ conditionis ad heredẽ tran-
seat, ac ea eueniente retrotrahatur, censeaturque tan-
quam ab initio facta sit, *probatur l. necessario. §. quod*
si pendente. ff. de peric. & commod. rei vendita, leg. potior,
l. qui pendente, leg. qui balneum. ff. qui potiores in pignore
habeantur, Bald. in l. ea demum, & ibi Cynus, C. de collat.
Quod si hæc minime vera essent, prout tamen vera
10 subsistunt, tunc si inspiciatur vis & natura pacti legis
secundæ de precio & † restituendo ac re, vbi vendito-
ri libitum erit, maior apparebit ratio, quare conditio
illa retrotrahatur, & censeatur pro non facta: nam vul-
gare illud pactum quod passim in annuis reditibus ad-
iicitur, si recte examinetur, hoc videtur in eo agi, vt
alter seu vterque ex contrahentibus tantum fere iuris
in re propria reseruet quantum alter in alterum trans-
fert: hoc enim specialiter agitur, vt quandocunque li-
beat venditori liceat illi rem suam redimere quasi ob-
ligatam, prout communi vsu quam vulgari sermone
satis probatur, atque æqua videtur in re cuiuslibet af-
fectio, quasi indifferens sit, cuilibet ita vt habeat alter
rem aut pecuniam, aut pecuniam aut rem, non enim
hoc pactum ex sententia quorundam efficit, vt noua
sequi debeat emptio, tam in re ipsa quam in effectu,
imo nihil horum fit: quod si enim hoc pactum effice-
ret, quod de nouo cogeretur venditor ad reuendendũ
posset se liberare emptor præstando interesse, cum ad
nudum factum teneatur siue obligetur, *l. consilio. §. fin,*
ff. de curato. furio. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. Hoc
vero pacto de restituendo rem & precium, causam
bonorum continet, & dominii translationem, *leg. in*
conuentionalibus. §. 1. ff. de verb. obligat, atque *Restituo*, ver-
11 bum, hac in re plenam habet † significationem, nec
non venditor actionem, ad consequendum quod ali-
quando suum fuit, *l. videamus ff. de vsuris.* Atq; vera est
sententia Aretin. *consil. 6, 2. colum.* qui dicit, quod ob-
latione precii nulla de nouo contrahatur in hoc pacto
emptio, vnde si hoc pactum vim haberet nouæ em-
ptionis, obligatusque esset emptor ad reuendendum,
tunc actio esset personalis, vt antea in effectu dictum
est, quæ nullo modo transiret ad singularem successo-
rem, cum tamen hodie videamus passim & vbique
contrarium obseruari, & sequitur hoc pactum rem, ea 12
enim est † vis pacti, vt tam diu sit vendita, quousq; pre-
cium restituatur, *argu. leg. 2, C. de part. inter empt. & vend.*
vnde non potest plus iuris transferre in singularem
successorem quam ipse habet: quod si aliter verum es-
set, tunc nunquam obligaretur singularis successor ad
translationem seu restitutionem dominii, imo tene-
retur prior venditor, atque præstatione interesse li-
beraretur, quod vis pacti illius non admittit: nam quæ
est differentia inter hoc pactum de restituenda re &
precio, & inter pactũ quod Dd. magis efficax esse dicũt,
vt resoluat ipsam emptionem & venditionem ipso iu-
re, si fiat per verba legis commissoriæ, vt quandocun-
que precium restitueret, res sit inempta, prout Ca-
strens. & DD. communiter *in d. l. 2.* qui dicunt, per
huiuscemodi verba emptionem ipso iure resolui, vt et-
iam detur rei vendicatio. Quod si verum est, quomo-
do dabitur magis rei vendicatio quam ex eo contractu
aduersus emptorem? nam si vendicarit venditor rem
suam, tunc obiiciet possessor, se rem titulo empti pos-
sidere, & suam esse, necesse habebit personalem acti-
onem ex eo contractu obiicere, & licet rei vendicati-
one agat venditor, æque tamen ad restitutionem agit,
neq; rei vendicationem simpliciter intentare ita po-
test, quin non etiam actionem ex eo contractu propo-
nere cogatur, tum quia pro suo semper non possedit,
sed possidere rursus incipit, tum quia fructus ex more
perceptos actione præscriptis verbis, siue ex pacto
contractui apposito cogatur petere. Aliud in pacto le-
gis commissoriæ, & adiectionis in diem, vbi domini-
um fuit in suspenso, nec reuera aut plene transiuit in
emptorem, nisi conditione non existente. In hoc ve-
ro pacto maxime dominium statim transiuit, quare
actio surrogata in locum alterius actionis, quemad-
modum hæc actio præscriptis verbis in locum rei ven-
dicationis sortitur naturam eius in cuius locum est
surrogata, *leg. 1. §. Scæuola. ff. si quis testament. ius. lib. esse*
fuit. l. 1. §. bellissime. ff. vt legatorum nomine caueatur, leg. si
quis cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus, l. qui id
quod. ff. de donat. Sic sunt & alii contractus, qui fiunt
per verba legis commissoriæ, contractum plane re-
soluentes, tamen agitur personali actione, *leg. penul-*
tim. C. de ædilit. acti. Bartol. & DD. l. si hominem. ff. de vsu-
capio. Et mirum videretur si non idem efficerent quod
pactum legis commissoriæ, prout Castrens. *in dict. l. si*
hominem. qui etiam putat rei vendicationem intentari
posse, atque dominium ipso iure transferre. Consen-
tit etiam Castrensis, quod maxime in pacto de retro-
uendendo, simpliciter dari possit vtilis rei vendicatio.
in l. si venditor, ff. de pignerat. actio, quem ad hoc allegat et-
iam consil. 80. 3. *volum. vel 2. volum.* Dum hoc pactum
de precio & re restituenda hoc efficiat, vt contra-
ctum ipsum resoluat, non per nouam emptionem ne-
que venditionem, sed per pactum resolutiuum: Ita,
vt pecunia restituatur, vt propria ipsius emptoris,
non venditoris, & res vt propria ipsius venditoris, non
emptoris, vt satis ex superioribus ostensum est, &
argumento l. cum in fundo. §. si fundus. ff. de iure dotium, l. si
donante. §. si sponsus, C. de donat. inter virum & vxorem. I-
dem igitur operari debet, quod pactum legis commis-

ſoriæ: aliud enim nihil agitur, quam vt res ad inſtar pignoris pecunia data ſiue reſtituta reſtituatur: licet ea ſit differentia, quod ob tranſlationem dominii ad tempus, fructus non computentur in ſortem, ſed lucrentur. Et comprobantur hæc omnia vulgari & communi conſentiente vſu, quo huiuſcemodi pacta verbo communi, reſolutiua ſeu redemptiua pacta widerloſe/appellantur, atque cuilibet inſtrumento ita inſeritur. Quod autem dictum eſt, nullam actionem heredibus natam ſeu ſpem futuræ actionis eſſe, quia venditorem in nullo obligatum habet: hoc tamen verum eſt, quod ex hoc contractu reſoluendi actio orta, ſuccedat in locum actionis ſine cauſa, vel ad non cauſam redactam, in qua veniunt acceſſiones ex mora, & petitur quod fuit venditionis, pecunia reſtituitur quaſi indebita, *l. videamus, vſq; ad § ſi actionem ff. de vſuris, l. qui ſe debere, ad fin. ff. de condic. ob cauſam. l. naturalis. in princ. ff. de condic. indebiti, leg. ſed Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrahend. empt. Salicetus in leg. prim. C. de pactis inter emptorem & venditorem.* Quaſi enim obligatum habere videtur defunctus venditorem, vt ſi diſpliceat contractus ad reſtitutionem precii quaſi condictionem indebiti: vnde ſi reſoluere velit, indebitam pecuniam ſoluat neceſſe eſt, quæ obligatio, ſeu ius illud obligationis in re ad hæredem, ad quem perſonales actiones deueniunt, pertinere debere quis non dicet? Vnde ſi actio nata non ſit, obligatio tamen nata eſt, vel ius quoddam obligationis. Quare reſtituta illi pecunia non poteſt hæredem bonorum immobilium concernere, cum pro re non detur, ſed vt pecunia defuncti, ad emptorem non pertinentis, nempe illi indebita, haud ſecus quam ſi ad tempus data illi nunc reſtituta aut ad tempus ex hereditate fuiſſet, nunc in hereditatem rediiſſet. Vnde ius illud percipiendi pecuniam ſuam, quod in defuncto reſidebat, quare non & in herede reſidebit bonorum mobilium? Nec obſtabit, quod hoc pactum neminem alium concernere poteſt, quam habentem rem, imo ſufficit per obſignationem & depoſitionem pecuniæ, contractum reſoluere, ita vt tunc minor actio heredi immobilium bonorum ad illam pecuniam competat, quam vt dictum eſt antea heredi mobilium bonorum competere, periit enim per obſignationem & depoſitionem omne ius eius in re: quare vera eſt ſententia Cyni & Baldi *in l. ea demum. C. de collat.* dicentium: Quod ſi conſuetudo eſt in quibuſdam partibus, vt ſi aliquis alienauerit rem quandam de bonis ſuis, quod tunc proximior poſſit eam oblato precio ſibi comparare, aut extraneo præferri. Deinde ſit & alia conſuetudo, quod mortuo aliquo, qui teſtamento ſint conſtituti executores, quod tunc executores ſuccedant in omnibus bonis mobilibus, heredes vero proximiores in bonis immobilibus. Vnde accidit quod defunctus Sempronius emit quendam fundum Titii, in quo proximior agnatus oblato precio præfertur, ſiue quem fundum poſſit proximior retrahere, vt Doctores dicunt: Proximior viuente Sempronio non retraxit, ſiue non obtulit precium, ſed eo mortuo, executores volunt habere iſtud precium, tanquam mobile, heredes Sempronii, à quibus euincitur fundus, volunt habere precium loco fundi: Et dicit tam Cynus quam Baldus concludi debere pro executoribus, & ita illos quoque in conſulendo obtinuiſſe, rationem reddentes, quia ius retrahendi habuit originem & cauſam inter viuos, atque hoc ius cum ad mobilia competat, mobile reputari, *iuxta l. ex facto. §. heredum. ff. de hered. inſtitu.* Et qualis eſt materia, talis eſt forma, *Authen. de non alienando. §. vult enim, l. 1. C. ſi aduerſus tranſactionem.* In quam ſententiam videtur quoque tranſire præcipue in hoc caſu Alexand. *in dicta l. ea demum. Iaſon ibidem dicens, optime notanda egregie dicta. & Bal. in l. ea demum, & Alexand. in leg. cætera. §. ſi parauerit. ff. de legat. 1. Caſtrenſ. conſil. 240. nec non innuere videtur* Alciat. *in l. mouentium. ff. de verborum ſig.*

Nec abſone videtur huc facere, quod notatur per Ioan. Andr. in Speculatorem, *ti. de fructibus & intereſſe,* dicentem in actionibus perſonalibus reſpectu rei ad quam competunt, inſpiciendum eſſe fauorem & odium, & ex eo iudicandum, an actiones illæ perſonales inter mobilia an immobilia numerari debeant, prout hunc fauor & odium dictauerint. Nec oberit, quod ſtatuta ſtricte interpretari debeant quod quidem fallit, niſi ſit iuri communi conforme, *Paul. de Caſt. l. ius ciuile. ff. de inſtit. & iur. c. cum dilectus, de conſuetudine. Paul. de Caſt. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege, C. de muneribus & honoribus*: hoc autem ſtatutum iuri communi conforme eſſe, vt ſi in eo contineatur, quod quæcunq; bona mobilia ad quoſdam de heredib. tranſeunt, etiam hoc ad actiones perſonales quaslibet ſe extendere, ſuperius ſatis extenſum eſt: fauorē quoq; hoc dictare, ex iiſdem rationibus ſupra oſtenſis, ſatis liquet. Quis etiam non diceret hanc pecuniam ad vxorem ſeu maritum ſuperſtitem in totum ſpectare non debere, cum etiá eius ab initio domina fuerit? eſt enim maritus quodãmodo dominus bonorũ vxoris, & vxor quodammodo domina bonorum viri, *l. prima. ff. rerum amatorum, l. ſi vir. ff. ſolut matrimonio, leg. ſi me in vacuam. ff. de acquiren. poſſeſſione, l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis.* Ratio diuerſitatis eſt, quoniam ſocietas vitæ quodammodo dominam facit vxorem bonorum mariti, & hoc ideo, quia ſoluto matrimonio dominium illud interit atque reſoluitur, quod in hoc caſu contrarium eſt. nam ſtatutum dicit, quod altero ex coniugibus mortuo, bona mobilia omnia debeant tranſcendere ad ſuperſtitem: ergo ab initio non quodammodo domina, ſed reuera domina, adeo, quod ex mobilibus bonis, ſi quid emptum ſit, videatur etiam ad vxorem ſpectare debere: nam ſi mobilium domina, quare non eorum quæ ex mobilibus comparata ſunt? licet tamen de eo poſſit eſſe controuerſia: & quia ab initio mulier domina bonorum mobilium non videtur iuri ſuo renunciaſſe, vt ſi rurſus res immobilis in mobilem mutaretur, aut in primam ſuam formam, quod dominium eius nullo modo amittere voluit, ſed ſibi retinere, haud ſecus, quam ſi ad tempus alienaſſet: vel ſi pecunia aliena maritus tanquam ex aliena materia aliam quandam ſpeciem confecerit, quæ reſolui poſſit in priſtinam ſuam materiam, vnde illius rei aut materiæ dominus erit, ſi in primam ſuam materiam redierit, qui primo dominus erat, & maxime ſuperueniente morte viri, *argum. eorum quæ notat Bartol. in leg. ſi me in vacuam. ff. de acqui. poſſ. §. cum ex alien. inſtit. de rerum. diuiſio. leg. adeo. §. cum quis, in princip. & leg. quicquid. §. ſecund.* 13 *ff. de acqu. rerum domin.* Quare † fauor videtur dictare hoc pactum perſonale ſiue ius percipiendi pecuniam, neminem alium concernere poſſe, quam ſolam vxorem, & in ſola vxore reſidere. Ex quibus concludendo dicendum videtur, ſuperioribus non obſtantibus, hanc pecuniam ſiue precium hoc ob re-

redemptionem datum, ad solam vxorem spectare debere, & pro mobili reputari.

Sic ego Martious Fastardus à Brackel, saloo cuiuscunque meliori iudicio, censeo.

Nobili atque Clarissimo viro Domino Martino Fastardo à Brackel, Iureconsulto, & patricio Colonensi &c. affini suo charissimo, Doctor Iustinus Goblerus Goarinus, Iureconsultus & ciuis Francofurtensis. S. P. D.

SI Fastarde vales, chara cum coniuge, prole &
vsque tua salua, sic ego saluus ero.
Iam mea Musa rudis multam deuota salutem
Nunciat, exoptans prospera cuncta tibi.
Me tenet afflictum valde aerumnosa senectus,
Nec patitur laeso poplite carpere iter.
Ad te nauigio citius iam sponte venissem
Si poples posset sustinuisse gradum.
Id quia non licuit, fungatur Epistola partes
Ipsa meas quoddam pignus amoris habent.
Quos modo signatos modicos tibi mitto libellos,
Accipias placido, & pectore amante legas.
Corpore de fragili veniunt, nec diuite vena,
Quos debes propter consuluisse boni.
Adsuetum duros tolerando vincere casus
Excercet vitam sors inimica meam.
Ergo Deum exoro, velit hanc bonitate tueri,
Vt possim firmo pectore ferre crucem.
Nunc Fastarde vale, & nostri memor, auspice laeto
Res age, perpetuo sisque beatus, Amen.
Haec mea scripta velis facundis dicere verbis
Vxori, & natis omnibus ipse tuis.
Fratribus ambobus, simulatque sororibus, omne
Queis studium totum defero rite meum.
Constantinum etiam Leuckerkum Consulem honoro,
Ac cupio noster semper vt esse velit.
Tu mihi rescribas, erit hoc peramabile munus,
Officiumque pium, quo retinetur amor.
Petrum & Gosvvinum magno complector amore,
Et precor vt felix viuat vterque, Vale.

Datum ex tempore, Francofurti ad Moenum Calend. Martiis, Anno 1565.

Christi Redemptoris auxilio implorato.

Consilium, Vnd Rathschlag/ Ob das angelegte Geldt auff widerkauff / vnnd das widerumb abgelöst ist / soll vor beweglich Gut vnnd fahrende Habe geacht werden.

Thema nostrum est tale.

QVod pecunia ad reditus annui comparationem, cum pacto retrouendendi, destinata, & intra decennium restituta, sit res vere mobilis, & inter bona mobilia computanda.

CASVS POSITIO.

DEr Fall helt sich also. Weilande der hochgelehrte Doctor Vlrich Windenmacher von Coblentz / Trierischer Churfürstlicher Hoffraht/vnd sein Haußfraw Hedwig (jetzundt Doctors Justini Gobleri Haußfraw) haben in stehender Ehe/ im jar 1525. Sambstags nach Egidij 200. Goldgüldē/ welche die beyde Eheleut/Doctor Vlrich / vnd Fraw Hedwig/in stehender Ehe erworben / vnd angelegt bey der würdigen Frawen Abbatissin vnd Conuent oder Kloster zur Stuben auff der Mosel / geben vnnd angelegt auff ein Fuder Weins järlichs auß dem Hoff zu Ernst zu entrichten/auff widerkauff / cum pacto retrouendendi quandocunque, vnd mit dem geding/vnnd vorbehalt/ wañ vnd zu welcher zeit es gemelter Frawen Abbatissin vnd Conuent gefellig vnd eben kompt/mögen sie zu jhrer Gelegenheit vnnd Gefallen solch Fuder Wein Renthen/halb oder gantz abkündigen / vnd in erlegung gemelter Summa zwey hundert Goldgülden/ halb oder gantz widerumb an sich kauffen vnnd lösen/ laut der Hauptverschreibung zu Coblentz/auff dato wie oben stehet auffgericht. Bald darnach ist gemelter Doctor Vlrich in Hispanien zu der Kayserl. Mayestet von Ertzbischoff Reichard hochlöblicher Gedächtnuß geschickt worden/vnd auff der Reise/nullis liberis post se relictis, aut superstitibus, vel extantib. oder eheleibliche Kinder / nec aliquo legitimo Testamento facto &c. verstorben/Anno 1526 am Tage Mariae Magdalenae.

Darnach als Doctor Justinus Goblerus gemelte Frawe Hedwigen zur Ehe genommen/hat sie jhm solche zweyhundert Goltgülden widerkauffs vnd ablösiger Renthen/in dotem, vor jhre hienlich vnd Heyrat Gut zubracht/versprochen vñ gegeben/ folgends hat gedachte Abbatissin vnd Conuent im jar vier vnd dreissig/ auff Bartholomei solch Fuder Wein Renthen ehegemelter Frawen Hedwigen zum zweyenmal auffgekündiget/ vnd gleich darnach auch abgelöst / vnnd in erlegung gemelter Summa zweyhundert Goldgülden jhre Hauptverschreibung widerumb zu sich genommen/Es habens darnach die jetztgemelte Eheleute / Doctor Justinus/ vnd Fraw Hedwig an einem andern ort auff Pension angelegt (nota nouationem contractus) ist jhnen abermals abgelöst worden/rc.

